c Aſcenderit. De hac q. latè per Ang. Imo. in l. qui filiabus. infrà eo. & in l. ſi ei qui nouiſſimus. infra ad Treb. ponit etiam Corſe. in ſuo tractat. de brauio. Fran. Cur.

1 *In vltimis voluntatibus facta ſemel electione variare non licet.*
2 *Debitor ex contractu qui habet electionem, poteſt poſt electionē ſemel factam variare. & quid ſi ex vltima voluntate.*
3 *Legatarius qui ante aditam hæreditatem elegit, poteſt ſecuta aditione iterum variare.*
4 *Per iſta verba, volo eligere, an inducatur electio, & quid ſi dicatur volo adire, & quid ſi dicatur volo relinquere.*
5 *Electio quando non tenet, an liceat iterum variare.*

LEX V.

1 SErui electione. ¶ † In vltimis volūtatibus facta ſemel electione va-
riare [a] non licet. h. d. ¶ In gl. mea. in prin. ibi. [l. apud
Aufidium.] Ex iſta glo. dicunt Doct. colligi rationem iſtius le-
gis, quare non eſt licitum variare in vlt. voluntate, qm̄ electio
ſemel facta ſtatim trahit ſecum executionem, quia dn̄ium rei
electæ acquiritur eligenti, vt d. l. apud Aufidium. ideo non licet
variare, ſicut nec moram purgare poſt executionem factam à
iure, vel ab homine, vt l. qui ob rem non defenſam. de condi.
indebi & j. tit. j. l. ſi is cui. ſecus dicunt in contractibus, in qui-
bus ceſſat iſta ratio, quia non trahit ſecum executionem, & ita
loquitur contrarium formatum in fi. glo. de l. eum qui certarū.
§. fi. de verb. ob. Sed iſtud non videtur bn̄ dictum, nā pōt quis le
gare electionem de ſeruis non ſuis, vt ſi nullos ſeruos hr̄et in
patrimonio. quo caſu pōt eligere de his, qui ſunt in foro. & te-
netur hr̄s emere, vt l. Titia §. j. de au. & arg. leg. nec tunc electio
ſecum trahit executionem ante rem adeptam & traditam: præ-
terea video idem in contractib. vt ſ. de procu. l. ſi is qui Stichū.
in tex. & gl. videtur ergo dicendum, ꝙ ex parte creditoris qui ha-
bet ius eligendi poſt electionem ſemel factam, nec in vltima
voluntate, nec in contractibus licitum eſt variare, vt hic & d. l.
ſi is qui. & l. ſi vnus. §. ſi ſtipulatus. de pact. & poteſt eſſe ratio,
quia res electa fingitur ſola legata, vel promiſſa, cùm tale lega-
tum, vel promiſſio cenſeatur factum de qualibet re ſub condi-
tione ſi eligetur, vna ergo electa cæteræ videntur non legatæ,
2 nec promiſſæ, ſicut in ſimili ſupra de procur. l. pluribus. † Ex
parte verò debitoris ſi ad ipſum pertineret electio, quia fauora
bilior eſt, bene poteſt diſtingui, an ſit debitor ex contractu, &
poteſt variare, vt d. l. eum qui certarū. §. fin. aut ex vltima volun-
tate

ADDITIO.

a Variare. Adde qñ liceat variare latè Anch. conſ. ccxv. & ad materiam huius l. vide Fran. de Are in ſuo conſ. 16 col 3. Cal. in conſ. ix. & Cal. conſ. 8. in tit. de elect. Fran. Cur.

tate,& tunc aut teſtator non habebat res in patrimonio,de qui
bus relinquebat electionem,& idem:quia electio non trahit ſe-
cum executionem:aut habebat,& de illis elegit, & tũc quia exe
cutionem trahit ſecum,nõ poſſet variare per id quod ſupra di-
xi.¶In gl. ibi, [quia de ſeruis teſtatoris.]intellige gl.vt ſupra di
xi.qñ teſtator relinquit ſeruos in patrimonio,tunc. n. ẽt ſi ſim-
pliciter legat optionem ſerui,cenſetur ſe reſtrinxiſſe ad ſuos: &
ſi intelligeret de alienis,nõ ualeret,ſecus ſi non habebat ſeruos
in patrimonio,vt ſ. dixi.¶In glo.ibi [tota familia ſit exhibita,]
idem ſi non tota exhibita,ſi tamen legatarius ſciebat,quia erãt
alij,& quales erant.& ſic non fuit deceptus, ſecus ſi ignorabat,
quia non cadit ignorantia in deliberante, quæ requiritur in eli
3 gente.¶†In gl.ibi,[hæreditas erat adita.] quia ante aditam hæ-
reditatem nullum ius habet legatarius in legato, cũ adhuc non
debeatur:ſed habet ſolam ſpem.rõne cuius ad hęredem tranſ-
mittit:ſicut ergo non habet ius in principali,ita nec in eligẽdo,
quod eſt acceſſorium.vnde ſi eligit ante aditam hr̃ditatem, adi
tione poſtea ſecuta iterũ eligere põt,quaſi prima electio fuerit
intẽpeſtiua,facit l.j.§.quod ait quorum lega.& l.vnũ ex familia
in prin.j.in ti.j.¶In gl.ibi[& ꝙ erat maior.] alias nõ cadit in eo
perfecta deliberatio,q̃ requiritur ad perfectã electionem, quia
electio eſt actus perfectæ deliberationis,& deliberatæ volunta-
4 tis.¶†In gl.ibi[non volo eligere.]Bar. dicit hanc glo.debere in-
telligi quando hæc verba dixit,non ex deliberatione,ſecus ſi ani
mo deliberato,qui præſumitur ſi erat ſibi aſſignatus terminus
ad eligendum,vel ſi ad interroga.hæredit.hoc dixit: tunc enim
quia agens eſt liberum;& patiens eſt diſpoſitum,dicendo volo
eligere,ſtatim eligit ſecus ſi extra dictos caſus:tunc.n.exponitur
.i.primus actus meæ voluntatis inclinet in hoc.Simile in illo q
dicit volo adire & quare, an inducatur aditio: nam adhibetur
ſi.diſtinctio, vt not. idem Bar.in l.ſi quis ſuus.ſ. de iure delib.&
in l.gerit.de acqui.hæred.& ad prædicta l.Pamphilo.§.propoſi-
a tum.[a] j.de leg iij.vbi dicendo deliberatè & vocatis teſtibus volo
tali relinquere talem rem, cenſetur relinquere: ſecus ſi non di-
xiſſet deliberatè vt intelligitur, licèt Bart. videatur facere diffe-
rentiam inter iſtos duos caſus:& multa verba hic dicit ſuper ſi
gnificatu iſtius verbi,volo.& in l.cunctos populos. C. de ſum.
Tri.&c. Sed quãtum ad propoſitũ tene quod dixi ſm Ang. qui
aliter intelligit illum §.quàm Bar.& credo melius. Adde aliud
ꝙ requiritur,vt fiat ex certa ſcientia. Si autem erraret, quia pu-
taret rem alienam ſibi legatam præciſè,& nõ aliam, & ſic aliã
non poſſe eligere,tunc ſi fuit legatum optionis, quia vera ſpe-
cies eſt in obligatione, vitiaretur electio.& ſic poſſet aliam eli-
gere,quia non eſt facta ex deliberatione.Sed ſi eſſet legatum al
ternatiuum,tunc quia quælibet ſpecies eſt in obligatione, non
vitiaretur electio propter talem errorem, ſiue ſit ex parte lega-
tarij. ſiue hæredis,vt poſſet uariari.text. eſt & ibi not. per Bartol.
qui ita declarat hanc l.in d.l.ſi is cui.j.tit.j.in prima, ſeu ij.cart.
5 †Quando autem electio non tenet,an liceat iterum eligere, di-
ſtingue plenè per Bartol.in l.ii.j.de opt.leg.inter elect.rerum &
elect.perſonarum. Non ſunt alia.

ADDITIO.

a Propoſitum. De intellectu huius §.vide eundem Pau.conſi.83.

1 *Quod commune eſt meum eſt quo ad diſpoſitionem partis meæ.*
2 *Fiſcus poteſt alienare partem ſocij, & quid quantum ad diſpoſitionem ſuper toto.*
3 *Si lego Titio ſeruos meos,cùm haberem quoſdam meos inſolidum, & quoſdam communes, quod veniant communes. & nu.4.*
4 *Verba in dubio an debeant intelligi proprie & ſimpliciter, & etiam ſecundum quid.*

1 §.Labeo ait. ¶†Quod cõe eſt, meũ eſt[a] quo ad diſpõ
a nẽ partis meæ,ad hoc allegatur, ſed q̃tũ
2 ad diſpõnẽ partis ſocij ſecus, vt l.fallo.C.de ꝯd.rerum alie.† Fal-
lit in fiſco,vt C.de ali.bon.cũ fiſco cõi.ꝑ totũ. vbi fiſcus põt alie-
nare partẽ ſocii,q̃tũ verò ad diſpõnẽ ſuꝑ toto,diſtinguit.aut res
erat ad aliud deſtinata,vel non,vt in l.Sabinus.C.cõi diui. Circa
qđ vide oĩno qđ no.Bal.C qui teſt.fac.poſ.l.j. vbi format plures
q.not.circa iſtã materiã.ecce caſum. Rõ dubitãdi erat hic:qa vi-
debat̃ legatũ nõ valere,quaſi defecta eſſet ꝯdõ qa dixit, q meus
erit cũ moriar,& ſic vr̃ ſenſiſſe,ꝙ totus ſit ſuus:ſed certe exponi
3 tur quatenus meus erit. vt j.l.proxi.¶†Sed q̃ro, hic loquitur qñ
legauit certam,& determinatã rẽ:qd ſi incertã? puta lego Titio
ſeruos meos,cũ haberet quoſdam ſuos inſolidum,& quoſdam
cões cũ alio an veniãt cões,tex.eſt ꝙ ſic j.de leg.3.l. ſi qs ſuos ſer
nos.Sed in ꝯriũ facit eo.ti.l.hoc legatũ. vbi ſi teſtator legat vxo-
ri veſtes illius cã paratas,nõ cẽſetur legaſſe niſi illas,q̃ illius tm̃
cã paratę erant,nõ illas,q̃ ad cõem vſum ipſius teſtatoris & il-
4 lius:†qa verba in dubio debent intelligi proprie & ſimpliciter,
& ſm quid.& ad hoc allegatur illa l.ſed ſerui proprie,& ſimplr
dñr illi qui ſunt ſui inſolidũ. Cões aũt dñr ſm quid.ergo illi nõ
debent venire,poſtquã ſunt aliqui inſolidũ ſerui. Et ſic verba
põt proprie ſeruari.Sol.aliud eſt.qñ lego ſeruos meos,qa ſi intẽ
do legare proprios,fortius cões pro parte quã habeo. Aliud cũ
lego veſtes paratas cã vxoris,qa non eſt eadẽ rõ, vt videar legaſ-
ſe paratas cauſa illius,& mei, cum primas non habeã ad vſum
meum. vnde nõ curaui illas legare. ſecundas non ſic de facili ꝑ-
ſumor legare voluiſſe.non ergo eſt verum ſimpliciter illud no-
tabile. ꝙ verba debeant ſimplr intelligi in illis in quibus poſ-
b ſunt operari ꝓprie & ſimplr.[b] nõ in illis in quibus ſecundũ qd
ſed debet inſpici,an ſit eadẽ ratio,uel nõ. Ad quod facit id quod
Bal.no.in d.l.j. C.qui teſt.fac.poſ.glo.allegat concor.

ADDITIONES.

a Meum eſt. Adde hic quæ habes in apoſtil.ad Bar.& Alex.& vltra adde qđ voluit Ioan.And.in c.ſi ſententia.de ſen.excõ.vbi dicit ꝙ §.terra. in cle.j. de pœnis,non habet locum in eo,qui habet terram cõem cum alio,& propter hoc Doc. Floren.dicebant non debere pati dictam pœnam, cùm illi de Medicis fecerunt furca ſuſpendere Car.& Archiepiſc.Piſanum, quia ciuitas Florentiæ non erat propria delinquens. Adde etiam alia quę ponit Soci.conſi.168.vbi ponit,an falſificãs librum rationum cõem debeat puniri, vt falſificans librum ſuum.
b Simpliciter. Adde l.hoc legatum.infrà de le.3.l.Titiæ textores. & ibi vide per Bal.& per Ang.& Mod.in l.j.in prin.infra de verb.obl.Fran.Cur.

1 *Qui legat rem quam cum alio communem habet, cenſetur legaſſe duntaxat partem ſuam.*
2 *Legans fundum quem communem habet cum alio,ſi poſt teſtamẽtum redimat partem ſocij, & tempore mortis reperiatur fundus inſolidum ſuus,quando totus debeatur legatario.vide tamen nu.8.*
3 *Contrahens ſuper re quam communem habet cum alio,an videatur contrahere,ſuper tota re,an verò ſuper parte ſua tantum.*
4 *Legans rem, videtur in dubio ſolum legare illud ius quod habet in re.*
5 *Si totus fundus erat teſtatoris, tamen ipſe tenebatur actione perſonali alicui tertio ad partem eius, quia ſibi vendiderat, ſed nondum tradiderat,tunc legando ſimpliciter illum fundum, non cenſetur ſenſiſſe de parte quam vendiderat.*
6 *Si dixit,lego totum fundum, tunc debebitur totus.*
*Idem ſi dixit, lego talem fundum, cui ab illa parte cohæret talis, ab alia talis &c.*
7 *Si dixit, lego dimidiam talis fundi, cum ipſe non haberet,niſi dimidiam dimidiæ,quòd non cenſeatur ſenſiſſe, niſi de dimidia dimidiæ.*
8 *Teſtator ſi habebat rem communem cum hærede, tunc eam legando ſimpliciter,cenſetur totam legaſſe, niſi dixerit meam.*

1 §.Cum fundus. ¶†Qui legat rem quam cũ alio communem habet,cenſetur le-
a gaſſe duntaxat partem ſuã.[a] h.d.Videbatur ꝯriũ ſi ſciebat ꝑtem
ſuam partem alienam.nam ſi tota eſſet aliena, & hoc ſciret,to-
ta deberetur.vt in l.cum alienam.C. de lega. Sed certe tũc non
ſubeſt ratio quare magis ſenſerit de vna parte,quàm de altera.
b Sed qñ ſcit[b] eam eſſe cõem, ius pręſumit ꝙ ſolũ ſenſerit de par
te ſua,& ꝙ voluerit hr̃dem ſuum grauare in redimendo partẽ
ſocij.Idem ſi credebat totam eſſe ſuam,quia veriſimile eſt,ꝙ ſi
ſciuiſſet eam cõem,ſolum partem ſuã legare voluiſſet,quia nõ
grauaretur hæres in redimendo. Vnde ſi eſt cõis, & deberetur
tota, grauaretur hæres præter intentũ defuncti. ideo reſtringit
legatum ad ſuã tm̃ partẽ. Sed ſi credebat totã alienã, certe tũc
legat ipſam tanq̃ alienã,& intendit hr̃dẽ grauaſſe in redimẽdo
totã rẽ,& iõ tota debebitur, quia nihil ſequitur præter mentẽ
defuncti.Quia ſi voluit grauare in redimẽdo totã, fortius in re
dimendo partem & ita colligitur ex his quæ no. per Bar. poſt
2 Dy.j.eo.l.ſeruũ filij.§.j.vbi oĩno vide.¶†In tex ibi, [ſed meum
nominauerit.] Idem ſeruum dixit meum,ſed ſimpliciter dixit,
c lego Titio talem fundum,qui tamẽ erat communis.[c] gl.eſt ord.
in l.Iul.j.de leg.3.& ita tenuit hic Dy.& refert Cy.in l.cum alie
nam. C. de lega. vt ſp fictione iuris intelligatur voluiſſe legare
duntaxat pro portione quam habebat, licèt in contrarium vi-
deatur facere gl.quæ eſt hic,quæ ponderat hoc verbum.Sed gl.
non habuit reſpectũ ad caſum,qui ponitur in tex. quo quærit.
quantum vr̃ legaſſe.ſed habuit reſpectũ ad quæſtionẽ quam ip
ſe format,videlicet,ſi poſt teſtm̃ redimat partem ſocij.& ſic tꝑe
mortis reperiatur fundus inſolidum ſuus,an tũc debebitur to
tus.tunc enim bene eſt diſtinguendum, an dixit lego fundum
meum, & tunc non debebitur, quia iſtud pronomen meum,
ſignificat tempus præſens.& eſt ſecundus,lego partẽ quæ nõ ẽ
mea per interpretationẽ iuris, ideo non extenditur ad partem
quæ poſtea efficitur ſua,vt l.ſi ita.j.de aur.& arg.leg. Secus ſi di-
xit ſimpliciter talem fundũ non apponẽdo meũ,quia tunc ceſ-
ſat ratio prædicta. non. n. includitur hic tempus præſens, ideo
intelli-

ADDITIONES.

a Partẽ ſuã. Tenuit Anc.cõſ.ſuo.437.per hunc tex.ꝙ ſi executor diſtribuẽdo in pauperes domũ ſibi cõem cum teſtatore aſſignat vni illã domum ꝙ tantum cenſetur aſſignare partem teſtatoris.
b Sed quando ſcit. Quando eſt facta alienatio rei cõis pro quo, & quando per te cenſeatur facta, vide per eundem Pau.de Ca.in conſi.ſuo.416.in antiquis, incip.quod dicti reditus damnorum. Fran.Cur.
c Communis. Adde quòd licèt id quod eſt cõe, dicatur meũ, tamen hoc debet intelligi quando ſumus in materia fauorabili, & nõ in odioſa.ita Gemi.in c.cum in illis.§.fi.de præben.lib.6.alleg. Io. Cal.in tit.de præben. conſ.22. vbi reſeruatio beneficiorum facta per Papã exceptis beneficiis ſpectantibus ad collationem epiſcopi, intelligitur etiam de ſpectantibus ad epiſcopum & capitulũ.Facit quod dicit Bal.in l.j.C.qui teſta.fa.poſſ. & per Bar.in l.illud.ſupra de ritu nup.de domo communi. Fran.Cur.

intelligitur ꝙ non eſt meus,vel erit in futurum,quia verba ſim
pliciter prolata,etiam futura comprehēdunt. vt l. ſi ſeruitus.de
ſer.vrb.prædio. Item iſte §. loquitur in vltima voluntate, quid
in contractibus? Rñdeo. aut in lucratiuo, vt in donatione, &
idē vr̄ quod hic, quia legatarius non remanet deceptus in ali-
quo ſi habeat partem,& nō totū,vtroq;.n.caſu aliquid lucratur
3 vt in ſi.no.j̃.eo.l. ſi quis à filio. §.ſi quis plures. in fi.glo. † Si ve-
rò in ɔ̃ctu oneroſo,vt in venditione & locatione,non debet in
ſpici ſcientia vel ignorantia vendentis, vel locantis, ſed emen-
tis,vel conducētis, vt ſi ſciebat rem cōem,imputet ſibi,quia il-
le non cenſetur niſi partē ſuā vendidiſſe. Si aūt ignorabat & cre
debat totam eſſe vendentis,tota cenſetur vendita, vt vēditor ad
totam teneatur, & imputet ſibi quare non certificauit empto-
rē. Et hoc patet ex his ꝗ no.per Cy.in l.j. C. ſi pig. da. ſit.& per
Bal.in l.j.C.qui teſt.fa.poſ. Et ſatis probatur iſtud membrū in l.
4 ſi quis domū.§.j.s̄.loc.¶† Item quod dr̄ in eo qui habeat partē
proprietatis, idem ſi habeat aliquod ius in re, quod ſit dñium
vel pars dñij, vt ſi habebat vtile dominium, & alius directum,
nam ſimpliciter legando,cenſetur legaſſe dñiū vtile,quod habe
bat duntaxat,vt in l.ſi domus.j̃.eo. Et ſi habebat vſumfru.qui ē
pars dñij, cenſetur illum tm̄ legaſſe, licèt legatum ex hoc red-
datur inutile,quia morte ipſius finitur, nec propterea tenebit̄
hr̄s illum redimere à proprietario,vt C.de leg.l. cum qō. & ibi
no.& j̃.eo.l.quod in rerum.§.j.& l. Stichū.de vſufr.leg.vbi om
nino vide per Bar. ſed ſi erat aliud ius, quod nec erat dñiū, nec
pars eius, vt ſeruitus prædialis,vel pignorat.non cenſetur teſta-
tor legādo rē ſimpl̄r, reſtrinxiſſe ſe duntaxat ad illud ius: quia
licèt cadat in eo,non ſic caderet in legatario, quia non haberet
prædium vicinum cui ſeruitus illa poſſit deberi, vt in l.j.cōia p̄-
di. Vel debitum principale non erat in eius perſona, nec lega-
tū, rōne cuius poſſet illud ius pignoris in ipſum tranſire, quia
ſic eſſet hypotheca ſine principali, quod rr̄ eſſe non debet. Et
prædicta, qn̄ proprietas eſt cuiuſdam tertij. Quid aūt ſi erat le-
gatarij, & teſtator habebat illa iura ſeruitutis, vel pignoris,&
ſimpl̄r legauit illi fundum illū, an teneat legatum rōne illorū
iurium, vt ſic cenſeantur remiſſa? dic vt plene hr̄. in l. Meuius.
§.fundo.in tit.j. qui eſt difficilis valde. ¶ In gl. ibi. (ſed cur pars
alterius.) Iſta q. pōt dupliciter intelligi. Primo vt referatur ad
id quod dr̄ in tex.& ſic ꝙ loquitur qn̄ pars ſocij non fuit redem
pta.quo caſu dicit̄ in tex.ꝙ nō debet̄ niſi pars teſtatoris. ¶ Vnde
quærit glo.quare non debetur ēt pars ſocij, vt ſic hr̄s cogat̄ illā
redimere. Et gl.rñdet,ꝙ ideo,quia dixit meum: ſed ſi non dixiſ-
ſet, ēt illa deberet̄. & ſi ita ſenſit gl. male locuta eſt: quia immo
etiam ſi non dediſſet, vt dixi ſuper tex.& no.gl.in l. Iul.de leg.3.
Et ad ɔ̃rium gl.rñdet, vt dixi s̄. Secundo modo pōt intelligi vt
referat̄ ad id quod dixit gl. in præſen. ſi teſtator redemit partē ſo
cij,ꝙ ēt tunc illa pars non debebit̄ tunc quærit glo.quare nō,&
ſi ſentit iſto modo,bene locuta eſt.nam ideo, quia dixit ſuum,
5 quod ſi non dixiſſet,deberetur,per rōnem quàm s̄. dixi ¶† Sed
quæro,quid ſi totus fundus erat teſtatoris, tm̄ ipſe tenebatur a-
ctione perſonali cuidam tertio ad partem eius, quam ſibi ven-
diderat? rñdeo ꝙ ēt nunc legando ſimpl̄r illum fundū,nō cen-
ſetur ſenſiſſe de parte quam vendiderat, licèt adhuc ſit ſua, qa
non cenſet̄ eſſe, poſtꝗ actione perſonali tenebat̄ alteri tradere,
ſed ſolum de illa quam non vendiderat. caſus eſt in l. qui con-
6 cubinam.§ qui fundum.j̃.de leg.3.¶† Item quid ſi dixit lego to
tum fundum? rñdeo tunc debebitur totus.vt eo.tit.l Iul. Idem
ſi non dixit totum, tamen ipſum totum confinauit,dicendo,le
go talem fundum,cui ab illa parte cohæret talis, ab altera talis.
7 vt not.Bal.in l.j. s̄. alle. ¶† Sed quid ſi dixit lego dimidiam talis
fundi,cum ipſe non haberet niſi vnam dimidiam, an cenſelur
ſenſiſſe de tota illa dimidia,an de dimidia dimidiæ? Bart. tenet
iſtam partem ad quod omnino vide quod ipſe no.j̃.de dam.in-
8 fect.l. ſi plures. ¶† Quæro quid ſi teſtator habebat rē cōem cū
hærede,nam hic loquitur qn̄ cum extraneo? Rñdeo, tunc de-
betur tota, vt in l.cum filius.§.dn̄s.j̃.tit.j.niſi dixerit meam. ¶ Itē
quæro circa glo. quid ſi redemit partem ex quadam neceſſita-
te,quia fuit ſibi adiudicata iudicio diuiſorio? dicit Iac.de Are.
tūc totā deberi legatario,ſiue dixerit meam, ſiue nō, vt in l.Iul.
§.Celſus.s̄.de act.empt. Sed ibi loquitur in contractu oneroſo,
in quo eſt alia ratio: vnde verius videtur,ꝙ etiam tunc adhibea-
tur diſtinctio glo. Tene menti.

*ex parte matris, & minor habeat vnum tantum ex parte patris, debet ille adhiberi cum vno alio ex parte matris.*

LEX VI.

1 STichum qui. ¶† Relatiuū quis, vel qui[a]
a iūctū verbo futuri tēporis
facit conditionem, ſed iunctum verbo præſentis tem-
poris,facit demonſtrationem. Item conditio quæ ve-
nit implenda in re de qua fit diſpoſitio, reſoluitur in quatenus.
h.d.& ſemper allegatur.& continet tria dicta. primum quando
iungitur verbo futuri temporis, ſm̄ qn̄ verbo præſentis, tertiū
circa primum dictum declarat vnum dubiū. effectus primi di-
cti eſt,quia licèt tempore teſtamenti ſeruus eſſet teſtatoris, ſi ta-
men poſtea alienauit,vel ex cauſa voluntaria, vel etiam neceſ-
ſaria,non curo, & ſi tempore mortis non reperitur ſuus, lega-
tum non debebitur,quia defecit conditio ſub qua fuit factum.
¶ In ſecundo caſu ſi alienauit ex cā neceſſaria, bene debebitur,
quia defectus demonſtrationis non vitiat legatum, cum con-
ſtet de corpore.vt l. demonſtratio de cond.& dem. Sed ſi alie-
naſſet ex cauſa voluntaria,non deberetur,quia cenſeretur teſta
b tor legatum reuocaſſe.[b] vt l.fideicommiſſa.§. ſi rem. de lega.3.
2 & no glo.in l. Imper.eo.tit. ¶† In gl.j.ibi:(ſed certè.) Dic clarius
ad iſtud contrarium,quòd relatiuum quis,vel qui, reddit con-
ditionale ſuum añs, & non aliud. ſi ergo antecedens eſt tale qd
in quo conſiſtit ſubſtantia inſtōnis, tota diſpoſitio cōditionalis
redditur, & defectus talis conditionis facit deficere ſubſtantiā
inſti. & iſte eſt caſus hic, nam in re legata conſiſtebat ſubſtan-
tia legati. & per iſta verba apparet,ꝙ Stichus non fuit legatus,
3 niſi ſub iſta conditione,ſi erit teſtatoris cum morietur. ¶† Inter
dum añs eſt tale in quo ſubſtantia diſpoſitionis non conſiſtit,
ſed accidens,& tunc facit deficere illud accidens, non autē ſub-
ſtantiam. ita loquitur illud contrarium, quia inſt. hæredis pōt
fieri ſine partibus,& cum partibus. Si ergo dixi, inſtituo talem
& talē ex partib. quas aſcripſero,ſi poſtea nō aſcribo, deficit di-
ſtributio partiū,nō inſtitutio,ſed eſt perinde, ac ſi ſine illis ver-
bis fuiſſent ſimpliciter inſtituti. ¶ In fi.gl. ibi,(ſed ibi apparet ra-
tio diuerſitatis.) quia ius patronatus qd̄ remanet teſtatori poſt
manumiſſionem, ſubrogatur loco dominij, ideo non cenſetur
ſeruum alienaſſe ſed cenſetur eſſe adhuc ſuus, ideo illa conclu-
ſio, ſi meus erit, non cenſetur defecta. ¶ Sed oppo. nunc extra
glo.ɔ̃.primum dictum l de l.fi.C.de poſth.hære inſti.vbi ſi teſta
tor inſtituat poſthumum qui ſibi naſcetur poſt mortem, licèt
naſcatur in vita,non deficit inſtitō: & ſic relatiuum illud condi
tionem non faciat. Solu.& tene menti, iſte text. debet intelligi,
qn̄ teſtator ſciebat, vel credebat illud quod adijciebatur per re-
latiuum, quis, vel qui, ſe poſſe habere ad eſſe, vel non eſſe. & ſic
voluit facere conditionem. Sed ſi credebat ſe habere ad eſſe tm̄
quia in infirmitate de qua credebat mori dixit illa verba, & ſic
putabat illum naſciturum poſt eius mortem, non intendebat
facere conditionem, ſed cauſam. Et exponitur qui mihi naſce-
tur poſt mortem. i quia inſpecta mea opi. Ideo ſi reconuale-
ſcet,& naſcatur in vita, non deficit inſtō, quia defectus cāæ nō
finalis,non facit eam deficere, nec fuit inductus ad ipſum inſti-
tuendum pp hanc cām, quia deberet naſci poſt mortem, ſed
4 quia filius. ideo cā non erit finalis. ¶† Item adhuc oppo. de l.ſi
Titius mihi.§ cum ita.in fi.j̃.tit.j.Solu. hic loquitur in relatiuo
quis, vel qui quod eſt relatiuū ſubſtantiæ.vt no.C.de ſent. quæ
pro eo.l.pe.ibi loquitur in relatiuo accidentis, quantitatis, vel
qualitatis, quod iunctum futuro tpi ɔdōnem nō facit, vt eſt ibi
caſus no.& l.Clemens patronus.in fi. de hæredi. inſt. ¶ Contra
ſecundum dictum oppo.de l.nuper.de leg.3. Sol. hic loquitur
qn̄ adiicitur certo & determinato corpori.& tunc facit demon
ſtrationem, ſi iungitur verbo p̄ntis temporis. Si autem adiicia-
tur incerto corpori, tunc facit conditionem, vt ibi, quod expo-
ne, ideſt taxationem & limitationem. vt ſi dico, lego omnia vi-
na quæ mea ſunt, vel omnes veſtes quę meę ſunt: nam non te-
net legatū niſi in illis quæ meę ſunt, in alijs verò ſecus, quia in
eis deficit demonſtratio. Sed ſi adijcitur certo corpori, licèt de-
monſtratio deficiat, non redditur legatum nullum. ſed ɔ̃. quòd
etiam tunc reddatur nullum, quia ſi dico relinquo 10. quæ mi
hi Titius debet hic adijcitur terminus determinatus rei,& tm̄ ſi
Titius non debet, lagatum non valet. vt l. ſi ſic.§.j.cum ibi no.j̃.
eo. Sol. ibi, falſa demonſtratio facit deficere ſubſtantiam rei le-
gatę. Nam videor tuc potius legaſſe actionem ꝗ quantitatem.
Si ergo ille non debet, deficit actio, & ſic res legata, in qua de
ficit ſubſtātia, legati ſecus quando non facit ſubſtantiam defi-
5 cere. ¶† Vltimò inducitur iſte tex. in fi. ad duas q. primo ꝙ illa
clauſula, ſi non valet iure teſtamenti, debet intelligi quatenus
non valet.& eſt glo. in l.controuerſia. s̄. de tranſa. Item ſi ſtatu-
c tum[c] dicat ꝙ minor non poſſit contrahere ſine præſentia, &
volun-

1 *Relatiuum quis vel qui quando faciat conditionem, vel demonſtrationem*
2 *Relatiuum quis vel qui, iunctum futuro tempori, reddit conditionale ſuū antecedens, & non aliud, & vide.nu.3.*
3 *Si tunc antecedens eſt tale in quo cōſiſtit ſubſtantia inſtitutionis, tota diſpoſitio conditionalis redditur, & defectus talis conditionis facit deficere ſubſtantiam inſtitutionis.*
4 *Si antecedens eſt tale in quo ſubſtantia diſpoſitionis non conſiſtit, ſed accidens, tunc facit deficere illud accidens, non autem ſubſtantiam.*
5 *Relatiuum accidentis quantitatis, vel qualitatis, iunctum futuro tempori, non facit conditionem.*
6 *Clauſula, ſi non valet iure teſt. debet intelligi quatenus non valet.*
7 *Statutum quòd minor non poſſit contrahere ſine præſentia & voluntate duorum conſanguineorum ex parte patris, & ſi eos non habet, duorū*

ADDITIONES.

a Quis, vel qui. Vide.per Oldr.cōſ.126, per Bal.cō.145.2. lib. & per Sig.de medi.in conſ.x, in cō.70 cōſ.107.& cō.229.& per d.Alex de Imo.cōſ.46. co.3.in 2.vol.Fel.in c.ſuper literis.col.3.de reſcrip. Fran Cur.
b Reuocaſſe. Adde vt per Ludo.Ro.conſi.228.
c Statutū. Adde vt per And.cōſ.170.& ēt Pau.de Ca.in ſuo cō.26. Frā. Cur.

voluntate duorum conſanguineorum ex parte patris, & ſi eos
non habet, duorum ex parte matris, & minor habeat vnum
tantum ex parte patris, an illo omiſſo debeant duo adhiberi ex
parte matris? videbatur ꝙ ſic, quia ſi non habet ambos, cenſen
tur verificari verba ſtatuti. Et ſi eos non habet &c. vt veniatur
ad alios. ¶In contrarium facit iſte tex. vt intelligatur .i. quate-
nus non habet: & ſic adhibebitur ille vnus cũ alio ex parte ma-
tris. de quo vide hic per Bar. ſcias ẽt ꝙ hic vna glo. tenet ꝙ iſta
conditio quæ inducitur per relatiuum, dicatur tacita, de quo
videtur eſſe tex. in l. j. circa fin. de cond. & dem. tamen non ex ta
cita diſpoſitione legali, ſed ex tacita voluntate defuncti, qui nõ
fuit vſus verbis directò facientibus conditionem, vt eſt dictio,
ſi, ſed per indirectum vt ſicut cum vtitur dictione, cũ, quæ prin
cipaliter facit tempus ſecundariò conditionem, vt infra qñ di.
le. ce l. Titio. & iſta conditio reddit adeo legatum conditiona
le, ꝙ impedit diem eius cedere. & ſic legatarius interim dece-
dens non tranſmitteret. vt l. quod purè. j. qñ di. le. ce. & expreſ-
sè tenet Bar. in l. ſi poſt mortem. in fi. j. eo. ſecus in tacita lega-
li, quæ dr̃ extrinſeca, non proueniens ex teſtõ. vt dixi ſ. eo. l. 3.

1 *Ademptio à quo fieri poſſit.*
2 *Hæreditatem ſeruo delatam an ſolus dominus poſſit repudiare.*
3 *Cum hodie filio quæratur proprietas, & patri vſusfructus, poteſt pater il lum vſumfructum repudiare in ſui præiudicium non proprietatem in præiudicium filij, & ſua repudiatio proderit filio.*
4 *Legatũ monacho delatũ, an ſolus Abbas poſſit repudiare, vel acceptare*

## LEX VII.

1 LEgatum. ¶†In glo. ibi, (non tamen dño adi
mi põt.) quia ademptio nõ debet
fieri niſi ab eo cui relictũ eſt. ſed ſi relinquit ſeruo,
nõ proprerea vr̃ relictum domino, licèt ſibi mediãte
perſona ſerui acquiratur, quod eſt ex diſpoſitione legali, non
ex voluntate defuncti. vt l. qui liberis. §. hæc verba. de vulga. &
pupil. bñ tñ põt grauari dñs in relictis ſeruo, quia licèt nõ habe-
at expreſſam voluntatẽ teſtatoris, quæ requiritur ad hoc vt ali-
cui poſſit adimi, habet tñ tacitam, quæ ſufficit vt poſſit graua-
ri vt j. eo l. cum filio. cum ſimili. & ſibi acquiritur recta via me-
diante perſona ſerui, licèt reuocabiliter antequam acceptet. Et
hoc ſufficit vt poſſit repudiare vt hic: nam repudiare eſt abdi-
care à ſe ius acquiſitum, ſed non perfectum, non ergo pertinet
ad ſeruum, cui nõ acquiritur, ſed ad dominum, cui acquiritur,
licèt mediante perſona ſerui. & hæc eſt rõ huius l. ¶In fi. glo.
ibi, (plus iuris habet filius.) Iſta gloſſ. ſentit duo: nam ille §.
fi. loquitur in hæreditate, hic in legatis, & in hoc glo. non vide-
tur facere vim. Item ille loquitur in filio & patre, hic in ſeruo,
& in dño, & in hoc glo. non videtur facere vim. ſentit ergo gl.
2 †Primo, ꝙ ille §. qui loquitur in filia & patre, non haberet lo-
cum in ſeruo & domino, & ſic ꝙ hæreditatẽ ſeruo delatã ſolus
dominus poſſet repudiare, licèt delatam filio pater repudiare
non poſſit. Bar. ibi hoc reprobat, quia in nullo iure hoc cauet,
& in cõtrariũ eſt ſecũda, quia dominus non poſſet eam adire,
immo requiritur aditio ſerui. vt C. de hære. inſti. l. cum propo
nas. ergo nec repudiare. vt l. is pot. de acq. hær. licèt ſecus in bo-
no. poſ. quam repudiare põt. vt l. j. §. per ſeruum. de ſucceſ. edi.
3 & quæ ſit ratio dic, vt in d. §. fin. per Bar. ¶†Secundo ſentit glo.
ꝙ iſta l. quæ loquitur in ſeruo & dño non haberet locũ in pa-
tre & filio, ſed hoc eſt falſum ipſo iure cùm ſit eadem rõ, quia
legatum factum filio quærebatur patri ipſo iure: ſicut hic dño,
ergo ſolus pater poterit repudiare. ¶Item hodie iure codicis,
cùm filio quæratur proprietas & patri vſusfru. põt pater illum
vſumfru. repudiare in ſui præiudicium, non proprietatem in
præiudicium filij, & ſua repudiatio proderit filio. vt l. cum non
4 ſolum. C. de bo. quæ lib. ¶†Et quod hic dicitur in ſeruo & dño,
procederet in monacho & Abbate. tñ Abbas non ſolum lega
tum poteſt repudiare & acceptare, ſed etiam hæreditatem de-
latam monacho, quod non eſt in domino, vt not. in c. præſen-
tia. de proba. non tñ vr̃ ꝙ poſſit repudiare ſine conſenſu capitu
li, vel conuentus, ſicut nec alias alienationem facere per l. ma-
gis puto. §. fundum autem ſ. de re. eo. licèt Fed. de Senis videatr̃
a conſuluiſſe contrarium [a] per l. qui autem. in prin. quæ in frau.
cre. quæ nihil facit, quia loquitur in creditoribus qui non ha-
bebant ius in rebus alienatis. vnde non poſſunt reuocare repu-
diationem lucri nondum quęſiti, tanquam factam in eorum
fraudem, ſed alienationes rei perfectè quęſitę ſic. Nos loqui-
mur in eo qui habebat ius, vt eſt conuentus, ſicut & Abbas in
legato facto monacho. qa quęritur toti monaſterio, quod cõ-
ſiſtit in Abbate & conuentu & hoc probat optimè ille §. ſi fun
dum. contra quem videtur ipſe conſuluiſſe, licèt ipſum alleget
de quo miror, cùm fuerit excellentiſſimus vir.

### ADDITIO.

a Contrarium. Adde quod op. Fed. ſeq. Ludo. Rom. conſ. 184. vbi refert
ꝙ Io. de Ana. etiam ita conſuluit. & ibi dicit etiam ꝙ Bal. fuit ſibiipſi con-
trarius, & opi. Fede. ſequitur Car. conſ. 88.

---

1 *Si teſtator rem legatam diminuit, vel auget, cenſetur diminutum, & auctum legatum.*
2 *Si teſtator alienauit ex neceſſitate rei familiaris, nõ cẽſetur in illa parte legatum reuocaſſe.*
3 *Contrariorum eadem debet eſſe ratio.*
*Quod operatur propoſitum in propoſito, operatur oppoſitum in oppo-*
4 *ſito. Idem iuris eſt de augmento, quod eſt de ipſo principali.*
5 *Si alicui conceſſa eſt immunitas à collectis, & poſt conceſſionem inducatur noua collecta propter guerram ſuperuenientem, an teneatur ad illam ſoluendam.*
*Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.*

## LEX VIII.

1 SI ex toto. †Si teſtator rẽ legatã diminuit, vel
auget, cenſetur diminutũ, vel auctũ
legatum. h. d. Concor. j. eo. l. quod in rer. §. ſi qs poſt.
2 ¶†In tex. ibi, (alienaſſet.) ſi voluntariè. ſecus ſi ex ne
ceſſitate rei famil. quia non cenſeretur in illa parte legatum re-
uocaſſe. & ſi adhuc totus fundus deberetur, vt j. de leg. 3. l. fidei-
commiſſa. §. ſi rem. & ita intellige hic glo. j. ¶In tex. ibi, (quia
3 ẽt ſi adieciſſet. ¶†No. ꝙ eadem dr̃ rõ contrariorũ: qa ſi vnũ de
contrarijs operatur vnũ, aliud ꝯrium debet operari aliud ꝯriũ
& quod operatur propoſitũ in propoſito, operat̃ oppoſitũ in
4 oppoſito. vt j. de leg. 3. l. fi. & ſ. de vul. & pup. l. & ſi ꝯ. ¶†No. ẽt
quod idem iuris eſt de augmento, quod eſt de ipſo principali.
concor. l. inter ſocerum. §. cum inter. de pac. do. & l. ẽt. C. de iu-
re dotium. Et inducitur in argumentum per Dy. ad q. quotidia
nam. Si alicui conceſſa eſt immunitas à collectis, & poſt con-
a ceſſionem inducat̃ collecta noua [a] pp guerrã ſupuenientẽ. vtrũ
teneatur ad illam ſoluendam. & eſt ar. hic ꝙ non, quia cum ha-
beat immunitatem de principalibus collectis quę tũc vigebãt,
cenſetur habere ẽt de iſta, quę venit per modum augmẽti ad
primas. Et per hoc, quia conceſſio vr̃ extendi ad futuras colle-
ctas cùm fuerit ſimpliciter facta. vt in l. ſi ſeruitus. ſ. de ſer. vrb.
prę. & quod no. idẽ Dy. & Bar. in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. in
fi. j. eo. ¶In ꝯrium: quia non cenſetur cogitatũ de his, ſed ſolũ
de illis quę tunc vigebãt: niſi fortè iam tunc erat incępta guer-
ra tempore conceſſionis, & ſic ſuberat cã cogitandi, & ad hoc
l. qui cum tutor. ſ. de trãſac & l. in lege. & l. Rutilia Polla. ſ. de ꝯ-
5 trahẽ. emp. †Item quę de nouo emergũt, nouo indigẽt auxilio
vt ſ. de inter. act. l. de ętate. §. ex cã. Iſtam partem tenet hic Dy.
per l. j. C. ne li. in emptione ſpecierum. lib. 10. ſeu 11. Alii tenẽt
contrariam partẽ quę mihi plus placet, quia ꝯcedens potuit de
hoc caſu cogitare, ſaltem in genere, licèt non in ſpecie, vnde ſi
bi imputet ꝙ ſimpliciter cõceſſit, argu. C. de tranſ. l. ſub prętex-
tu. la 2. cum ibi no per Doc. & per Cy. in l. nõ modus. C. de ſer-
ui. & aqua. Et quia debet fieri larga interpretatio cõtra cõcedẽ
tem in beneficijs, ſicut põt dici conceſſio, vt l. beneficiũ. de cõ-
ſti. prin. & quod no. Inn. in c. cum dilectus. de dona. Bald. aũt vr̃
diſtinguere, aut imponuntur per modum augmenti, & proce
dit iſta pars: aut tanq̃ nouę collectę, & procedit opp. Dyn. Sed
parum eſt probabilis hęc diſtinctio, quia rõ põt hic apparere,
& quia eſſet in poteſtate imponentis grauare illum, cui facta ẽ
conceſſio, quod eſſe non debet. arg. ſ. de ar. l. ne in poteſtate. &
de iudic. l. 2. § ſed ſi agant. Vltimò oppo. ꝯ. hunc ver. de no. per
gl. & Doc. ſ. e. l. ſerui electione. §. fi. Sol. poſſet dici ꝙ hic intelli-
gatur ſm̃ ea quę ibi no. quia legauit fundum ſimpliciter, nõ di-
cendo meum. & tunc debebitur legatario augmẽtum, ſecus ſi
dixiſſet meum per illam glo. hoc tñ nõ placet, quia hic ſimpli-
citer loquitur, ideo dic ſm̃ Iac. de Are. quòd hic legauit totum
fundũ, quo caſu ẽt ſi dicit meũ, debebit̃ augmentũ poſtea ſup-
ueniens, quia nõ cenſetur illud verbũ appoſitũ cã limitãdi lega
tũ, ſed potius cã demõſtrandi, quia non ſuberat cã quare debe-
ret in legato plus venire q̃ iſtud quod erat ſuum, & totum erat
ſuum. Sed ibi loquitur qñ legauit fundũ in quo habebat ſolũ
partem quã habebat, ſi ergo tunc dixit meũ, illud verbũ cenſet̃
appoſitum cã limitandi legatum ad ſuam tm̃ partẽ, quia ſube-
rat cã pp quã videretur prima facie totus fundus legatus, qa to-
tus erat vnus fundus, ſi erat cõis pro indiuiſo. vnde dicẽdo lego
talem fundũ, videbatur totũ legaſſe. Si ergo addidit meũ, per-
inde eſt ac ſi dixiſſet lego partem duntaxat meam, iõ licèt redi-
mat alteram partem, non debetur: quia legatũ limitatũ nõ re-
cipit augmentũ, ar. in l. in agris limitatis. de acqui. re. do. Sed le-
gatũ de quo hic, non erat limitatũ per rõnem de qua ſ. dixi iõ
recepit augmentum. Glo remanent expeditę per prędicta.

### ADDITIO.

a Collecta noua. Adde Bal. conſi. 124. 5. li. Lu. Ro. conſ. 436. & per Ale. de
Imo. in conſi. 30. col. 3. ver. nec ẽt obſt. in 5. vol. & de hoc vide ẽt per Ale.
in conſi. 93. col. 3. verſ. nunc attingo, & in conſi. 213. co. 6. ver. Ad idẽ in
2. vol. Adde tñ ꝙ ſi eſt conceſſa immunitas alicui à collectis. ſi talis patia-
tur ſe deſcribi in libro ſoluentium collectas ꝙ ſibi præiudicat, ſi non ap-
pellauit. ita notabiliter Ang. in l. i. §. ſi qs tutor. infra qñ app. ſit. Et dicit d.
Alex. de Imo. in conſ. 101. col. pen. ver. 3. principaliter in j. vol. & in pro-
poſito vide q̃ ponit ipſe Alex. in cõſi. 193. ſ. alleg. & ẽt Fel. in c. cãm col. x.
ver. tertiã cõclu. de reſcri. & in c. accedẽs. col. 3. & 7. de præſcr. Frã. Cur.

---

1 *Alternatiua poſita inter perſonas grauatas ſtat proprie, & tribuit actionem cuilibet inſolidum.*
2 *Per dictionem alternatiuam poſitam inter obligatos, conſtituuntur plures rei debendi: ſed copulatiua tribuit actum cuilibet pro parte,*

In

3 *In teſtamentis poſſunt etiam conſtitui duo rei debendi, & eodem modo duo rei credendi.*
*Licèt plures rei debendi ſint obligati diuerſis obligationibus, tamẽ vno ſoluente liberatur alter. & nu. 1.*
4 *Si vnus ex hæredibus ſoluat totam quantitatem, vt hic, an poterit petere à cohærede partem actione neg. geſt.*
5 *Si vnus ex duobus reis credendi tantum egit, & exegit totã, an teneatur communicare partem alteri.*

1 **§. Si ita ſcriptum.** †Alternatiua poſita inter per-
ſonas grauatas ſtat propriè, &
tribuit actionẽ cuilibet inſolidum. Itẽ vno ex reis debendi ſol-
uente in totum, vel pro parte, liberatur alter in totũ, vel ab il-
la parte. Itẽ pars illa non ſoluta pōt ab illo eodẽ qui primã par-
tẽ ſoluit, vel ẽt ab altero peti, prout elegerit creditor, ſicut po-
terat ipſum totũ, h. d. notabiľr. Et in hoc vltimo conſiſtit diffi-
cultas huius §. qa immo videbatur ꝙ altera pars nõ ſoluta, nõ
poſſet peti ab illo eodem qui ſoluit primã partẽ, ſed ſolũ ab al-
tero qui nihil ſoluerat, quaſi recipiẽdo partem ab illo cẽſeatur
ſibi pactũ de non petendo amplius ab eo, vt in l. ſi creditores,
C. de pac. & ꝙ cenſeatur actio diuiſa, vt C. de fideiuſ. l. liberũ. de
quib. ll. gl. hic magna ſimilis opp. & ſoluit multis modis. dic, vt
2 dicam ſuper ea. ¶†Venio ad caſum. No. j. ꝙ ꝑ dictionem alter-
natiuam poſitam inter obligatos cóſtituuntur plures rei debẽ-
di. cõco. C. de cõſt. pecu. auth. ſi qñ. & plenè ꝑ Bar. in l. j. ĵ. de duo.
re. in q. illa quaľr cõſtituãtur plures rei debendi, vbi tex. iſte alle
gatur, ſed per copulatiuã nõ, qa tribuit actũ cuilibet pro parte,
vt in l. reos. §. cum tabulis. eo. tit. & in l. pe. quã allegat gl. j. niſi
fuerit dictũ expreſsè cõtrariũ, ꝙ qlibet teneatur inſolidũ. vt in
l. eadẽ. eo. tit. ſed qñ ponitur alternatiua nõ expedit ꝙ dicať, ſed
ꝯ, ꝙ ẽt alternatiua reſoluať in cõiunctã. vt C. de verb. ſig. l. pen.
Sol. vt hic in gl. quæ inci. ergo. in fi. qa ibi qñ poniť inter hono-
ratos, i. illos qb. relinquiť vel inter credi. qb. acqriť obľo. hic qñ
inter grauatos vel inter eos q obligãť. Itẽ no. ꝙ ẽt in teſtamẽtis
pñt cõſtitui duo rei debẽdi, & eodem mõ duo rei credendi, vt ĵ.
3 tit. j. l. ſi Titio aut Seio. in i. char. ¶†Itẽ no. ꝙ licèt plures rei de-
bẽdi ſint obligati diuerſis oblonib. tñ vno ſoluẽte liberať alter.
quia vnicũ tm̃ cenſetur debitũ, & vnica eſt actio. ¶In gl. q̄ inc,
ergo. ibi, [de pac. l. ſi creditores. & de fideiuſ. l. liberorum.] Iſta
duo cõtraria debent diuidi, licèt gl. cumulet: nã aliud dicit l. li-
berorũ. aliud l. ſi creditores. dic ergo ad l. liberorũ, ꝙ ibi loquiť
qñ creditor cõuenit ambos reos debendi, quẽlibet tñ pro parte
quo cenſetur actionẽ diuiſiſſe. & ſi contingat eos cõdemnari,
& alterũ ipſorũ non eſſe ſoluẽdo, & ſic non poſſit ꝯ eũ fieri exe
cutio, non poterit ad alterũ redire pro illa parte. hic aũt loqui
tur qñ conuenit vnũ tm̃ pro parte, vnde no eſt tractandũ de di-
uiſione actionis, ſed ſolũ de pacto, an videať ſibi feciſſe pactũ,
de non petendo alterã partẽ. & iſte tex. probat ꝙ nõ. Sed l. ſi cre
ditores. C. de pac. probat contrariũ. glo. hic laborat in ſoluẽdo.
& Bar. tenet illã ſolutionẽ, ꝙ hic loquať in legatis eorũ fauore,
ibi in ꝯctib. licèt gl. ipſam reprehendat & meritò. dic ergo ſm
Bal. & Ang. ꝙ ibi in petẽdo partẽ appoſuit alia ver. ex quib. re-
ſultat pactũ, quia in libello dixit, peto à te quinque pro parte,
quæ tangit te de iſto debito. vel ſi unus eorũ ſponte ſoluit par-
tẽ, & dixit ſoluo pro parte mea, hic verò non fuerunt appoſi-
ta hæc verba, ideo non reſultat tacitum pactum de non conue-
4 niendo illũ in plus. *hæc eſt ipſa veritas.* ¶†*Vltimò quæro*, qd
ſi vnus ex hære. iſtis ſoluit totã quantitatẽ, an poterit petere à
cohærede partẽ act. neg. geſt. quia ipſum liberauit? vř ꝙ ſic. vt l.
ſoluendo. de neg. geſt. Sed illa loquiť qñ ſoluens liberat alium,
& non ſe, qa ipſe, nõ erat obligatus. hic aũt liberat ſe principa-
liter, & ſic geſſit negotiũ ſuũ, licèt in ꝯñam ẽt alienũ. Bř dic ꝙ
nõ repetit, cum ſint duo rei ex cã lucratiua, ſecus ſi eſſent ex cã
oneroſa. puta ꝑ pecunia, quã mutuo receperũt, & q̄ ꝑuenit ad
quẽlibet eorũ ꝑ parte: tñ ambo ſe obligauerũt inſolidũ, tũc. n.
ſi vnus cõuẽtus ſoluat totũ, repetit à correo ꝑ parte quæ ad illũ
5 peruenit ſm Bar. in mã duorum reorũ. † Et idẽ in duobus reis
creden. & ſi vnus tm̃ egit, & exegit totũ, & quæriť an teneať cõi
care partẽ aliis, quia diſtinguiť, an ſit ex cã lucratiua, vel onero-
ſa. vt no. in l. qui hominẽ. §. i. de ſol. & d. l. ſi Titio. & ĵ. tit. i. & in
l. frater à fratre. ff. de condi. inde. poſt prin. glo. magnæ. & in l.
j. C. de duo. reis. dic, vt ibi no.

1 *Qui habet electionem in alternatiua, quid poteſt eligere.*
2 *Debitor alternatiuus non poteſt partem ſoluere de vno, & partẽ de altero, & ſi ſoluat partem in vno, etiam ab illa parte nõ liberatur quouſq; alteram partem ſoluat in eodem.*
3 *In ſtipulatione annua vnica tantũ eſt obligatio, vel ſtipulatio pro omnib. annis, niſi in executione illius obligationis ſit neceſſarius actus corporis ipſius creditoris, & quid in legato.*
*Si ſtipulor alternatiuè habitationem annuam, vel decẽ pro quolibet anno, poſſum pro primo anno habitationem eligere, & pro ſecundo decẽ, & quolibet anno variare.*
4 *Legatum alternatiuum conſideratum reſpectu vtriuſque extremi, an ſit vnum, vel plura.*
*vnũ extremũ obligationis alternatiuæ quãdo cõtineat vnũ, & quãdo plura. & quando continet plura, an tunc dicatur cõtinere plura legata.*

1 **§. Si ita legatum.** ¶†Qui habet ele. in alternatiua
non pōt eligere partẽ in vno de
alternatiuis, & partẽ in altero, qñ in quolibet eorũ erat vna tã-
tum res, vel quantitas legata: & idẽ ſi in vna tm̃ parte, licèt in al
tera eſſent plures ſubrogatæ loco illius vnius, ſed debet eligere
alterũ tm̃, hoc dicit tex. ſed ſi in quolibet de alternatiuis eſſent
plures res, poſſet eligere vnam de vno, alterã de altero, & hoc
dicit gl. i. quã no. ecce caſum. ¶ In tex. ibi, [lecticarios octo.]
Iſtud legatum dř vnicũ, licèt contineat octo ſeruos poſtq̃ non
fuerũt ſingulariter nominati, vt in l. ſcire debemus. de verb. ob.
ideo non pōt pro parte acceptari, & pro parte repudiari, vt ĵ.
tit. i. l. neminẽ. cum l. ſeq. ¶In tex. ibi, [in homines ſingulos cer-
tam pecuniã.] Iſta pars alternatiuè cenſetur continere plura le-
gata propter dictionem, ſingulos, q̄ eſt diſtributiua, & ſic eſt ꝑ-
inde acſi legaſſet oẽs decem. ſecus ſi dictio diſtributiua nõ eſſet
appoſita: vt quia dixiſſet aut octuaginta. vt in fi. huius §. quia
tunc eſſet vnicum legatũ, ẽt in iſta parte. Verũ tñ vtrobiq; idẽ
eſt, vt non poſſit acceptari pro parte vnius, & ꝑ parte alterius,
vt in fi. §. quia licèt in primo caſu ſint plura, ſubrogantur loco
vnius contenti in altera parte, & hoc vult dicere text. dum dicit
quia vnum in alterutra cã &c. q. d. ſufficit ꝙ ſit vnum in altera
2 patre alternatiuæ. ¶†In tex. ibi, [vtrum legatarius volet.] & ſic
erat electio creditoris. Item ſi debitor, quia debitor alternati-
uus non pōt partẽ ſoluere de vno, & partẽ de altero, & ſi ſol-
uat partẽ in vno, ẽt ab illa parte non liberatur quouſq; alteram
partẽ ſoluat in eodẽ, quia licèt iſta obľo ſit de ſe diuidua quan-
tũ ad ſubſtãtiã obľonis, eſt tñ indiuidua q̃tũ ad ſoľonẽ ſeu exe
cutionẽ, vt in l. in executione. §. pro parte, & l. 2. poſt prin. ĵ. de
verb. obl. ¶In text. ibi, [ne aliter obſeruantibus] probat per re-
ductionẽ ad abſurdũ, quia ſi poſſet eligere partẽ in vno, & par-
tem in altero in exemplis, de quib. ſ̃. in quibus in vna parte eſt
vnũ, in altera parte plura, ſimiliter ſoluere poſſet, qñ in vtraq;
parte eſſet vnũ: vt lego Stichũ, aut x. ꝯñs eſt falſum. ergo &c. qui
licèt ſint plura, reputanť vnũ ꝑꝑ ſubrogationẽ loco vnius. ¶In
tex. ibi, [nec intereſt &c.] tollit quandã oppoſitionẽ, quia poſ-
ſet dici ꝙ legaſſem vni ſeruos, aut pro eis octuaginta. & ſic ſum
mam nõ diuiſiſſem poſſet procedere qđ ſ̃. dictũ eſt, licèt quia
diuiſi dicendo in ſingulos 8. non debeat procedere. Et rñdet ꝙ
non eſt vis an fuit diuiſa, vel coniunctim poſita. & ꝙ ſicut qñ
fieret cõiunctim poſita, non pōt fieri diuiſio, & iſtud eſt certũ,
vt ſibiici, & certe 8. ſeruis. &c. ita & ſi diuiſa eſt, vt in exemplis
3 de quib. ſ̃. ſufficit. ¶†In gl. quæ incipit, petere in fi. ibi. [tot obli-
gationes &c.] Iſta ſolutio non vř vera per l. Stichũ. §. ſtipľo de
ver. obl. vbi in ſtipľone annua vnica tm̃ eſt obľo, vel ſtipľo pro
omnib. annis: licèt ſecus in annuo legato, ſed dic ſm do. illud eſ
ſe verũ, niſi in executione illius obľonis, ſit neceſſarius actus cor
poris ipſius creditoris, vt ſi ſtipulor annuam habitationem, tũc
n. quot ſunt anni, tot cenſentur ſtipľones & obľones. iõ ſi ſtipu
lor alternatiuè habitationem annuam, vel x. ꝑ quolibet anno,
poſſum pro primo anno habitationẽ eligere, pro ſecundo de-
cem, & quolibet anno variare, vt eſt caſus no. in l. ſi ſterilis. §. fi.
de act. emp. & facit l. ſi ſeruus communis Meuij. §. fi. de ſtipu. ſer.
4 ¶†In ſequenti gl. quæ incipit, ſi dicas alterutra, pro declaratio-
ne iſtius glo. debes ſcire, ꝙ aut quærimus vtrum legatum alter-
natiuum conſideratum reſpectu vtriuſque extremi ſit vnũ, vel
plura, & tunc leges videntur variare, quæ allegantur hic in gl.
ſed eſt dicendum, ꝙ poteſt dici vnum vno reſpectu, quia ſuffi-
cit ſoluere vnum de alternatiuis, & ſic reſpectu ſoľonis, & pñt
dici duo reſpectu obli. quia quælibet res de alternatiue debitis
dicitur eſſe in obl. vt in l. illud. de conſti. pe. Et iſtũ reſpectũ non
habuit hic Iuriſconſultus. Interdũ quærimus de vno extremo
tm̃ obľonis alternatiuæ, vtrum contineat vnum, vel plura. &
iſtum reſpectum habuit hic iuriſconſultus, & bř. ſi cõtinet vnã
rẽ tm̃, non eſt dubiũ ꝙ diciť continere vnũ legatũ. vt hic in ver.
ne aliter. Itẽ ſi continet plures res ſpecificatas, ſed ſub nomine
collectiuo comprehenſas, vt in prin. §. & tunc diciť ẽt contine-
re vnũ in alio extremo, licèt in eo plures res fuerant ſpecificatæ
quia ſubrogantur loco illius vnius. ſi aũt ſpecificantur quælibet
de per ſe, tunc dicitur cõtinere plura legata, vt l. ſcire debemus.
de verb. oblig. & tunc etiam altera pars continens plures diceretur continere plura legata. & non haberet locum iſte §. ſed ha-
beret locum variatio, vt in glo. præcedenti, & in gl. j.

1 *Res hoſtiũ quæ ſemel fuit noſtra pōt à nobis legari ꝑpter ſpẽ poſtliminij.*
2 *Res mea pōt mihi legari ſub cõditione, ſi deſierit eſſe mea: ſed ſi legatur ſimpliciter, non valet legatum, nec poſtea reconualeſcit.*

LEX IX.

1 **ID quod apud hoſtes,** †Res hoſtiũ q̄ ſemel fuit
noſtra pōt à nobis legari propter ſpẽ poſtliminij. h.
d. videbatur contrarium, quia cum hoſtibus nõ ha-
bemus nec habere debemus commercium, & ſic videtur lega-
ta res cuius non eſt commercium, quia non licet nobis cum eis
contrahere, & acquirere, & ſic videtur legatum nullum, ſicut
rei ſacræ, vel religioſæ, vel pertinentis ad vſum publicum qua-
rum non eſt commercium, quia non poſſumus eam emere, vt
ĵ. eo.

j.eo.l.apud Iul.§.fi.ſed tex. voluit ſoluere iſtud ꝯriũ, quia poſtq̃
res fuit noſtra, ſperat̃ recuperari fictione poſtliminij:q̃ locũ ha
bet in reb.ſicut in perſonis, & eſt ſpes approbata à iure in qua
poteſt legatũ fundari,ſecus ergo ſi nunquã fuiſſet nr̃a, quia in
ea ceſſat ſpes poſtliminij, & fictio, quæ requirit duo extrema,
ſed hic deficit primum,& probat̃ in l. liber homo. de verb.ob.
niſi legaretur ſub cõdõne,ſi efficiet̃ nr̃a.in c.Abbate ſane.de re
2 iudi.li.6.†Nam & res mea põt mihi legari ſub conditione,ſi de-
ſierit eſſe mea,& tñ ſi legatur ſimplr̃, non valet, nec poſtea re-
conualeſcit pp r̃lam Cato.vt j.eo.l.certa. §. j. nõ tenebitur ergo
hr̃s redimere quouſq; ſit recuperata ab hoſtibus p quẽcunq;,&
ſic licèt non redeat in dñium hr̃dis,ſed illius recuperantis,tene
tur hr̃s redimere,ſicut ſi fuiſſet legata res aliena à teſtatore ſciẽ-
te,& ſi ille volet vendere, ex tunc præſtabit hæres æſtimationẽ,
vt l.non dubium.§.fi.j.de leg.3. prius verò quàm redeat ab ho-
ſtibus ad nihilũ tenetur,ita intellige hanc legem,non ſunt alia.

1 *Filiusfa.quare ſine iuſſu patris non poteſt eligere.*

2 *Fortius & potentius eſt ius quod habemus ex noſtra prouiſione, & prudentia, & diligentia, & difficilius à nobis abdicatur, quàm illud quod habemus aliunde.*

## LEX X.

1 IVlianus. ¶†In hac l.probatur de requiſitis ad
hoc vt valeat optio,de quib.per glo.
in l.ſerui electione.ſupra eo.& ratio prima quare fi-
liusfa.iuſſu patris non poteſt eligere,eſt,quia conſi-
ſtit in libera voluntate ſolius filij,ſicut aditio hæreditatis,& vo
tum.vnde ſicut non poteſt adire nec vouere niſi præcedẽte iuſ-
ſu patris, vt l.ſi qs mihi bona.§.iuſſum.de acqu.hære.licèt alios
cõtractus non pendentes ex voluntate ipſius tantum poſſit ce-
lebrare,& ex eis ſe obligare, ẽt ſine voluntate patris,ita nec põt
optare,& ſic debet iuſſus præcedere,ſicut in adeundo,nec pro-
deſſet ſi ſequeret̃,vt in d.§.iuſſum verò &c. Sed videt̃ ꝙ ẽt cum
iuſſu non valeat,ſicut nec põt condere vltimã voluntatẽ etiam
iuſſu & voluntate patris,& ẽt in aduentitijs,in quibus patri nõ
quærit̃ vſusfructus,vt in l fi.C.qui teſt.fa.poſ.nam & vltima vo
luntas aſſiſtit in vltima voluntate ipſius tñ. Sed rñde, ꝙ in vlti
ma voluntate eſt aliud plus. quia eſt publici iuris, vt in l.3.ſ.de
teſta. & ſic non põt pendere ex arbitrio vel voluntate alterius,
ſed optio in legatis eſt priuati iuris, ſicut adire hæreditatẽ. glo.
tñ hic dicit, ꝙ ſi haberet optionem ex ſua prouiſione, vt ex ſuo
contractu benè poſſet eligere ſine patre,vt in l.fi. in princip.de
2 ver.ob.q̃ gl.ſemper allegat̃ ad hoc† ꝙ fortius,& potẽtius eſt ius,
quod habemus ex nr̃a prouiſione & prudentia,& diligentia, q̃
illud quod habemus aliunde,& difficilius à nobis abdicatur.fa
cit l.ſi filius.§.erit.j.de fideicommiſ.liberta. Tene menti.

1 *Filiusfam.vel ſeruus alienus hæres inſtituitur, vel ſibi legatur, põt pater vel dominus,quibus per eos acquiritur,onere fideicõmiſſi grauari.*

2 *Seruus inſtitutus poſt quam adiuit iuſſu domini, ſtatim omnia quæſita ſunt domino,& ſi grauatus eſt dominus reſtituere extraneo, ꝙ teneatur etiam ex ſua propria perſona.*

3 *Quòd pater in eo caſo teneatur ex pſona filij, & quæ ſit ratio diuerſitatis & quid ſi filius efficiatur ſui iuris antequam adierit, & nu. 23.*

4 *Quis poſſit detrahere Falcidiam vel Trebellianicam. & nu.3.*

*Si pater, vel dominus quorũ filius vel ſeruus fuerũt inſtitui,& grauati ſint reſtituere eidẽ ſeruo,vel filio, vt cũ eſſet ſui iuris, ꝙ iſtud grauamen cenſeatur per prius iniunctum ſoli patri, vel domino.*

5 *Quid ſi pater vel dominus grauantur de reſtituendo alicui extraneo.*

6 *Fideicõmiſſum relictum poſt mortẽ grauati cenſetur cõditionale,ſcilicet ſi fideicommiſſarius ſuperuiuat grauato & ſi præcedat fideicõmiſſum extinguitur tanquam defecta conditione. Idem etiam in patre, & domino grauatis de reſtituendo poſt eorum mortem filio vel ſeruo inſtitutis.& nu.20.& vide nu.27.*

7 *Quid ſi grauatur reſtituere extraneo poſt mortẽ ipſius patris vel domini quòd tunc fideicommiſſarius decedens tranſmittat ad ſuos hæredes vide. nume.21.*

8 *Pater vel dominus grauati de reſtituẽdo filio,vel ſeruo proprio,cũ eſſet ſui iuris,ſemper videntur grauati vt hæredes, & aduerſus eos detrahunt Trebellianicam. & Falcidiam, & quid ſi grauarentur ſimpliciter ſine illis verbis cum eſſet ſui iuris.*

9 *Si inſtituatur filius vel ſeruus alienus, & rogantur reſtituere patri vel domino,& ſic iniungatur grauamẽ ipſi filio, vel ſeruo inſtitutis,quãdo valeat fideicommiſ.& quando non.nu.10.*

qđ ſ. dixi ꝓcedit qñ legaret ſibi, uel inſtitueretur cõtẽplatione
dñi, qđ in dubio pręſumitur ſi tibi tanq̃ ſeruo talis relinquat. ut

no.

no.in l.fi. C.de vſufr. ſecus ſi contemplatione ipſius ſerui,tunc
enim,inſpicitur,an ſit tale quid, quod ſibi poſſet relinqui ſi eſ-
ſet liber,& tũc valet ſi reperiatur liber tempore,quo cedit dies,
vel tempore aditę hæreditatis,vt in dictis iuribus, quod dic vt
no. Bar.vt etiam ibi tetigi in d.l.ſi ſeruus eius.

1 *Vltima voluntas præualet, niſi prior ſit derogatoria illius.*
2 *Contrahentes poſſunt a primo contractu recedere.*
3 *Legatum primo ademptum purè,ſi poſtea adimitur ſub conditione, an ſequens ademptio valeat.*
4 *Si Imperator concedat alicui Comiti ptãtẽ creandi notarios,qui poſſunt conficere inſtr͞a in quolibet loco nõ obſtante quacunq; conſuetudine vel ſtatuto cõtrariũ diſponẽte.& poſt creationẽ notarij fiat ſtatutũ in aliquo loco, ꝙ non detur fides inſtrumẽtis alicuius notarij,niſi ſit creatus cum authoritate illius ciuitatis, an illud ſtatutum præiudicabit.*
5 *Immunitate alicui conceſſa,ſi poſtea illa communitas impoſuit vnam collectam,quam mandauit ſolui per omnes et quoſcunque,nemine excepto, an præiudicabit illi cui prius conceſſerat.*
6 *Si quis in teſtõ dixit,ſi contingat me facere aliud teſtamẽtũ, volo illud nõ valere,niſi ibidem cõtineatur iſte verſus Arma vtrumq; cano,vel tota Aue Maria,vel totus tenor huius teſtamenti de verbo ad verbum, & poſtea faciat aliud teſtamentum, an habeat neceſſe iſta exprimere.*
7 *Clauſula nõ obſtantibus appoſita in reſcriptis vel legibus, quid operetur.*

1 §. In legatis. † Vltima volũtas præualet,niſi prior ſit
derogatoria illius. h.d. in effectu,vſq; ad
fi.¶ In tex.ibi,(in legatis.) idem in inſt.& ſubſti. & qualibet vlti
ma voluntate,quia cũ pendeat ex volũtate teſtatoris duntaxat
liberũ eſt ſibi quouſque viuit variare,& a prima recedere,vr̃ tñ
hoc fallere qñ pp culpã alterius priuarent hr̃des hr̃ditate vt tũc
non valeat priuatio,vt s̃.de hær.inſt.l.paterſ.teſtõ.in fi.& qđ ibi
2 no.†Quid aũt in contractibus? dic idem,ſi interuenit voluntas
vtriuſque ꝯtrahentiũ,quia pñt a primo ꝯ͞ctu recedere, vt in l. ſi
diuerſa.C.de tranſac.& l.pacta nouiſſima.C.de pact.in tex.ibi,
(præce.legati.) ſ.purè facti,nã in ſequenti parte teſtĩ, vel ẽt in co
dicillis poſſet adijci dies,vel condõ, vel ẽt totũ adimi, vt ſequit̃.
¶ In tex.ibi [legatũ adẽptũ.] quod fuerat primo ademptũ ſub
vna ꝯditione,& poſtea adimit̃ ſub alia, tenet ſc͞da, & nõ prima,
3 † Si aũt fuit primo ademptum purè, & poſtea adimit̃ ſub ꝯdõ-
ne, vr̃ ꝙ ſequens non valeat:quia qđ ſemel adẽptũ eſt, amplius
adimi nõ põt.ar.de iniu.teſt.l.nã & ſi ſub ꝯdõne §.poſt defectũ
& quia p̃cedens adẽptio pura ſequentẽ ꝯdõnalẽ abſorbet,ſicut
& pura inſtõ abſorbet condõnalẽ,vt in l.ſi te ſolũ. de hær.inſt.
gl.tñ prima hic determinat ꝯ̃riũ, ꝙ teneti ſequens, & prima hr̃
pro non facta,quia adimendo ſub cõdõne,cenſet̃, ſub ꝯ̃ria cõ-
dõne dare.Si ergo extabit condõ, legatarius habebit legatũ, &
ſi prior ademptio remãſiſſet,nõ haberet.Iac.de Are. & Bar. te-
nẽt ꝯ̃riũ,quia ademptio cũ fiat cã adimẽdi vel tollendi, nõ de-
bet operari ꝯ̃riũ effectũ,vt ex ea inducat̃ tacitũ legatũ, ſub ꝯ̃ria
condõne.arg.j̃.eo.l.legata inutiliter. Sed contra ipſos vr̃ eſſe ca-
ſus legũ.j̃.qñ di.leg.ced.l.qđ purè.& de condi.& demon l.aliqñ.
& de adi.leg.l.ſi legatũ.in quib. hoc dr̃ expreſsè,ꝙ legatum ſub
condõne ademptũ,cenſetur ſub ꝯ̃ria condõne datũ. Sed aduer
te,vt intelligas illas ll.non.n.debes intelligere, ꝙ iſta datio reſul
tet ex illa adẽptione, nec operetur ꝯ̃riũ effectũ,vt iſti Doct.dñt
ſed intellige ꝙ remanẽt ex prima datione,quæ fuit pura. Si er-
go illi detrahitur adimendo ſub condõne ſi nauis ex Aſia vene
rit, remanet illa datio firma ſub ꝯ̃ria conditione,ſi non venerit
& perinde eſt,ac ſi ab ipſo principio fuiſſet datũ ſub illa ꝯ̃ria ꝯ-
ditione.ita volunt illi tex. Dicunt. n. ꝙ vr̃ & fingitur datum ſub
ꝯ̃ria conditione. Intellige ex prima datione, non ex ademptio-
ne. Nunc ad propoſitum, ſi prima datio fuit ex toto ſublata p
primam ademptionẽ purè factam, & poſtea fiat ſecunda ſub
ꝯdõne,illud legatũ nõ põt deberi legatario:quia non ex prima
datione cũ fuerit in totũ ſublata,nec ex alia quæ reſultet ex vlti
ma ademptione,quia reſultare non põt,ſed ſi non præceſſiſſet
adẽptio pura, benè deberetur ex prima datione ſublata in vnũ
caſum tm̃, & in contrarium caſum remanente. & ita ſalua re-
præhenſione Doc. q̃ faciunt ad hanc glo. hęc tñ procedunt qñ
in diuerſis voluntatib. prima, & ſecunda ademptio factę ſunt,
& ſic prima fuit operata ſuum effectum, quia voluntas in qua
facta eſt fuit habita pro perfecta & abſoluta.ſi aũt in eadẽ volũ
tate primo ademi purè,poſtea adimo ſub ꝯditione, præcedens
hr̃ pro non facta. qm̃ ab ea receſſi anteq̃ hanc voluntatẽ habe-
rem pro perfecta & abſoluta, vt j̃.eo.l.ſi ita ſit ſcriptũ. Et iõ ſta-
bitur vltimę,& iſtud tenet ẽt hic Ang.& benè, licèt nõ dicat ea
q̃ s̃.dixi.Tene menti,quia iſta ſunt ſubſtãtialia, & ſubtilia, & de
4 facili pñt accidere de facto.¶† In tex.ibi [non valebit.] Iſtũ tex.
a inducit Dy.ad qõnẽ[a] ſi Imperator concedat alicui Comiti po
teſtatem creandi notarios,qui poſſint conficere inſtr͞a in quoli
bet loco,non obſtante quacunque ꝯſuetudine, vel ſtatuto,con
trarium diſponente,ſi poſt cõceſſionẽ, & creationẽ notarij fiat
ſtatutũ in aliquo loco, ꝙ non det̃ fides inſtr͞is alicuius notarij,
niſi ſit creatus cũ authoritate illius ciuitatis, vtrũ illud ſtatutũ
p̃iudicabit illi notario? & inducit iſtũ tex.ꝙ non, qa Imperator
potuit tollere tã preterita q̃ futura ſtatuta, cùm ab ipſo ſumãt
authoritatem.vt in l.oẽs populi,de iuſt.& iu.& ſuſtuliſſe vr̃ per
ctum illã.non ob.arg.hic vbi præcedẽs voluntas defuncti dero-
b gat ſequenti.& facit ſequentẽ no valere,& hoc tenet[b] Dy.arg.
in l.ſi ſeruitus.de ſer.vrb.præd.& alij Doc.ſequuntur,ſed contra
iſtam determinationẽ vr̃ gl.ord. in cle.ſtatutũ. de elec.q̃ dicit ꝙ
cl͞a illa non obſtãte quacunq; ꝯſuetudine in ꝯ̃riũ diſponente,
c tollit conſuetudines præteritas,non poſtea inductas,[c] nec Doc.
allegant illã gl. Poſſumus dicere aliud in ꝯſuetudine, quia non
præſumit̃ induci in fraudẽ illius rubricæ. aliud in ſtatutis, quæ
poſſent fieri in fraudẽ & eſſet in ptãte inferiorũ exinanire con
ceſ.illã a prin.factã.quod eſſe non debet.nã & princeps nõ cen
ſetur habuiſſe reſpectũ potius ad pñtia ſtatuta q̃ futura, cum il
lorũ nõ habeat notitiam.Sed ſi conceſ.alia fuiſſet facta ab eadẽ
5 cõitate.† Pone exemplũ in ꝯceſ.immunitatis facta alicui poſtea
ille cõitas incluſit vnam collectam, quam mandauit ſolui per
oẽs,& quoſcunque nemine excepto,an p̃iudicabit illi cui prius
conceſſerat? dic ꝙ nõ.nã aut tranſiuerat in ꝯ͞ctum, vel quaſi,&
erat irreuocabilis.vt in l.qđ ſemel.de decr.ab or.fa. & quod no.
Bar.in l. oẽs populi.de iuſt.& iu.Aut nõ tranſiuerat in ꝯ͞ctũ, &
ſic erat reuocabilis, & tunc in dubio non cenſet̃ voluiſſe reuo-
care,vt in ſecunda conſti. Codicis.§. ſi verò pragmaticæ. & in l.
decurionibus.C.de ſilentiarijs.& qđ,no.gl.in c.j.de cap.mo. lib.
d vj.& Arch.22 diſt.c.renouantes.niſi dicat[d] expreſsè non obſtã
te quacunque immunitate alteri conceſſa, & tunc videretur re
uocaſſe immunitates nõ clauſas in corpore ſtatutorũ ſed clau-
ſas non, vt no.in l.hr̃s abſens.in prin.de iu.& in auth.qua in p-
uincia.C.vbi de cri.agi opor.¶ In tex.ibi [pñtia legata.] & ſi di-
xerit oĩa legata p me facta pure, volo deberi annua, bima, trima
die.nam hæc verba licèt præteriti tpis, non ſolũ referunt̃ ad le-
gata prius facta,ſed ẽt ad illa,quæ faciet poſt, in eadẽ voluntate
vel alia, vt j̃.eo l.talis ſcriptura in fi.quia cum omnia ſumant ro
bur ex morte teſtatoris,non cenſetur prius vnum factum quã
aliud,ſed oĩa eodem tpe,vt ibi.arg.j̃.eo.l.ſi ita ſit ſcriptum. Et ſic
bñ probat̃ hic ꝙ præcedens voluntas derogatoria ſequẽtis ſer-
uat̃ & non ſequens, quia ſi poſtea faciat plura legata nihilomi
nus non erunt pura, ſed in diem,pp pręcedentia verba. In text.
ibi,[voluntas ergo.] Concludit ꝙ illa diſpõ ſeruatur in qua ma
gis adeſt volũtas defuncti, ſiue ſit vltima.vt in prin.§. ſiue ſit pri-
ma.vt in ver.interdũ,& in præceden.ver.¶ In gl. quæ incip.niſi
expreſsè ſubaudi,& ſpãliter,vt in d.l.ſi quis in prin.& dr̃ ſpãliter
pœnitere qñ facit mentionẽ de qualitate primæ voluntatis. vt
j̃.ſubijcitur in gl.dum dicit [ſi exprimat qualitatẽ.] quę eſt ſing.
6 & ſp allegatur.† Si ergo facit teſtm̃,& in eo dicit, ꝙ ſi contingat
me facere aliud teſtm̃, volo illud non valere,niſi ibidem ꝯtinea
e tur iſte verſus. Arma virumq;[e] cano.vel tota Aue Maria vel to
tus tenor huius teſtĩ de verbo ad verbum, & poſtea facio aliud
teſtm̃ quod volo valere,non habeo neceſſe ponere illos verſus,
nec exprimere totũ tenorẽ,nec ẽt dicere non obſtãte tali teſtõ,
in quo dixi talia verba.quia iſta eſſet mentio ſingularis, quæ nõ
requirit̃,nec ẽt ſufficeret dicere,non obſtante quocunq; alio te
ſtõ p me facto, quia iſta eſſet mentio gñalis, q̃ non ſufficit. Sed
debet dicere nõ obſtante quocunque alio teſtõ in ꝯ̃riũ facto in
quo ꝯtineantur verba derogatoria huius teſtĩ. nam iſta eſt mẽ-
tio ſpãlis,quia exprimit qualitatem primi.& iſta ſufficit.vt d.l.ſi
quis in prin. Et hoc qñ p̃cedens volũtas eſſet derogatoria ſequẽ
tis voluntatis.vt in exẽplo s̃. poſito, qñ dixi volo valere, quia vi-
deor dicere, ꝙ illud non habeat voluntatẽ meã, & per iſta ver-
ba apparet ꝯ̃rium, quæ ſi non fuiſſent dicta, videretur non hẽre
locũ, vt in hoc tex. Sed ſi eſſent derogatoria pñtis, vt ſi dixi volo
non poſſe aliud teſtm̃ facere, tunc iſta verba nihil valerent, quia
non poſſum mihi auferre ptãtem teſtãdi, quã habeo a iure, &
ideo valeret ſequens teſtamẽtũ, ẽt nulla facta mentione de p̃ce
dẽti teſtõ, vel eius qualitate, ſm̃ Iac.de Are. & alios Doc.licèt gl.
hic in ver. [ſed quid.] dicat ꝯ̃rium, & nõ bñ, & ponit bonũ exẽ-
plũ. Et idẽ ſi eſſet deroga.ſolenni. vt ſi dicerẽ volo hoc teſtamẽ
tũ valere, & nõ poſſe p me aliud teſtm̃ fieri, niſi cũ decẽ teſtib.
quia non poſſum immutare diſpõnem iuris cõis, q̃ eſt de ſeptẽ.
ideo iſta verba nihil operarent̃. Secus ſi ſubiungerẽ & ſi ꝯtingat
me aliter facere, volo illud teſtm̃ nõ valere, qa tũc eſſet deroga
tũ.& iſta no p Cy.in l.ſancimus.C.de teſt.& p Bar.in d.l.ſi quis.
7 Quid aũt[f] operetur clauſula iſta non obſtantib.appoſita in ſcri
f ptis,vel in legib.vide plene & ſingulariter per Bar.in extrauagã
ti ad reprimen.ſuper verbo, non obſtantib. & per Ioan. And.in
c.j.de exceſ.prælato.lib.vj.in nouell.

ADDITIONES.

a ¶ Ad qõnẽ. Hãc qõnẽ ponit hic Bal,quibuſdam mutatis tñ in eodẽ ſenſu.
b ¶ Et hoc tenet Dy. Adde ꝙ idem tenet ipſe Pau.de Ca. in d. l.ſi ſeruitus.& ita refert & ſequitur Fran.Cur.in ſuo conſi.35.col.13. in 1.vol.
c ¶ Inductas. De hoc vide latius hic per d. Alex. in conſi.196.lib. 2.
d ¶ Niſi dicat expreſsè. Adde Alex. de Imo. qui hoc idem tenet, & refert Pau.de Caſt.hic in conſi.101.col.fi.in 1.vol. Fran.Cur.
e ¶ Virum. Adde Bal.conſi.188,2.lib.& de hac materia vide eun.Pa.de Ca. in conſi.281. col.2.circa med. in antiquis. & in conſi. 404. in nouis.& Pau.de Caſt.hic refert,& ſequitur do. Alex.de Imo,in conſi. 134.col.2. ver.ad idem.l.nominatim.& vide eun.Alex.de Imo, in conſi.7.col.pe. poſt me.in 4.vol.vbi dicit hanc opi.quàm tenet etiam hic Pa.de Ca.eſſe communem.& in conſi.44.col.pe.circa med.v. volum.Franc.Cur.
f ¶ Quid autem operetur. De hac clauſula vide latiſſimè per Fel. in c.nonnulli.extra de reſcrip. & ibi vſque ad ſaturitatem. Fran.Cur.

1 *In legato generis ſpecies quæ ſoluitur, cenſetur ſola fuiſſe legata.*
2 *In legato generis nulla ſpecies eſt in obligatione, ſed in alternatiuo vtraq;*
3 *In legato generis generaliſſimi electio eſt hæredis, dum tamen eligat meliorem, & quid in genere ſubalterno.*
4 *Debitor meus ſoluendo ſeruo meo non liberatur a me, niſi de voluntate mea ſoluat, vel ratum habeam.*

## LEX XIII.

1 CVm incertus. † In legato gñis ſpẽs q̃ ſol
uit, cenſetur ſola fuiſſe le-
gata.h.d.Et idẽ in alternatiuo l.ſi qs ſtipulat⁹ ſit Sti
chũ aut Pamphilum.de verb.obl.licèt in alio diffe-
2 rãt,† quia in legato gñis nulla ſpecies eſt in obligatione, ſed in
alternatiuo vtraque, quod dic vt no.j.de leg.ij.l.Meuius.§, duo
3 bus.& l.tam is.§.fi.de cond.ind.¶†In tex.ibi.[tradidit.] eſt ergo
electio hæredis in legato generis gñaliſſimi, vt hic, dum tñ eli-
gat mediocrem.vt no.j.eo.l.legato generaliter.Sed in legato ge
neris ſubalterni, vt ſi lego vnũ de ſeruis meis, electio eſt legata-
rij, vt j.eo.l.qui duos ſeruos.& idem ſi alternatiuè. quod dic, vt
4 plene no.j.tit.j.l.Lucio.In tex. ibi [ſi voluntas dñi,] † Hoc ideo
dixit, quia debitor meus ſoluendo ſeruo meo nõ liberat̃ a me,
niſi de voluntate mea ſoluat, vel ratum habeam. vt in l. quod
ſeruus.de ſol.qđ hic nõ erat.¶ In tex.ibi, [perinde eũ liberatũ.]
videbat̃ ɔ̃riũ, quia nullus ſeruus erat in obligatione,& ſic vide-
bat̃ ſoluiſſe id qđ nõ debebat, ergo nõ eſt liberatus, vt in princ.
gl.vltimæ. Sed dic ꝙ ante ſolonem nec erat in obligatione, nec
poterat dici legatus. Sed cũ ſoluit̃, fingit̃ fuiſſe in obligatione,
& ẽt legatus, nã qlibet ſeruus cenſet̃ legatus ſub cõdõne ſi ſol-
uet̃ ſm Pet. Sed pone ꝙ non eſt ꝓceſſum ad traditionẽ, ſed ad
ſolã electionẽ, an ille qui fuit electus ex nũc fingat̃ ſolus fuiſſe
legatus,& eſſe in obligatione, vt ſic ſi poſtea ſoluat alius, nõ cõ
tingat liberatio, tanq̃ de nõ legato, qa aliud ꝓ alio nõ põt ſolui.
Dic ꝙ ſic, ſi electio erat irretractabilis, ſecus ſi poterat adhuc va
riari. Et qñ hoc ſit, dic vt d.l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichũ aut Pã
philũ.& l.eũ q certarũ.§.fi.de verb.ob.& vide qđ no.Bar.in l.ſi
vnus §.ſed ſi gñaliter, s.de pac.& gl.in l.ſi is qui Stichũ. de ꝓcur.

1 *Ademptio legati facta in eadem uoluntate, ſiue præcedat, ſiue ſequatur legatum, perimit ipſum ipſo iure, & facit uideri, ac ſi factum non fuiſſet, & in dubio præſumitur ademptum id quod maius eſt.*
2 *Si teſtator dixit, ſi cui bis legauero ſemel hæres ei dato, et poſtea dixit, lego Titio duos fundos, ꝙ videatur bis legaſſe, et ſic vnus tãtũ debetur.*
3 *Codicilli ſunt perfecta voluntas ad inducendum, & eo modo ad tollendũ legatum factum in alijs codicillis, ſed non ſic ad factum in teſtamẽto, vt tollat ipſo iure, ſed ope exceptionis.*
*Ademptio legati quando ſit in alia voluntate, legatum dicitur ſemel datum ſed ademptum.*
4 *Si ſtatutum diceret quòd relictum ſemel factum non poſſit adimi ſine certa ſolennitate, debet intelligi de ademptione propriè ſumpta, quæ fieret in alia voluntate.*

## LEX XIIII.

1 SI ita ſit ſcriptum. † Ademptio legati
facta in eadẽ volũta
te ſiue p̃cedat, ſiue ſequat̃ legatũ, perimit ipſum
ipſo iure,& facit videri, ac ſi factũ non fuiſſet, & in
dubio præſumit̃ ademptũ id quod maius eſt.h.d.
2 ¶† In tex.ibi,(ſi cui bis legauero.) iſtud faciebat dubium, quia
ſi poſtea lego Titio duos fundos meos nõ nominando ipſos,
iſtud cenſetur vnum tantum legatum.vt patet s.eo.l. ſi ex toto
§ fi.& ſic non videor illi legaſſe bis, ſed ſemel tm̃, licèt dixerim
duos fundos, iõ uidebant̃ ambo deberi, quaſi verba iſta referã-
tur ad actũ legandi qñ ipſum reitero, primo legando vnũ, poſt
ea alium, nam tunc propriè loquendo bis lego, tñ contrariũ j.
a ſubijcitur, quod eſt ſingulare, ᵃ & procedit attẽta mẽte teſtato-
ris nõ proprietate verborũ, vt tanq̃ legauerit bis, debeatur vnus
fundus tm̃.¶ In fi.ibi,(exiguum eſſe præſtandum.) ſubaudi ni
ſi aliud ſit ex proprio ſignificatu verborũ, vt j.de reb.dub.l.ſi is
qui ducenta.in prin.& ibi vide Bar.¶ In gl.quæ incipit,(quaſi.)
ibi,(tunc per exceptionem) hoc reprobant Doct.qñ in codicil
lis facta eſſet ademptio, licèt legatum eſſet factũ in teſtõ, quia
codicilli ſicut dñr voluntas ſolennis quantum ad inducẽdum
legatum, ita & quantum ad perimendum.& ideo debent tolli
ipſo iure,& vr̃ gl.de hoc C.de fideicom.l.fideicommiſſum. Bre
uiter de iſta q̃one dic, vt plenè no.in l.hæredes palam.§. ſi quis
poſt.de teſta.s.vbi fuit conatus iſtam gl.cum ſi.ſuſtinere.arg.l.j.
§.j. de leg. 3. vbi legata facta in teſtõ aſſumunt vires ipſius vt ſi-
cut non reconualeſcit teſtm̃ quo ad iuſtitiam, quod erat nullũ
ex aliquo defectu, licèt ille defectus ceſſet, & licèt appareat ꝙ
voluit decedere cũ eo teſtõ niſi ipſum reficiat, ita nec reconua
leſcit quo ad legata ibi facta,& tñ ſecus vr̃ in codicillis, & ſic ar.
3 Doct.non vr̃ procedere, † quia fateor ꝙ codicilli ſunt perfecta
voluntas ad inducendum,& eo modo ad tollendum legatũ fa-
ctum in alijs codicillis, ſed nõ ſic factum in teſtõ, vt tollat ipſo
b iure, ſed ope exceptionis. ᵇ Quæ autem vtilitas reſulter ex hoc,
dic vt no.in l.ſi vnus. §. pactus. in glo.in opponendo s.de pact.
& adde ꝙ quando ademptio fit in alia voluntate, legatum dicit̃
ſemel datum, ſed ademptum, ſed qñ in eadem dr̃ nunquàm da
tum, quia non perſeuerauerit in datione vſque ad perfectionẽ
4 eius.& hoc eſt vtile, † ſi ſtatutum diceret ꝙ relictum ſemel fa-
ctum non poſſet adimi ſine certa ſolennitate, deberet intelligi
c de ademptione propriè ſumpta, ᶜ quæ fieret in alia voluntate.
iſta enim p̃ſupponit habitũ p̃ceſſiſſe, nõ de impropria quæ fie
ret in eadẽ, quia non præſupponit habitum, iuxta ea quę no.in
l.decem.de ver. obli.& vide gl.magiſtrã pro declaratione ɔ̃rio-
rum, quæ formantur in vlti.glo.l.ſi fuerit in fi.prin.de reb.dub.

### ADDITIONES.

a ¶ Singulare. Sequitur Alex.& Iaſ.hic, vt per eos videre potes.
b ¶ Excepti. Repræhenditur Pau. hic per aliquos nouiſsimos.
c ¶ Propriè ſumpta. Faciunt no.per Soc.conſi.81.vbi ponit, an ſtante ſtatu. ꝙ de miſſione in poſſesſionem ex primo & ſecundo dec. debeat ſolui gabella, quòd debet intelligi de miſsione quæ ſortita ſit effectum.

1 *Error in quantitate legatum non vitiat. & voluntas teſtatoris, licèt nõ ſit ſcripta, ſi de ipſa conſtat, præfertur ei quod ſcriptum eſt.*
2 *Paria ſunt, noluiſſe, vel de voluntate non apparere.*

## LEX XV.

1 QVi quartam. † Error in quantitate legatũ,
non vitiat, & voluntas teſta-
toris, licèt non ſit ſcripta, ſi de ipſa conſtat, præfertur
ei quod ſcriptum eſt.h.d.¶ In text.ibi, (dimidia ſcri-
pſit.) ſ. per errorem, quia poteſt probari ſm Dy.& Ray.probat̃
autem ex his quæ primò dixerat coram teſtibus ſi poſtea incõ-
tinẽti reperitur aliter dixiſſe & ſcribi feciſſe, ut no.s. eo.l.ſi quis
in fundi vocabulo.de hær.inſt.l.quoties.§.tantundem. & vtro-
a bique per Bar.¶ In tex.ibi, (ſed & ᵃ ſi.) Si habes cum &, aduer-
ſatur in facto,& non in iure!& eſt idem ſenſus, vt debeatur quã
titas maior q̃ apparet teſtatorem voluiſſe, & non minor q̃ fuit
ſcripta per errorem, ſicut s.contingit econuerſo, & hoc probat̃
in l.quam gl.allegat pro contraria in d.l.quoties.§.ſed ſi non in
corpore.ſed ſi habes ſine,&, aduerſatur in facto & in iure,& eſt
ſenſus econtra quod debetur pars ſcripta, & non illa quam vo
luit teſtator. Sed tunc intellige ꝙ de illa voluntate non conſta-
2 bat,& ſic præfertur ſcriptura, vt in l.ſi alij.de vſufr.leg.† quia pa
ria ſunt noluiſſe, vel de uoluntate non apparere, & ſic ambo
intellectus gl.ſunt boni. Nec ob.prędictis l. ſi quis in fundi vo-
cabulo, per quam vr̃ legatum vitiari, tanquam fuerit erratum
in nominibus appellatiuis, in quibus non cadit iuſtus error,
quia ibi qñ erant omnino diuerſa, ſed pars, & totum non ſic,
imò cenſetur inter ea eſſe conformitas.ergo &c.vt l.librorum.
poſt princ.infra de leg.iij. Bart.tñ hic dicit, ꝙ in primis caſibus
huius §.quando voluit legare minus,& ſcripſit plus, facilior re
quireretur probatio erroris quàm econuerſo, per rationẽ quę
hic colligitur, quia maior pars continet minorem, ſed non ecõ
uerſo,& iſtud dicit fuiſſe hic de mente glo. Sufficit.

### ADDITIO.

a ¶ Sed & ſi. De hac dictione dicas vt plenè per Bar.in l.patris,& filii.ſupra de vulg.& pup.& in l.ſed & ſi.ſupra de peti.hær.in l.2.in gl.1.ſupra ne quis eum qui in ius vocan.& in l.ſi pupilli. §.ſed ſi nominis. ſupra de nego.geſt.Fran.Cur.

1 *Qui non admittitur ad partem, nec admitti ſperatur, non facit partem, ſecus ſi ſperatur admitti.*
2 *Pluralitas non verificatur in vno.*
*Nomen filiabus eſt collectiuum, & inducit inter eas coniunctionem verbalem, quæ cauſat ius accreſcendi.*
3 *Caduca etiam hodie non acquiruntur fiſco, ſed ꝙ accreſcant coniuncto, et quid de pro non ſcriptis.*
*Legatum factum poſthumæ quæ ſperatur naſci, ſi poſtea ſpes defecit, dicitur effectum caducum, ſed ſi fieret legatum ei qui non eſt in rerum natura, nec eſſe ſperatur, dicetur pro non ſcripto.*

1 §.Si quis vnam. † Qui nõ admittit̃ ad partem nec
admitti ſperat̃, non facit partẽ, ſe-
cus ſi ſperatur admitti.h.d.cum prin.l.ſeq.¶ In tex.ibi, vt etiam
de poſthuma ſentiret.gl. dicit hoc probari qñ in alia parte teſtĩ
de poſthuma fecit mentionem.vt j.eo.l. qui filiabus. Tu dic ẽt
probari ſi non habebat niſi vnam filiam natam. & legauit filia
2 bus in plurali, quia pluralitas † non verificatur in vno.ᵃ vt infra
a ad Treb.l.fi.ſm Bar.& benè. Idem ſi habebat plures,& habebat
vxorem pręgnantem, quę conſueuit parere fœminas: ſunt &
alię coniecturę, quas ponit Bar.in d.l.qui filiab.¶ In tex.ibi, (ſi
ea non eſt nata.) ſubaudi, nec ſperat̃ naſci, quia fecit vxor abor-
tiuũ, vel apparet ꝙ nõ eſt pręgnans, licèt putaretur eſſe. Sed in
prin.l.ſeq.nõ apparebat non debere naſci, ſed ſperabat̃, ideo in-
terim facit partẽ.¶ In text.tbi.(ſuperſtiti ſolidũ debebit̃.) Patet
ergo ꝙ illud nomẽ collectiuũ, filiabus, inducit inter eas ɔiũctio
nẽ verbalem, quę cauſat ius accreſ. aliàs ſuperſtes non haberet
ſolidum,

### ADDITIO.

a ¶ In vno. An pluralis numerus verificetur in ſingulari, vide eun. Pa.cõſ. 145.vbi an diſtributio fienda in pauperes poſsit fieri in vno. Ang.cõſ. 56.vbi an ſtatutum requirens plures verificetur in vno, & de materia per Doct.in l.1.C de cond.inſt.& in l. falſas.§.fi.infra de cõd.& dem. & per do.Mar.Soc.in c.1.extra de cond.appo.& ibi Doct. Fran.Cur.

3 ſolidum, ſed portio poſthumæ remaneret penes hæredē. † Itē
patet hic ꝙ caduca iure iſto non acquirebantur fiſco, ſed accre
ſcebant coniuncto, licèt gl. ĩ. l. proxi. ſentiat ɔ̃rium. Sed poſt iu-
ra fforum tpe cuiuſdā guerræ fuit facta l. Papi. per quam appli-
cabantur fiſco, quæ l. fuit correcta per l. vnicam. C. de cad. toll. ꝑ
quam reditur ad iura fforum. Erat aūt hic caducum in perſona
poſthumæ, qm̃ habuit originē validā, quia legatum pōt fieri
poſthumæ q̃ ſperatur naſci, & poſtea quia ſpes defecit, dicitur
effectum caducum. Sed ſi fieret legatum ei qui non eſt in rerū
nã, nec eſſe ſperatur, diceret̄ pro non ſcripto, & in illo nihil in-
duxit l. Papin. vt applicaret̄ fiſco. & hoc etiam ſentit glo. in l. ſeq.
¶ In tex. l. ſequētis ibi, [alteri deberi ſolam partem.] Videbatur
ꝙ immo totum, poſtquam adhuc non erat in rerū nã, ſed ſuf-
ficit ꝙ ſperetur eſſe, aliàs diceretur legatū pro non ſcripto, &
totum deberetur coniuncto, vt in contrario quod hic facit gl.

1 *Onus iniunctum duobus tanquam hæredibus, ſi vnus tantum ſit hæres, ille ſolus tenetur ſoluere.*
2 *Teſtator habens bona communia cum fratre pro indiuiſo, & qui alium inſtituit, poteſt legare vxori ſuæ alimenta in bonis communibus, partim in ſua parte, & partim in parte fratris.*
3 *Portio hæreditatis pro non ſcripta, vt quando vnus ex inſtitutis erat mortuus tempore teſtamenti, accreſcit cum onere.*

LEX XVI.

## SI duobus res.

1 **§. Hæres adiectus.** † Onus iniunctū duobus tãquam
hæredibus, ſi unus tm̃ ſit hæres, ille ſolus tenetur ſoluere. h. d.
Et ponit duos caſus. Primus qn̄ alius non fuit hæres, quia nec
fuit inſtitutus, ſed vnus tm̃. & nihilominus fuit grauatus. Certè
grauamen nō eſt nullum, immo cenſetur iniunctum inſtituto,
ſi ſimul cum illo fuit grauatus. Ita loquitur tex. quod eſt ſingu-
lare. Sed ſi ſeparatim ab eo, tale onus eſſet nullum, & non debe
2 retur ab inſtituto per l. ab eo. C. de fideicom. ¶ † Et per iſtū tex.
conſuluit Bar. cū quidam teſtator haberet bona cōia cū fratre,
pro indiuiſo, inſtituit quendam alium, & legauit vxori ſuæ ali-
menta in bonis cōibus partim in ſua parte, & partim in parte
fratris. dicebatur iſtud legatum nō deberi niſi pro parte ſua, &
pro parte fratris eſſe pro non ſcripto, quia iniunctū ei cui nihil
erat relictum, ipſe conſuluit contrariū, ꝙ totum debebatur ab
hærede ſuo per iſtum tex. quia ſimul & coniunctim reliquit in
3 bonis ſuis, & etiam fratris, quod tene menti perpetuo. † Alium
caſum ponit qn̄ nō fuit hr̄s, qa noluit, bn̄ tn̄ potuit, quia fuit in-
ſtitutus, & valuit inſtō. Sed quid ſi nō valuit, quia erat mortuus
tpe teſtī, & ſic fuit pro non ſcripta quo ad eū, an totū debebi-
tur à cohærede? vr̄ ꝙ non, quia portio pro non ſcripta accreſcit
ſine onere. vt C. de cad. tol. l. j. §. in primo. Sed illud eſt verum in
legato ꝓ non ſcripto, ſed portio hr̄ditatis ꝓ nō ſcripta accreſcit
a cū onere. vt ĩ. eo. l. ciuitatib. §. Lucius. Tene menti,[a] quia de fa-
cili poſſet cōtingere de facto. & qui neſciret iſtū tex. & dictum
Bar. poſſet intelligere ɔ̃riū, & malè. ¶ † In tex. ibi, [totū legatū de-
bet.] Videbat̄ ɔ̃riū. quia onus iniūctū ei qui nō erat inſtitutus,
videbat̄ nullū, & eſſe ꝓ nō ſcripto ꝑ illā l. ab eo. & ſic videbatur
nō deberi niſi pro parte inſtituti. & hoc quilibet diceret prima
facie. Sed rn̄de ad id quod ſ. dixi, ꝙ hoc operat̄ cōiunctio ſimul
facta, ſed in caſu ſequenti minor erat dubitatio, qa valuit onus
iniunctum inſtituto. vnde ſi repudiat, portio ſua accreſcit con-
iuncto cū eodē onere. ¶ In fi. tex. ibi, [ad eū qui adijſſet peruene
rit.] Sed qūo pōt nō peruenire, cū non poſſet decedere ꝓ parte
teſtatus, & ꝓ parte inteſtatus, & ſic accreſcit inuito? rn̄de. Si po-
nas tres fuiſſe inſtitutos, puta Titium, & Seiū in vna dimidia, &
Caiū in altera dimidia, poſtea fuit grauatus Titius & Seius no-
minatim de dãdo tibi centū. Si poſtea Titius repudiat, tota cē-
tum debebūtur à Seio, quia tota portio Titij accreſcit Seio, &
non Caio, qm̃ erat diſiunctus. Sed ſi oēs eſſent coniuncti pari-
ter vel diſiuncti, portio Titij non plus accreſceret vni q̃ alteri,
& ideo ſolus Seius nō teneret̄, & hoc voluit iſte tex. ¶ Sed opp.
ſi noīatim Titius & Seius fuerunt grauati, ergo altero ipſorum
repudiante onus illi noīatim iniunctū ēt non debebitur à con-
iuncto, vt infra tit. j. l. Celſus. §. quod alicuius. & l. j. §. id quod ex
ſubſtitutione. ad l. Falc. quod ɔ̃rium format gl. Sed ſolue ꝙ ꝓ-
cederet ſi vni tãtum eorum fuiſſet iniunctum nominatim. ita
loquūtur illa iura. Sed hic qn̄ vtriq; noīatim, vn̄ rōne ɔiunctio-
nis factæ in onere cenſetur vtriq; iniunctum. & voluiſſe teſtato
rē, vt debeat̄ ab altero ipſorū, ſi ille ſolūs ſit hæres. quod probat̄
in d. l. ciuitatib. §. Lucius. & plenè de hoc per Bar. in l. quæ cōdi
tio. ĩ. de cond. & dem. & ad hoc quod dixi in præcedenti caſu.

ADDITIO.

a ¶ Tene menti. Vide Bar. conſ. 211.

1 *Portio deficiens remanet apud coniunctum, ſiue ſit cōiunctus re tantum, ſiue re, & verbis tantum.*
2 *Inter omnino diſiunctos non habet locum ius accreſcendi in legatis, ſecus in hæreditate.*

1 **§. Si Titio.** † Portio deficiens remanet apud cōiunctū
ſiue ſit coniunctus re tm̃, ſiue re, & verbis
tm̃. h. d. ſm intellectum glo. & Doct. de prima cōiunctione vſ-
que ibi [ſed & ſi.] de ſecunda vſq; ibi, [vel etiam.] ibi de tertia.
& hoc voluit glo. ne rn̄ſa huius §. videantur in ſe ſuperflua, ſi lo
querentur de iſta vel vnica tm̃ cōiunctione. primo tn̄ & ſcdo ca
ſu remanet ꝑ ius nō deſcreſcendi. In tertio verò ꝑ ius accreſ. Itē
in primo caſu remanet ſine onere ꝑꝑ coniunctionē verbalē, &
quia ille totū hēt à iure ſuo. In ſcdo caſu cū onere ꝑꝑ cōiūctio
nē verbalē, licèt ēt tūc hēat à iure ſuo. Sed hic operat̄ ɔiunctio,
vt hoc no. C. de cadu. tol. l. j. §. ſin aūt ad deficientis, & facit quod
dixi in præcedenti §. in tertio verò ſimplr̄ cū onere, ſed clarius
eſt, quia coniūctus tūc nō hēt portionē deficientē iure ſuo, ſed
ex pſona cōiuncti repudiãtis. cuilibet. n. cēſet̄ relicta dimidia, ſi
cut ergo cōſequitur commodum ex perſona illius, ita & onus.
2 Quia ecce caſum. ¶ † In tex ibi, [viriles partes dari voluiſſet.]
ſubaudi non expreſsè, vt differat à caſu p̄cedēti, ſed tacitè quia
dixit, Titio & poſthumo lego talē fundū, nam licèt inſpectis
verbis idē fundus ſit legatus inſolidū cuilibet eorū, & ꝑꝑ hoc
dr̄ cōiuncti re, qa tn̄ nō dixit ꝙ qlibet habeat inſolidū. ſ. vnus
rē, alter æſtimationē, cenſet̄ tacitè voluiſſe ꝙ faciant ſibi partes
ꝑ concurſum, ſed ſi dixit æquis portionib tūc hēt locū ſequens
caſus, qa ēt inſpecta ꝓprietate verborū neutri ipſorū dr̄ legatus
fundus inſolidū, ſed cuilibet pars dimidia, iō non dr̄ cōiuncti
re, nam tūc dr̄ cōiuncti re, qn̄ eadē res cuilibet eorū eſt legata
ſed hic nō ſic, imò diuerſæ, qa diuerſæ ſunt dimidiæ. Patet ēt in
iſto §. ꝙ rn̄ſio. cuius opi. recitat gl. in prin. huius l. nō bn̄ dixit, ꝙ
iſto iure caduca applicarent̄ fiſco, & nō cōiuncto, qa hic eſt ca-
ſus in ɔ̃riū. Sed inter oīno diſiunctos nō hēt locū ius accreſ. in
legatis vt hic in gl. ꝑ l. & Proculo. ĩ. ti. j. & ꝑ l. j. & l. pe. de vſufr.
accr. ſecus tn̄ in hr̄ditate, neqs decedat ꝓ parte teſtatus, & ꝓ par
te inteſtatus, vel ꝓ parte cū hærede & ꝓ parte ſine, vt in l. ſi ſer-
uus cōmunis ab extero. de acq. hær. & C. de cad. tol. l. j. §. his ita.

1 *In legato facto filio vel filiabus non comprehenditur poſthumus vel poſthuma, niſi ex alia coniectura appareat de contraria voluntate.*
2 *Filiorum appellatione comprehenduntur etiam nondum nati, qui tamen ſperantur naſci.*
3 *Si teſtator legauit filiabus pro dotibus centum pro qualibet inſtituto maſculo, quòd venient etiam illæ quæ poſtea naſcentur ſiue erant in vtero tempore teſtamenti, ſiue non.*
4 *Vna pars teſtamenti declaratur per alteram.*
*Si teſtator fuit locutus in maſculino genere, dicendo filijs, & in aliqua parte etiam fecit mentionem de filiabus, ſub illo maſculino comprehenduntur fœminæ.*
5 *Quando legatario fit copia de particula teſtamenti, in qua continetur legatum ſuum, debet etiam fieri de alia particula in qua cōtinetur aliud ex quo ſuum legatum declaretur ſi ſua intereſt.*

LEX XVII.

## QVi filiabus.

1 † In legato facto filio vel filiab.
non ɔprehenditur poſthumus
vel poſthuma, niſi ex alia cōiectura appareat de ɔ̃ria
2 volūtate. h. d. no. † De primo tn̄ ſignificatu appellatio
ne filiorū cōprehendunt̄ ēt nondū nati, qui tn̄ ſperant̄ naſci. vt
in l. nomē filiarū. de ver. ſig. iō in ſubſtōne facta alicui ſi deceſ-
ſerit ſine filiis intelligit̄ natis, vel naſcituris. & ſi deceſſit cū vxo-
re prægnãte, nō admittit̄ ſubſtitutus quouſq; ſperat̄ naſci. vt C.
ad Treb. l. iubemus. & idē vr̄ in quacunq; alia mã. & ſi princeps
cōcedat alicui, & filiis eius. Cōtingit aūt hic ex eo, qa legatū ɔti-
net grauamē hæredis, quem in dubio cēſet̄ voluiſſe potius mi-
nus grauare q̃ plus. vt ĩ eo. l. ſi ita. in fi. Et ſi cōprehenderent̄ nō-
dū nati, & legatū eſſet factū cuilibet ex filiis, minus grauaretur
hæres. Si verò eſt factū oīb. ſimul, licèt nō grauetur, qa ſaltē to-
a tū debebitur iã natis. Subeſt alia rō,[a] qa nō cēſetur ad nōdū na-
tos talē habere affectionē, qualē hēt ad iã natos, & affectio eſt
3 cã legati. † ſi tn̄ legatū cōſiſteret in eo ad qd̄ legãs teneretur, vt
puta ſi legauit filiabus ꝓ dotib. cētū ꝓ qualibet inſtituto maſcu
lo, putarē ꝙ tūc venirēt ēt q̃ poſtea naſcēt. ſiue erãt in vtero tpe
teſtī, ſiue nō, qa neceſſitas par eſt ad naſcituras ſicut ad iã natas.
Et ſicut videmus in datione tutelæ q̃ fit cã filiationis, & illa eſt
4 par in vtriſq; vt ſ. de teſta. tu. l. ſi qs filiab. ¶ † No. ꝙ vna pars teſti
declarat̄ ꝑ alterã, & ad hoc ſemꝑ allegat̄. Et iō ſi teſtōr fuit locu-
tus in maſculino gn̄e, dicēdo filiis. & in aliqua parte ēt fecit mē-
tionē de filiab. ſub illo maſculino cōprehēdent̄ femine. ar. hic.
5 Aliàs videtur ſecus rōne quã ſ. dixi. & q̃ hic colligitur. † Et dicit
Bar. ꝙ qn̄ legatario fit copia de particula teſtamēti, in qua con-
tinetur legatū ſuū debet etiã fieri de aliqua particula in qua cō-
tinetur aliud ex quo ſuum legatum declaretur ſi ſua intereſt.

ADDITIO.

a ¶ Subeſt alia ratio. Adde ꝙ iſta ratio fuit Dy. & hanc ſequitur do. Ale. de Imo. in conſi 29. col. 2. in fi. 3. volu. Fran. Cur.

1 **§. Si quis ita.** † Diſtributiuum duplex, ſi actum primi
verbi attribuit cuilibet inſolidum, ſimi
liter & actum ſecundi. h. d. dic vt dixi. ſ. eod. l. ſi quis in fundi vo-
cabulo. §. fi. Et inducitur ad q. de qua ibi, & per Bart. in l. hoc ar-
ticulo. de hære. inſti. ¶ In text. ibi, [ſingulis tantundem.] Vi-

debãt ꝙ oẽs ſimul admitterent ad iſta c.ſicut ẽt ſi oẽs eẽnt natę
& oĩb.eſſet relictũ,vt ĩ.l.legata inutiliter. in fi.& l. ſi plurib.ver.
ſi aũt hoc minimè. Sed hoc operat̃ hic natura ſi diſtributiui,ſi
qua,q̃ actũ primi verbi.ſ.genita erit,attribuit cuilibet inſolidũ,
nã quælibet inſolidũ naſcitur. In ɔ̃rijs hoc non erat. Et adde de
hoc & vidę oĩno l.vtrũ.poſt prin.ĩ.de re.dub.& qđ ibi not.Bar.

*2 Hęres cui factum fuit prælegatum,ſi adiuit hęreditatem, partem rei prę*
*legatę habet iure hęreditario a ſeipſo,partem iure pręlegati a cohęrede,& quando hoc fallat, & nu. 1.*
*3 Quid ſi repudiauit hęreditatem.*
*4 Quid ſi nec adiuit,nec repudiauit, ſed mortuus eſt hęreditate non adita, nec repudiata.*

1 §.Si vni ex hęredibus. † Vnus ex duobus hæ
redibus cui factum eſt
prælegatũ ſi adit hæreditatem,partẽ rei prælegatæ hẽt iure hę-
reditario,partẽ iure prælegati a cohęrede,quã põt cõſequi offi.
iud.mercerario deſeruiente actioni fa. ercif.cũ diuidit hæres cũ
illo.Si verò hæred.repudiat, totã rẽ hẽt iure legati a cohærede,
cui portio repudiati accreſcit, licèt anteq̃ repudiaret legatũ in
portione ſua nõ videretur valere. h.d.cũ l.ſeq.nõ intelligas ꝙ eſ
ſet nullũ,ſed pendebat ſub cõdõne, ſi ipſe hæreditatẽ repudia-
ret,ꝓ portione verò cohæredis iſta cõdõ nõ ineſt. ¶ In tex. ibi,
[legatũ.] i. p̄legatũ, & dic ꝙ loquit̃ de portione cohęredis, quã
ille hẽt iure pręlegati, vt in diuiſione hæreditatis eã conſequat̃
offi.iud.mercenario deſeruiente act.fam. erc.quę non proponi
tur pro re legata.ſed in diuiſione hęred.in qua diuiſione debet
iſte percipere ante partẽ res prælegatas.vt ſ.fam.erc l.ſi ita lega
tũ.Et ſi hoc nõ eſſet factũ daretur ſibi actio,ex teſtõ ɔ̃ hr̃dẽ,aliã
verò partẽ in eadẽ re hẽt iure hæreditario, quia in illa nõ tenet
p̄legatũ.vt in l.ſeq.in fi.& l.legatũ.§.hr̃d.ĩ.eo qa titulus hęredis
plenior eſt.¶ Et cũ ex illo poſſit conſequi a ſeipſo, nõ hẽt ne-
ceſſe petere ab alio, & diſtingue hic tres caſus pro ſolutione ɔ̃-
2 riorũ q̃ formant̃ in gl.† Nã aut hr̃s cui factũ fuit prælegatũ,adi
uit hr̃ditatẽ,aut repudiauit.aut nec adiuit, nec repudiauit, ſed
mortuus eſt hr̃ditate non adita. Primo caſu partẽ rei prælegatę
hẽt iure hæreditario a ſeipſo, partẽ iure pręlegati a cohęrede,
quã põt conſequi dupliciter.vt ſ.dixi.fallit ſi fuiſſet ſibi factũ le-
gatũ ſub condõne ſi nõ erit hęres,quia tunc adeundo ſolũ par
tẽ ſuã iure hęreditario conſequit̃.Et iſte eſt caſus l.apud Celſũ.
§.ſi quis ex vncia.& l.fi.§.fi.de doli excep.allegatis hic in gl. pro
ɔ̃rijs in verſ.[item ɔ̃.] Item fallit ſi coactus adiuit hęreditatẽ, &
nixus eſt impugnare teſtm̃ & ad irritũ deducere, ſi nõ haberet
cohęredẽ, & factũ erat fideicõmiſſum ſibi a fideicõmiſſario vt
infra ad Treb.l.ſi patroni.§. qui fideicõmiſſariã.ver.quid ergo.
allegato hic in gl.pro ɔ̃rio.in ver. [item arg.contra.] & iſto mõ
qñ adiuit dr̃ propriè prælegatũ,& loquitur prima pars huius §.
3 ¶† Secundo caſu qñ repudiauit totã rem prælegatam conſe-
quit̃ iure legati a cohærede cui accreſcit portio hæreditatis re-
pudiata cum ſuo onere prælegatu.vt in prin.gl. ſed vr̃ gl. non be
nè dicere,quia cũ pręlegatum non oneraret ſuã partẽ hæredita
tis,quia quantũ ad illam nõ valebat,vt hic,& in l.ſeq.in fi. qũo
dicit gl.ꝙ accreſcit cũ onere ſi non haberet onus? Sol.dicit Bal.
non habebat actu,ſed aptitudine,vel dic ſm eundem,ꝙ duo cẽ
ſetur teſtator feciſſe.ſ.prælegatum ſi adeatur hæreditas. Itẽ lega
tum ſi per illum non adeatur. Et tunc non incipit onus in per-
ſona repudiantis,ſed in perſona cohæredis cui accreſcit.videba
tur aũt ꝙ repudias non poſſit conſequi partẽ quam erat habi-
turus iure hæreditario ſi adiuiſſet:nã hr̃ditario iure nõ, quia re-
pudiauit,iure prælegati non,quia in illa parte nõ tenuit præle-
gatum.Sed rñde per prædicta ꝙ nõ incipit tenere poſt repudia
tionẽ,quia illa portio cenſetur ſibi legata, ſi iure hr̃ditario fue-
rit repudiata. Prædicta fallunt qñ fuiſſet factum prælegatũ ſub
condõne ſi erit hæres,& non aliter,vt ĩ.eo. tit.l. ſed ſi non aliàs,
nam tunc nihil conſequeretur,vt ibi.Item fallit qñ p̄legata ſuc
cederẽt loco portionum hr̃ditariarum, vt ſi diuiſit inter hr̃des
bona hęreditaria,licèt.n, quilibet eorum in rebus ſibi aſſigna-
tis partim habeat iure ſuo,partim iure pręlegati a cohęrede.vt
in l.ex facto.de hęre.inſt.Iſtę tñ portiones a teſtatore factę ſuc-
cedunt hęreditariarum portionum loco conſiſtentium in iu-
re. Ideo ſi aliquis eorum repudiat hr̃ditatem, nihil habebit de
illis bonis aſſignatis.tex.eſt ſingu.qui non eſt alibi.in l.quid er-
go.la ij.ver.planè ſi pluribus infra eo & qđ dixi in repudiante,
locum habet etiam in adeũte,ſi poſtea portio hæreditatis fuit
ſibi ablata tanq̃ ab indigno,vt cõſequatur totũ iure pręlegati,ſi
cut ſi repudiaſſet vt infra de his quib. vt indig.l, eum qui.§.pro
4 parte.¶† Poteſt aũt intereſſe ſua repudiare hęreditatem,& ac-
ceptare pręlegatũ, ne oneribus implicetur, vt l. filio quẽ, infra
eo.tit. ¶ Tertio caſu quando deceſſit hęreditate non adita nec
repudiata, nil tranſmittit ad hæredem de portione quam erat
habiturus iure hęreditario, ſi adiuiſſet,ſicut nec tranſmittit hr̃-
ditatẽ illam in qua portio includitur qm̃ deceſſit pendente cõ
ditione,ſub qua illa portio fingebatur legata.ſ.ſi repudiaret hę
reditatem , ſed aliam portionem q̃ erat habiturus a cohæredẽ
bene tranſmittit,quia illa erat purè legata, & illam tantum hã
bebit hæres eius.Et iſte eſt caſus in l. miles ad ſororẽ.§ pro par-
te.infra titu.j.allegata hic in glo.circa princ. Et adde quod not.
Barto.in d l.filio quem,cum l.ſequen.infra cod.tene menti.

*1 Legata inutilia qualiter confirmentur, & reconualeſcant.*
*2 Dictio,hoc amplius,eſt repetitiua præcedentis legati,tam in perſona eiuſdem quàm alterius,& non ſolum repetit ſubſtantiam præcedentis legati,ſed etiam qualitatem illius repetit in ſequenti legato.*
*3 Quid ſi non apponatur pronomen hoc.*
*4 Verba appoſita ad diminutionem non inducunt augmentum, ſic econuerſo.& quid ſi apponator dictio hoc amplius.*
*5 Si ſuperior reprobat aliqua de priuilegijs,quæ quis habet, an intelligitur confirmare alia ſi erant inualida.*
*6 Si non valet compromiſſum, non reconualeſcit per prorogationẽ termini.*
*Si teſtamentum fuit nullum a princip. vel annullatum antequam eſſent facti codicilli, quod poſſint codicilli valere.*

## LEX XIX.

1 LEgata inutiliter. † Legata inutilia p
receptionẽ ɔfirmã-
tur,& recõualeſcunt, ſi ceſſabat tũc cã inualidita-
tis,nõ ſic recõualeſcũt p ꝓrogationẽ termini ſolo
nis.h.d.in effectu.&eſt no.Et allegat̃ principalr̃ ad
2 duo Primo.n.allegatur † ꝙ dictio,hoc amplius, [a] eſt repetitiua
a p̄cedẽtis legati.¶ Et hęc tã in perſona eiuſdẽ,vt hic,q̃ in perſo-
na alterius.Nam ſi legaui Titio fundũ,& poſtea hoc amplius
lego tibi decẽ, videor ẽt eundẽ fundũ tibi legare,& cũ ipſo Ti-
tio ɔcurres in fundo,vt infra tit.ij.l.ſed ſi ſic.Item non ſolũ re-
petit ſubſtantiã pręcedentis legati,ſed ẽt qualitatem illius repe
tit in ſeq.legato,vt ſi primo legaui fundũ ſub condõne, poſtea
hoc amplius lego domum, vel centũ, nam intelligitur ſub ea-
dem ɔdõne, vt no.infra de leg.iij.l.in repetendis,per gl.ẽt econ
uerſo qualitates ſeq.in præceden.ſi ſequens erat conditionale,
& primum purum,nam efficitur cõditionale, vt probatur in l.
Aurelius.§.teſtator.infra de lib.leg. & per Bart.in l.ſi tibi purè.
3 de leg.iij. vbi omnino vide.† Prędicta qñ apponitur iſtud ver-
bum hoc.ſed ſi ſine eo dicatur amplius lego domũ, hęc dictio
non eſt repetitiua præcedentis legati, vel qualitatis,ſed ſolum
actus legandi,& ſic potius eſt continuatiua,vt infra eod.tit. l.ſi
ſeruus legatus.§ ſi ita ſcriptum.& nõ haberet locum iſta l.quę
dixit in dictione,hoc amplius.Idem in dictis ſ.vel vltra,vel prę-
ter,vt inducant repetitionẽ legati,vt no.per Iac. de Are.& Bart.
4 infra de do.prele.l.cum ita.¶† Itẽ allegatur iſte ver.(non.n.&c.)
ꝙ verba appoſita ad diminutionem,non inducant augmentũ,
ſic econuerſo,infra de fun.inſtru.l.ſi mancipia.Fallit interdum
propter dictionẽ,hoc amplius,quæ licèt adijciat ad primum le
gatum,ſi tñ adijcit,eum modificat, & limitat ipſam modifica-
tionem,& diminutionem repetit in primo legato, & eſt caſus
5 no.in d.l. Aurelius.§.teſtator.in fi. ¶ † Et inducitur per Dy. ꝙ ſi
ſuperior reprobat aliqua de priuilegijs,quę quis habet,nõ in-
b telligitur propterea alia ɔfirmare [b] ſi erant inualida, ne repro-
batio quę tendit ad infirmandum operetur cõtrarium effectũ.
Sed in ɔ̃rium vr̃ caſus in l.tribunus.ſ.de teſt.mil.§.fi. Et ad iſtũ
tex.rñde, ꝙ loquitur qñ verba tendentia ad diminutionẽ non
concernunt ſubſtantiã,ſed executionem.Differebat.n. hic ſol.
legatorum,in qua non conſiſtit eorũ ſubſtantia,ideo ad ſubſtã
tiã nihil adijciunt. Sed cũ quædam priuilegia infirmantur,hęc
concernunt ſubſtantiã illorũ,ideo operantur ɔ̃rium circa ſub-
ſtantiã aliorũ,vel hic loquitur quo ad illa in quib. fuerunt pro-
lata verba tendentia ad diminutionẽ,quia non debent in eiſdẽ
operari diminutionẽ,& augmentũ,quæ ſunt inter ſe contraria
& in eodẽ ſubiecto ſe non cõpatiuntur. Nos loquimur quan-
tum ad alia in quib.pñt ſe cõpati. Non.n.eſt cõtrarietas ꝙ q̃dã
infirmentur,q̃dã non infirmentur. quod pręſumitur voluiſſe,
eo ipſo ꝙ aliud infirmat.ad quod facit l.cũ prętor.in prin.ſ.de
iud. Hoc tñ verũ ſi hebebat notitiã aliorũ,& ꝙ ẽt erãt inualida
c Aliàs ẽt in illis [c] nihil cenſeret̃ ſtatuere.ar.ſ.de teſt.tute l.ſi quis
6 ita.§.ſi quis cũ.† Itẽ allegat Bal.no.iſtũ tex.ꝙ ſi nõ valet cõpro-
d miſſum,non recõualeſcit [d] per ꝓrogationẽ termini, qđ perpe-
tuò tene menti. Vltimò,quia gl.ponit caſum, ꝙ primum lega-
tũ erat inutile,quia teſtm̃ erat inualidũ,& ꝙ repetitio poſtea fa
cta fuit in codicillis validis. ¶ Opp. ꝙ non poſſint eſſe validi ſi
teſtm̃ erat inualidũ. vt C.de cod.l.j.ſol.ſm Dy.& ẽt Cy.ibidem.
Si teſtm̃ a princip.eſſet validũ,& poſtea rumperetur natiuitate
poſthumi,rũperentur ẽt codicilli iam facti, qui incęperunt ab
illo hr̃e dependentiam.Sed ſi fuit nullũ a princ.vel annullatum
anteq̃ eſſent codicilli, pñt codicilli valere, quia non hñt depen
dentiam ab illo. Et hoc voluit gl.in fi.ſ.de lib.& poſth.l.iij.§.fi.
¶ Item

## ADDITIONES.

a ¶ Hoc amplius. Adde Ang.conſi.278.inci.præcedente deciſione,& vidẽ etiam do.Pau.conſi. lxxviij
b ¶ Confirmare. Adde vt per Ale.conſi.xxxix.& conſi.cxxij.4. lib.
c ¶ Etiam in illis. Adde quòd hoc etiam tenet & ſequitur Alex.de Imo in conſi.59.col.4.ver. nec obſt. ſi dicatur in 1,vol.& in conſi.39. col.fi.in prin.in 4.vol.Fran.Cur.
d ¶ Non reconualeſcit. Adde quòd contrarium tenent Alexã. Aret.& ante eos Rapha.Cuma.& etiam do.Iaſo.

¶Itē opp.ↄ ver.idē.quia ſi pupillus fuit exhæredatus, & pp hoc legatū ab eo factū nō valuit, nec ēt repetitio facta à ſubſtituto eius pōt valere p l.cū quidam.C.de leg.quidā fatent̄ hoc, & dicunt iſtū ver.referri ad proximè pcedentē caſum,vt ſicut ibi nō inducitur repetitio, nec ↄfirmatio,ita nec hic ponendo ꝙ pupillus erat exhæredatus.Tu dic,ꝙ ēt tunc pōt procedere qđ hic dr̄,& eſſet idē qđ in primo caſu,ſi ponimus ſubſtitutū exheredatū fuiſſe à teſtatore inſtitutū,vt ꝭ.eo.l.planè. el ij.& l. in rōne. §.fi.ad l.Falc.aľs procederet ↄrium. Pōt ēt poni, ꝙ pupillus fuit inſtitutus,& ꝙ legatū ab eo factū erat inutile,pp aliā cām,quia res erat legatarij,& tpe repetionis factæ à ſubſtituto deſierat.& ſic reconualeſcit,& debetur à ſubſtituto, ſi fuit locus ſubſtōni, licèt à pupillo non potuiſſet peti, & hoc voluit gl. quæ incipit [exhæredato.] Sed contra ꝙ repetitio facta à ſubſtituto non valeat,vt l.ſi fundus ſub condōne.§.ſi pater.ꝭ.eo.l.& ſeruo.§. ſed ſi pater. Sol.illud procedit qñ legatū factū à pupillo valuit, & incepit ab eo deberi,quia hereditatem adiuit,ideo ſubſtitutus pupillaris ipſum præſtat tanꝗ hæres pupilli, nō ex repetitione ab eo facta,quia fuit ſuperflua, hic verò non valuit, & idem ſi valuiſſet,& nō incepiſſet ab eo deberi,quia repudiaſſet hrditatē, nam tunc repetitio nō eſt ſuperflua,& ita de cľa per gl. vltimā. Non ſunt alia. Sequitur l.qui duos.quia in præcedenti §. nō expedit aliquid ſcribere,quia clarus,& ꝭ. declarabitur.

1 *Quando legatur res incerta de certis, nec apparet ꝙ teſtator ſenſerit de alia certa pertinet electio ad legatarium.*
2 *In declaratione non cadit variatio poſtquam ſemel facta eſt, ſed in electione ſic interdum.*
3 *Legatum ſi conſiſtit in genere generaliſſimo, ad quem pertineat electio.*
4 *Quid ſi conſiſtat in genere ſubalterno.*
5 *Quid ſi eſt alternatiuum.*
6 *Si habens duos ſeruos eos diuerſis perſonis legauit, & vnus erat melior altero, an primo nominatus debeat eligere.*

## LEX XX.

1 Qui duos. † Qñ legat̄ res incerta de certis, nec apparet, ꝙ teſtator ſenſerit de alia certa,pertinet electio ad legatariū.h. d. no. Et dr̄ apparere, qñ nō expreſſit nomen propriū alicuius, & tūc legatū dr̄ incertū,non aūt dr̄ obſcurū vel dubiū,& cadit tūc electio. Si aūt expreſſiſſet nomen ꝓpriū,& eſſent plures hñtes idē nomen,& tunc apparet ꝙ ſenſit de certo, ſed non cōſtat de quo, vñ tunc legatū dr̄ obſcurū vel dubiū in quo non cadit electio,ſed declaratio. Et quia ad hrdē pertinet declarare voluntatē defuncti potius ꝗ ad aliquē aliū, quia reputatur eadē perſona, pertinet ad eū hoc caſu,& iſte eſt caſus no. in l. ſi qs à filio.
2 in §.ſi quis plures.ꝭ.eo.& ibi per gl. ¶† Et no.ꝙ in declaratione nō cadit variatio,poſtꝗ ſemel facta eſt.vt no.in l.qcquid adſtringendæ.de verb.obli. Sed in electione ſic interdū.vt l. eū qui certarū.§.fi.e.tit.per gl.¶Quod ergo hic dr̄ in gl.j.ibi, [hæres eligeret.] dic ꝙ non eſt propriè electio. vt ſ.dixi. ſed declaratio, & ſic nō poterit variare. † aut ergo legatū conſiſtit in genere generaliſſimo,vt lego tibi vnū ſeruū,& tunc ſi reliquit ſeruos in patrimonio.pertinet electio ad te.ſi non reliquit, pertinet ad hæredē.& ſi eſt in mora,transfert̄ in ſe.vt no.ꝭ.e. in l.legato gñaliter,
4 & l.huiuſmodi.§.ſicuti.& hic in prin.gl. † Aut in gñe ſubalterno,vt cū lego incertū de certis, & tūc ſi non ſenſi de aliquo certo,pertinet electio ad legatariū,vt hic ēt hærede nō exiſtente in mora, & ēt ſi de alienis ſeruis reliquiſſet. licèt hic loquat̄ qñ de ꝓpriis. Si aūt ſenſit de certo,tūc ad hrdem. vt l.ſi quis à filio.§.ſi
5 plures.ꝭ.eo.†aut eſt legatū alternatiuū, & tūc dic,vt in l. Lucio. ꝭ.tit.j.per gl.ꝗ dicit ꝙ in dubio pertinet ad legatariū fauore vltimæ volu.in ↄtib. verò ad debitorē.vt in l.plerunq;. in fi.de iu.
5 do.& l.pe.§.fi.de act. empt.& hic in fi.gl. ¶†Vltimò quero.hic loquit̄ qñ legaui vnū de duob.quid ſi ambos,diuerſis tñ perſonis.& vnus erat melior altero,qs habebit meliorē? Dy.format iſtam qōnem ſ.eo.in l.ſi ita ſit ſcriptū.in fi.& inducit illū tex.ꝙ ſcdo noīatus, quia p legatū factū ſibi diminuit legatū primi, & ſic vr̄,ꝙ deterior remaneat in legato primi, vt ibi hr̄ in fi. eꝰ ꝙ primus tanꝗ magis dilectus, quia primo noīatus per l.quoties. ſ.de vſufr. Et hāc partē tenet Dy.quia cenſet cuilibet eorū legata optio vnius de ſeruis ꝓdictis p hanc l.ergo primo noīatus debebit primo eligere,vt eſt caſus in d.l.quoties. tene mēti ꝓdicta.

1 *Legatum vniuerſale qualiter intelligatur ꝙ augeatur ex fructibus.*
2 *Fructus certæ rei legatæ percepti viuente teſtatore, non pertinent ad legatarium, ſed ad hæredem.*
3 *Quid de perceptis poſt mortem teſtatoris ante aditam hæreditatem, & quid ſi poſt aditam hæreditatem. & nu.4.*

## LEX XXI.

1 Grege legato. † No. hic ꝙ legatū vľe auget̄ ex fructibus, intelligēdo qui poſteà accreſcunt ex eiſdē capitibus. Vñ ſi tpe teſtī erant centū capita,& tpe mortis reperiuntur ducēta nata ex eiſdē,oīa debebūtur legatario,vt hic.Sed ↄ de l.ſi ita. de aur.& ar.leg. Sol.hic in legato gñali.ibi in vľi.inter ꝗ lōga eſt
2 dr̄ia,vt no.ꝭ.tit.j.l.ſi.§.qui indiuiſum.¶†Itē adhuc opp. de l. ꝗſitū.§.pe.ꝭ. eo. vbi fructus rei legatę ꝓcepti viuente teſtatore non pertinēt ad legatariū,ſed ad hrdē,vt hr̄ ꝭ.de fun.inſtr.l.prędia.§. affini.Sol.ibi in legato certę rei ſpālis,ꝗ nō auget̄ ex fructib.hic in legato gregis,qđ dr̄ vľe, quia grex facit vniuerſitatē corporū, & augetur ex fructib.ad hoc ꝭ.de fun.inſtr.l. pe.& qđ no.ꝭ.tit.j.l. Lucius.in verbo, cōmodū. & multò fortiùs ſi fructus iſti eſſent
3 concepti,& nati poſt mortē teſtatoris.†Sed cū legantur res ſingulares,fructus percepti poſt mortē teſtatoris ante aditā hęreditatem non pertinent ad legatariū, ſed acquiruntur hęreditati, & poſtea hęredi.ſed percepti poſt aditam hęreditatē, ſi res legata erat teſtōris,pertinent ad legatariū.vt in l. Herennius. ſ.de
4 vſur. †Si erat aliena,non debentur legatario, niſi percipiantur poſt mortem heredis.de quib.oīb.dic,vt in l.in fideicōmiſſaria. ſ.de vſu.per gl.& ꝭ.eo.tit.l.ſi tibi homo,§.cū ſeruus.& C.de vſufruc.leg.l.fi.per Cy.& ita declarat gl.huius l.ꝗ breuis eſt. Pōt ēt intelligi hęc l.ꝙ iſta ꝗ acceſſerunt aliunde prouenerunt,non ex eiſdem capitibus & tunc eſſet idem qđ in re ſingulari relicta,vt ſ.eo.l.ſi ex toto.in prin.& ꝭ.eo.l.quod in rerum.§.ſi quis poſt.

1 *Dubitatio præſentis legis quæ ſit, & declaratio ponitur.*
2 *Compromiſſum factum à canonicis non expirat, licèt illi mutentur, & alij loco eorum ſubrogentur, ſi factum eſt ſuper negotijs pertinentibus ad capitulum.*
3 *Excommunicato populo, & per conſequens ſingulis de populo, an cenſeātur excommunicati etiam ſubrogati loco præmortuorum. & nu.4.*
4 *Excommunicatio eſt pœna, cùm afficiat animam.*
*Si omnes de collegio iurauerunt ſuper aliquo contractu, vel compromiſſo, an etiam ſubrogati ſint periuri, ſi veniant contra.*
5 *Iuramentum quantum ad pœnam periurij cum ſit perſonale, non tranſit ad hæredem.*
6 *Si non remanſit niſi vnum caput deſinit eſſe grex, & an illud debeatur legatario gregis.*
7 *Licèt vniuerſitas hominum remaneat in vno ſolo omnibus alijs mortuis, ſecus tamen eſt in vniuerſitate rerum ſeu corporum.*
*Vniuerſitas hominum habet iura, quæ non extinguuntur propter mortem hominum, ſed vniuerſitas corporum non habet iura, ſed duntaxat illa corpora.*

## LEX XXI.

1 Si grege legato. † Dubitatio huius l. erat, quia ſi oīa capita fuerunt renouata, vr̄ alius grex ꝗ ille qui fuit legatus, & ſic non deberi legatario. Sed ↄ eſt, quia non variatur grex.licèt varientur capita.cum ſubſtituta loco aliorum ſucce-
2 dant,concordat l.proponebatur.ſ.de iudi. † Et inducitur p Dy. vt ſi factum ſit compromiſſum à canonicis non expiret,licèt illi mutentur,& alij loco eorū ſubrogentur.dicit Bal.hoc eſſe verū ſi factū eſt ſup negotiis pertinentibus ad capitulū, quia eſt idem caplm,ſecus ſi ſup ꝓpriis ipſorū canonicorū, vt in c. querelā.ne prela.vi.ſuas.¶†Item inducit Dy. ꝙ excōicato populo.
3 & per ↄns ſingulis de populo.vt in c.ſi ſnīa.de ſen.excom.lib.6.
4 ꝙ cenſeant̄ excōicati ēt ſubrogati loco ꝓmortuorum. † Bald.ↄ. quia excōicatio eſt pęna,cū afficiat aīam, & ſic nō cadit in ſub-
a rogatos,qui non commiſerunt delictū,vel culpā.[a] arg. in l.ſancimus.C.de pact.& ſ de magiſ.conue.l.j.in princ. Eſt ēt argm.ꝙ ſi oēs de collegio iurauerūt ſuper aliquo ↄtu, vel ↄpromiſſo, ēt ſubrogati ſint periuri ſi veniant ↄ. Tu dic ↄ ſm eundē Bald. quia licèt compromiſſum tranſeat in eos ſi concernebat factū
5 collegij, † non ſic iuſm quantū ad pœnam periurij,cū ſit per-
b ſonale,[b]& non trāſeat ad hæredem.vt no.Inno.in c. veritatis.de iureiu. benè tñ tranſit efficacia quam contractus recipit à iuramento ſi de nullo efficeretur aliquis, vt in auth. ſacramēta pube. C.ſi aduer.ven.& vide qđ no.Bal.circa hoc in l.fi. C. de pact.
6 ¶†Circa ſecundum caſum erat dubium, quia ſi non remanſit niſi vnum caput,debneret eſſe grex, vt etiam hic dicitur.& ſic nihil uidetur deberi legatario tanquam perempta re legata,ut ſ.eo.l.hmōi.§. ſi cui. Sed dic ꝙ debetur etiam id quod ſupereſt ex re legata,ut cum legatur domus quę combuſta eſt, & remāſit area.& hoc uoluit hęc litera,quod declara, ut no. in l. mortuo.ꝭ.ti.j.& no.tex.in uerbo,uēdicari.ꝙ rei uend. cōpetit ēt pro uniuerſitate legata.hoc uerū niſi hrditas legetur, uel eius pars, tunc non pñt res ſingulę uendicari niſi poſt reſtōnē uerbalē,ꝑ quā trāſfert dñiū,quia tale legatū hēt uim fideicōmiſſi ulis, in quo requiritur reſtō.ut no.ꝭ.tit.j.l.ſi ſeruū.§. fi. cū l.ſeq. non ſic in aliis legatis in quibus tranſit dñium adita hereditate, & hoc
7 no.Bar.in l.j.ante fi.ſ.eo. ¶†Vltimò no. ꝙ licèt uniuerſitas ho-
c minum remaneat in uno ſolo, [c] oībus aliis mortuis. ut l. ſicut. §.fi.ſ.quod cuiuſque uniuer. no. Secus tñ eſt in uniuerſitate rerū ſeu corporū,ut hic. Nā prima uniuerſitas hēt iura quę non extinguūtur propter mortē hoīum,ut no. in c. cū ex iniuncto. de ope.no.nunci.& propter illa iura repreſentatur tota uniuerſitas

### ADDITIONES.

a ¶Vel culpam. Adde vt per Feder. conſ.92.
b ¶Perſonale. Adde Feder. conſ. 281.
c ¶Vno ſolo. Adde Abb.conſ.25.& conſ.12.

ſitas in vno. Sed vniuerſitas corporum non habet iura : ſed dū-
taxat illa corpora, vnde non eſt neceſſe inducere hāc repreſen-
tationē:& hoc voluit glo. quæ incipit [ immo.] dum dicit, (vel
ibi ſunt duo,ſ. vniuerſitas,& res eius.) ſubaudi. & iura quæ non
pereunt niſi diſſoluantur iuſſu ſuperioris,vt no. per Inno. in d.
c. cùm ex iniuncto. tene menti perpetuò, quia iſta ſunt vtilia.

---

1 *In legato partis bonorū nō veniunt fructus,niſi interueniat mora hæredis.*
2 *Fructus rei legatæ quæ erat teſtatoris percepti poſt aditā hęreditatē, ptinent ad legatarium, etiam non interueniente mora hæredis. & nu. 5.*
3 *Quid in legato generali partis bonorum, & quid in vniuerſali. & nu. 5.*
4 *Quando legatur hæreditas, vel per fideicommiſſum relinquitur, qualiter & quando veniunt fructus.*

## LEX XXIII.

1 SI quis bonorum. ¶†In legato, partis bonorū non veniūt
2 fructus, niſi interueniat mora hrdis. h.d. ¶†Oppo.
ↄ hanc l. de leg. Herennius. ſ. de vſu. vbi fructus rei
legatæ ſi erant teſtatoris, percepti poſt aditā hære-
ditatē, pertinent ad legatarium, ēt non interueniente mora hę-
3 dis. †Solu. ibi in legato rei ſingularis, cuius dn̄ium trāſiuit in le-
gatarium. & ſic ſunt ſui percepti ex re ſua. vt l. ſolum. §. meū. de
rei vend. Hic in legato generali partis bonorū, in quo non tran-
ſit dn̄ium adita hæreditate, vt ex iſta l. manifeſtè colligitur, quia
non eſt certum, an debeat ſibi tradi pars in qualibet re, an vna
res pro oībus aliis, an ęſtimatio ſit difficilis, & diſpendioſa eſt di
uiſio, ſed venit ex poſt facto declarandū arbitrio iudicis, vt j. eo.
l. non amplius. §. fi. cum l. ſeq. & in hoc conſiſtit rō huius l. ſed ↄ
de l. grege. ſ. e. Sol. ibi in vl̄i. hic in gn̄ali. Sed ↄ ꝙ idem in vl̄i. vt ſi
legetur vel relinquatur hæreditas per fideicommiſſum. vt j. ad
Treb. l. in fideicommiſſariam. §. quoties. Solu. ibi, in relicto hæ-
redi. in quo tranſit dn̄ium ante reſtōnē, & ſic fructus percepti p
hæredem ſunt ſui quia ex rebus ſuis perceptis. Sed ſi perciperē-
tur poſt reſtitutionem verbalem, pertinerēt ad legatarium, ſed
in l. grege. tranſit dn̄ium gregis ab adita hæreditate. Item intelli
git Iac. de Are. hanc l. in fructib. ſatis à teſtatore. Idem ſi ab hære
de, & legatum eſſet in diem, ſecus ſi purum. Tu dic ēt ſi purū,
per rationem quam ſ. dixi. quia dn̄ium non tranſibit in legata-
riū ante traditionem. Cætera vide in d. l. in fideicommiſſariam.
4 ¶†Et conclude qn̄ legatur hæreditas, vel per fideicommiſſum
relinquitur, an veniant fructus. dic ꝙ percepti ante aditam hæ-
reditatem, ſiue viuente teſtatore, ſiue poſt mortem, indiſtinctè
veniunt, qm̄ augent hereditatem, l. item veniunt. §. fructus. de
pet. hær. iuncta l. ita tn̄. §. j. in fi. j. ad Treb. vbi eſt caſus. Idē ſi per-
cepti ſunt poſt aditā hęreditatem, & poſt factā reſtōnem verba
lem: quia tunc percepti ex rebus legatarij vel fideicōmiſſarij. vt
l. Herennius. j. de vſu. nec eſt curandū in iſtis caſibus, an ſit reli-
cta tota hæreditas, vel pars eius. per l. qui ſeruum. in fi. tit. j. cum
ibi no. ſi aūt ſunt percepti poſt aditam hæreditatem, & ante re-
ſtōnem verbalē, tunc nō indiſtinctè, ſed habita diſtinctione tri-
membri, quam ponit gl. j. in l. in fideicommiſſariam. j. ad Treb.
cū ſuppletionib. Doct. ēt ſi fuiſſet rogatus per hæc verba, quic-
quid peruenerit de bonis, vel hæreditate mea. vt in l. quod his
verbis. in princ. j. de leg. 3. ſecus ſi per iſta verba quantumcunq;
pecunia peruenerit, qa tūc indiſtinctè. vt in l. Baliſta. j. ad Treb.
Et ſi dicatur quare non ſp indiſtinctè, cū fructus augeant hære
ditatē? Rn̄de vt no. Bar. in l. fideicommiſſariā. in fi. Si aūt relin-
quuntur. tunc aut oīa, & idem per oīa quod ſ. quia cenſetur re-
licta hrdi. vt l. nam qđ. in fi. cū l. ſeq. j. ad Treb. aut pars bonorū
quota. & hēt locū iſta l. no. vt non veniant fructus, niſi poſt mo-
rā hrdis, ſiue ſint percepti ante aditam hæreditatē, ſiue poſt, per
rōnem quam ſ. dixi. quia tunc cenſetur relicta hrditas, vel eius
pars, vt patet, quia intelligitur deducto ære alieno, vt in l. cū aūt
pars bonorum. j. tit. j. quod non eſt, qn̄ relinquitur pars hæredi-
tatis, vt l. mulier. §. fi. ad Treb. & d. l. ſi quis ſeruum. §. fi. cum ibi
5 no. †ſi aūt relinquatur alia res particularis, tūc aut vniuerſitas,
vt grex. & diſtingue vt ibi dixi, quia fructus percepti viuēte teſta
tore, vel iacente hrditate non veniunt, & in hoc differt à primo
caſu: poſt aditā aūt hrditatē ſi res erat teſtōris, veniūt: ſi nō: tunc
à tpe moræ. quod dic plenè per Cy. in l. fi. de vſufruc. legatorū.

---

1 *Legari poteſt id quod non eſt in rerum natura, ſed eſſe ſperatur.*
2 *Legatum rei quæ non eſt in rerum natura, ſed eſſe ſperatur, dicitur conditionale quantum ad obligationem & actionem.*

## LEX XXIIII.

1 QVod in rerum. †Legari pōt id quod non eſt in rerū natura, ſed eſſe
ſperatur. h. d. gl. dic ꝙ iſtud legatum eſt conditionale
per l. j. in fi. de condi. & dem. quæ potius vr̄ facere in
ↄrium, quia dicit ꝙ ineſt ↄditio ſi naſcatur, & ſubeſt tacita ↄdō,
quæ reddit actum cōditionalem, ſicut expreſſa. vt l. item quia.
ſ. de pact. Sed dic, ꝙ gl. habuit reſpectum ad effectum conditio-
nis, q̄ impedit legati tranſmiſſionem, ſi legatarius interim dece
dat. Iſta verò tacita ↄdō non impedit, & ſic quantū ad tranſmiſ-
ſionem reputatur purum, tex. eſt in l. cùm illud. §. fi. ante fi. j. qn̄
di. le. ce. Et ratio eſt, quia ineſt ex nā rei legatę: non enim pōt
deberi niſi naſcatur. & ſic non reddit legatum cōditionale quo
ad hoc, arg. de vul. & pup. l. qui liberis in prin. vbi ſubſtō reputa
tur pura, licèt fuerit appoſita conditio, q̄ de ſui nā ineſt. per l.
conditiones extrinſecus. de cond. & demō. ergo ineſt voluntare
defuncti tacita, quia tunc impediret tranſmitti, vt in l. quod pu-
2 rè. qn̄ di. le. ced. & dixi in l. 3. ſ. eo. ſed ex natura rei. † Quantū ve-
rò ad obligationem & actionē benè eſt conditionale, quia non
debetur antequam naſcatur, & hoc no. gl. in d. l. item quia.

---

1 *Legatum fundi in quo teſtator vſumfructum habebat non valet, & quid ſi legauit proprietatem. & nu. 1.*
2 *Si emphyteuta legat ius quod habet in re, vel ipſam rem, & contingat ipſum decedere ſine filijs, ita ꝙ res redeat ad directum dominium, extinguitur legatum.*
3 *Habens vſumfructum in fundo finiturum eius morte, ſi ipſum legat, & poſtea nactus eſt proprietatem, ꝙ non debeatur proprietas legatario, ſed vſusfructus ſic, & quid ſi legauit proprietatem nudam, & poſtea nactus ſit vſumfructum.*

§. Si vſumfructum. Non valet legatum de iu-
re qđ hēt teſtator, ſi illud
erat finiendum eius morte, niſi poſtea ſuperueniat cā pp quā
non finiatur ſaltem effectu. h. d. In tex. ibi, [eumq; legauerim.]
1 †Sed quid ſi legaui ipſum fundum in quo vſumfructum habe
a bam? [a] rn̄de idem quod hic, quia videor legaſſe ius ſolū quod
habebam, vel rationem illius, & iſte eſt caſus in l. vxor patrui.
C. de leg. & per Bar. in l. ſi domus. §. fi. j. eo. Si autem legaui pro-
prietatem, tunc dic, vt habetur & no. in l. Sticho. j. de vſufru. le-
ga. & ibi omnino vide Bart. in fi. vbi diſtinguit iſtos tres caſus.
2 ¶†Et per iſtum tex. dicunt Doct. ſi emphyteuta legat ius quod
habet in re, vel ipſam rem, & contingat ipſum decedere ſine fi-
liis, ita ꝙ res redeat ad directum dn̄m, extinguitur legatum, vt
eſt hic caſus, quia non cenſetur legaſſe niſi ius quod habebat.
¶In tex. ibi, [nactus ſim.] Sed contra, quia nactus ſim proprie-
tatem extinguitur vſusfruct. ergo & legatum de ipſo factū. Sol.
verum eſt ꝙ extinguitur formalis, ſed remanet cauſalis, & ſic in
effectu vr̄ durare, quia pōt ipſum deducere in formalem. quod
3 facere non potuiſſet ſi nactus non fuiſſet. †Sed an tunc cùm na
ctus eſt proprietatem, debetur ſolus vſusfru. an etiam proprie-
tas? quod videtur arg. infra proxi. §. & ſ. eo. l. ſi ex toto. in princ.
ſed certè proprietas non accedet vſufructui, ſed econuerſo, n̄
non pōt dici, ꝙ aliquid ſit additū rei legatę. Secus eſſet econuer
ſo ſi legaſſet proprietatē nudam, & poſtea redimeret vſumfru.
& tunc bene haberent locū illę ll. & hoc voluit Petr. in d. l. vxor
patrui. & ibi vide omnino quod ibi no. Bald. & hoc etiam patet
quia ſi tempore teſtamēti habuiſſet proprietatem, legando fun
dum non propterea legaſſe videretur proprietatem, ſi habebat
aliud ius, vt dominium vtile, ſed illud tm̄, vel pōt dici eſſe di-
ſtinguendum, an legauerit vſumfru. & verum dicit Petrus: an le
gauerit fundum, & tūc ſi ſciebat ſe habere ſolum vſumfru. idē,
quia illum tm̄ cēſetur legaſſe: Si. n. ignorabat ſe aliquod ius ha-
bere, & ſic legauit rem tanq̄ alienam, tunc debetur proprietas,
quia ēt ſi non fuiſſet adempta, teneretur hęres redimere per ea
quę no: in l. ſeruum filii. §. j. infra eo. & tetigi. ſ. eo. l. ſerui electio
ne. §. fi. ¶In gl. ibi, [rn̄deo quia errabat &c.] Iſta non eſt vera. nā
innuit à contrario ſenſu, ꝙ ſi teſtator ſciebat illū vſumfructum
debere finiri eius morte legatū valeret, & vr̄ grauaſſe hęredē đ
redimendo ipſum à proprietario, ſicut ſi tpe teſtamenti nō ha-
beret vſumfr. fundi alieni ſcienter vel ignoranter, & legatarius
erat coniuncta perſona, vt l. cum alienam. C. de leg. & hoc eſt
contra mentem huius literę, quę loquitur indiſtinctè, & ſic ēt
qn̄ ſciebat, & ēt legatarius erat coniuncta perſona, quia nō cen
ſetur legaſſe niſi ius quod habebat. Nec ob. cōtrarium gl. quia
loquitur qn̄ nullū ius habebat, vn̄ tunc non ſubeſt cā pp quam
cenſeatur reſtrinxiſſe. Ideo tūc diſtinguitur, an ſciebat vel igno-
rabat, & an eſſet coniuncta perſona, vel non. hic verò qn̄ hēbat
ius ad qđ cēſet ſe reſtrinxiſſe, licèt ſciat ipſum finiturū morte.

ADDITIO.

a ¶Vſumfruct. Adde Ale. conſ. 9. 2. li. & ibi vide alia ad materiā huius §.

---

1 *Quod adijcitur rei legatæ per teſtatorem, legatum auget, quando autem detrahitur, minuit.*
2 *In poteſtate alicuius eſt de duobus fundis facere vnum, vel de uno duos, & quid in domibus, & qualiter. & nu. 3.*
3 *In diuiſione domus requiritur interiectio parietis, ſed in diuiſione fundi ſufficit appoſitio alicuius ſigni.*
*Legando quis fundum Titianum, veniet totus fundus, licèt ſit diuiſus, & quid ſi diuiſio eſſet facta cauſa faciendi duos?*
4 *Domus non poteſt dici facta diuiſim, niſi ſit apta ad habitandum, ſed fundus in quacunque modica parte poteſt dici fundus.*
5 *Si eſt creatus nouus officialis ſuper certis cauſis, puta damnis datis, an videantur iſtæ cauſæ detractæ de iuriſdictione Poteſtatis qui habebat eam generalem.*

1 §. Si quis poſt. ¶†Quod adijcitur rei legatę per te-
ſtatorem legatum auget: quādo au-
2 tem detrahitur, minuit. h. d. vſq; ad §. ſi nauem. † Allegatur fi-
nis

nis huius §. ꝙ in ptāte alicuius eſt de duobus fundis facere vnū, & de vno duos, & ſilr de domo iūgendo vnā cū altera, vel diuidendo eā: & tunc qlibet pars fundi dicetur fundus, & quælibet
3 pars domus dicetur domus, vt ꝟ eo. l. planè. in fi. †Plus tñ requiritur in diuiſione domus, ſ. interiectio parietis, alr de vna non fiunt duæ. vt in l. ſi quis duas §. j. cōm. præd. quod no. Nō ſic in fundo, quia ſufficit diuiſio, tñ cum appoſitione alicuius ſigni, niſi fiat gratia vberioris culturæ remanentis eodem noīe nā &
a tunc non ſunt duo.[a] vt l. Caius. ꝟ. de leg. 2. & ideo legando fundū Titianū, veniet totus fundus, licèt ſit diuiſus, vt ibi. Sed ſi diuiſio eſſet facta cā faciendi duos, quid iuris ſit hoc caſu: vide qđ
4 no. Bar. in l. j. ꝟ. de reb. dub. & facit l. qui pluribus. de ver. ob. †Eſt ēt alia dñā, quia domus non pōt dici facta diuiſim, niſi ſit apta ad habitandum, ſed fundus in quantacunq; modica parte pōt dici fundus. Et pp hoc reſultat alia dñā, de qua hr in l. ſi domus.
5 in prin. ꝟ. eo. in tex. & gl. ¶†Vltimò Bal. allegat finē huius §. ꝙ ſi eſt creatus nouus officialis ſuper certis cauſis, puta dānis datis, vñr iſtæ cauſæ detractæ de iuriſdictione ptātis qui habebat eā
b gñalem.[b] & ſic non poterit ptās ſe impedire. In ꝯrium vr̄ eſſe caſus in l. j. C. de off. pfec. vrb. & tetigi in l. ſi quis cū procuratorio. §. fi. ſ. de procur. Et pro primo dicto facit gl. q̄ eſt in l. cū prætor. in prin. de iud. & ibi Ang. tangit iſtum paſſum. Non ſunt alia.

ADDITIONES.

a ¶Non ſunt duo. Adde eundem Pau. de Caſt. in l. ita ſtipulatus. ꝟ. de ver. obl. & ibi vide Alex. & eundem Pau. de Caſt. in conſ. ſuo 6. col. pe. in fi. in nouis. inci. In cauſa mota per Gaſparem, & ibi quid ſi appoſita trahit ſepè, vel terminos, vel foſſata, licèt viſu videantur diuerſa prædia. ſi tamen in ipſis fundis, ita diuerſis eſſent quædam cauæ, dicerentur tales fundi vnum prædium reſpectu cauæ. quia illa diuerſitas in ſuperficie non inducit diuerſitatem in vera caua. & vide quæ no. Alex. hic.

b ¶Generalem. Adde vt per Fran. de Are. conſ. 102. & Lud. Ro. conſ 393.

1 *Dubium ſoluitur quod in iſto §. vertebatur.*
2 *Legatum nauis in gñe, non valet ſi teſtator nullā habebat in patrimonio.*

1 §. Si nauem. †Dubiū erat hic, quia videbatur alia nauis q̄ illa, q̄ fuit legata, poſtq̄ erat tota refecta ex nouis tabulis. Sed hoc non eſt verū poſtq̄ durauit eadē carina. i. fundus nauis. Si aūt non duraſſet, tūc diſtinguendū, an paulatim fuiſſet refecta, & idem an vno impetu fuiſſet deſtructa, & poſtea refecta, & tunc diſtingueretur qua mente deſtructa fuiſſet. l. inter ſtipulantē. §. ſacrā. ꝟ. de ver. obl. & de ſolu. l. qui
2 res. §. aream. ¶†In tex. ibi. [& ſpāliter eā aſcripſero.] vult dicere ꝙ fuit legata in ſpecie, quo caſu valet legatū, ſed ſi legauit vnā nauē, diſtingueret ſicut in domo, aut hēt nauē in patrimonio, & valet, aut nō hēt, & nō valet, ſicut diſtinguit in domo ꝟ e. l. ſi domus. in prin. nō ſic ſi legat fundus in gñe qa tūc ēt ſi hēt in patrimonio, nō valet, qa & ſic legatū eēt inutile. l. cū poſt. §. gener. ſ. de iu. do. & no. in l. ſi domus. & hoc voluit dicere hic gl. iſta.

1 *A filio hærede quando poſſit legari patri, in cuius eſt poteſtate.*
2 *Legata inutilia cum remaneant apud hæredem iure hæreditario, Falcidiam diminuunt vel impediunt.*
3 *Si pater inſtituitur, & ab eo legatur filio, an valeat legatum.*

LEX XXV.

1 A Filio. ¶†A filio inſtituto pōt legari patri in cuius ē ptāte, nec irritatur legatū, licèt tpe mortis teſtatoris quo cedit eius dies ſilr ſit in ptāte, ſecus ſi tpe aditionis factæ iuſſu patris. h. d. Tunc. n. efficitur inutile, & imputatur pri in Falcidiā quā de aliis legatis
2 vellet detrahere. hoc ēt dicit tex. †Nā debes ſcire ꝙ legata inutilia cū remaneāt apud hrdē iure hrditario, Falcidiā diminuūt,
3 vel impediūt l. in rōne iſta. in prin. ꝟ. ad l. Fal. ¶†In tex. ibi, [legari pōt.] Videbatur ꝯrium, quia cū patri ſit acquirenda tota hæreditas, iſtud legatū videbatur ſuperfluū: ſed certè non neceſſariò eſt acquirenda ſibi hæreditas, quia ſi tpe quo adibit erit ſui iuris, acquiretur ipſi filio. & tūc legatū habebit vtilitatē, & hoc reſpectu habito valet, & eſt in pendenti. ¶In tex. ibi, [in patris ptāte ſit.] Videbatur ꝯrium, quaſi dies inutiliter cedat, poſtq̄ tunc adhuc eſt in ptāte patris, ſed ꝯ eſt, nam adhuc ſperatur eſſici ſui iuris anteq̄ adeat, & pp iſtam ſpem, non cadit inutiliter, ſi aūt tpe aditionis ſit adhuc in ptāte, tunc legatum euaneſcit p rōnem quam ſ. dixi, alr ſequeretur ꝙ eſſet obligatus pr ſibiipſi ad hoc legatū, & iſte caſus nō ponitur in tex. ſed ponit pro conſtanti, & ex eo infertur illatio q̄ ſequitur. igit & ſi iuſſu, &c. ¶In tex. ibi, [imputabitur ei] ſ. pri volenti detrahere Falcidiā de aliis legatis eatenus quatenus valet hoc legatū, cū maneat penes eū iure hæreditario, non iure legati, ſed legatū validum remanens penes heredē tanq̄ legatū in Falcidiam ſibi non ꝯputatur, quia cū dicatur debita iure inſtōnis, non imputatur in ea niſi illud, quod capitur iure inſtōnis, & hoc voluit hæc glo. fi. per ll. quas alleg. ¶In fi. glo. primæ ibi, [& ſic eſt tota plana.] Quia tunc legatū remaneret hodie validum, ēt ſi tpe quo adit, ſit in poteſtate patris, quia non acquirit patri proprietatē, ſed ſibi, & ſic ceſſat rō, de qua ſ. & tunc filius detrahit Falcidiā de iſto legato, ſicut de facto extranei fm gl. quam no. & ita intelligit fi. huius l. & tūc illud verbū ei, exponitur. ſ. filio. Sed qrītur ecōuerſo, ſi pr inſtituitur, & ab eo legatur filio, nō valet hoc iure, nec recōualeſcit. licèt poſtea efficiatur ſui iuris, vt Inſtit. de leg. §. an ſeruo. Rñdeo pp rōnem Cato. qa ſi teſtator tpe teſti mortuus fuiſſet, illud legatū nō potuiſſet valere, qa ſi valuiſſet, fuiſſet ſtatim qſitū filio, qui tūc erat in ptāte, & per filiū eodem momento fuiſſet quæſitū patri, & ſic videretur factū à ſeipſo ſibi ipſi. ſed hic rōa Cato. non habet locū, quia licèt teſtator moreretur tempore teſtamenti, non propterea legatum eſſet inutile, quia inſpiceretur tēpus aditionis, vt hic patet in verbo, [nec intereſt.]

1 *Si legatur tibi fundus valens centū ſub conditione ſi dederis hæredi quinquaginta, & dediſti, non poteſt te grauare onere fideicommiſſi de dando alteri, niſi vſq; ad quinquaginta quia non cenſeris plus habere.*
2 *Si ſoluenda eſt gabella de legato vel donatione ad rationem tot denariorum pro libra veræ æſtimationis rei legatæ, vel donatæ, quòd de illa æſtimatione deducatur id quod ſoluitur cauſa conditionis implendæ, vel notarijs, & omne onus.*
3 *Si quis impetrauit beneficium vſque ad valorem centum, & valet beneficium vſque ad valorem ducentorum, tamen deductis oneribus non remanent niſi centum, an debeatur impetranti.*

LEX XXVI.

1 NOn amplius. ¶†Per principiū huius l. patet ꝙ ſi legatur tibi fundus valēs centū ſub ꝯditione ſi dederis hæredi quinquaginta, & dediſti, non pōt te grauare onere fideicommiſſi de dando alteri, niſi vſq; ad quinquaginta, quia non cenſeris plus hre. facit ꝟ. e. l. ciuitatib. in fi. ſed ꝯ ꝟ. de leg. 2. l. ſi cui fundus. vbi cenſeris totū hre iure legati, licèt tñ dederis hęredi q̄tū valet fundus. Sol. illud procedit quantū ad hoc, vt valeat legatū, quia ſæpe intereſt veſtra hre vicinū fundū, ēt ſoluēdo vltra verā æſtimationē, vñ valet legatū de fundo valente centū ſub cōditione ſi dederis centū hęredi, vel ſi grauatur hrs de vendēdo tibi pro centū, & pōt agere ex teſtō, & hoc voluit illa l. ſed q̄tū ad hoc vt poſſit grauari de dando alteri, non diceris hre iure lo-
2 gati, niſi q̄tū tibi ſupereſt deducto eo qđ ſoluiſti. vt hic. †Item p iſtū tex. patet, ſi ſoluenda eſt gabella de legato, vel donatione ad rōnem tot denariorū pro libra verę ęſtimationis rei legatę vel donatę, ꝙ de illa tñ ęſtimatione eſt ſolueda q̄ remanet deducto eo qđ ſoluitur cā ꝯdōnis implendę, vel notariis deducto
3 oī onere. †Et adde no. p Bar. i l. quoties. ꝟ. ad l. Fal. facit ēt iſte tex. ſi aliquis impetrauit bñficiū vſq; ad valorē centū. & valet beneficiū valorē ducētorū, tñ deductis onerib. nō remanent niſi cētū,
a ꝙ iſtud beneficiū debeatur impetranti. neſcio tñ.[a] ſi in curia
b Romana hoc admittitur.[b] quia forte intelligeretur valor non deductis oneribus cū tales gratię ſint reſtringēdę, quia odioſę. vt in c. quamuis. de prēb. lib. 6. ſed legata ſunt fauorabilia. &c.

ADDITIONES.

a ¶Neſcio tñ. Adde qđ Bal. firmat in l. j. in 2. col. C. de fru. & lit. expē. Rap. cu. in l. fructus. ſol. mat. Io. And. in addi. ad Spe. in rub. de conceſ. præbē.

b ¶Admittitur. Adde ꝙ immo hoc admittit curia. & hoc tenet ēt Bal. in l. cohæredibus. ff. fa. erciſc. & in l. neq;. in fi. C. de compen. refert & ſequitur Feli. in c. ad aures. col. 12. verſ. 12. concluſio. extra de reſcrip. vbi latiſſimè quando valor ſit exprimendus, & quando non. Fran. Cur.

1 *Periculum rei legatæ in ſpecie pertinet ad legatarium, ſi non interuenit mora hæredis, & nu. 1.*
2 *Dicitur fieri deterior conditio alicuius, quando perdit lucrum & an dicatur pati damnum.*

1 §. Si certum. †No. hic ꝙ res mobilis legata, ſi tēpore mortis teſtatoris erat alibi q̄ i loco, vbi eſt hęres, vel incipit eſſe poſt ſine culpa hrdis, nō teneretur hęres eā tradere, niſi in loco vbi eſt, vnde pōt dicere legatario vadas illuc, & ſcribā vnā literam tali qui habet eam vt tibi tradat, & ſi recuſat, culpa eſt ſua, nō hrdis. l. quod legatur. ſ. de iud. niſi velit eam reduci ad locū vbi eſt hrs ſumptu & periculo ipſius
2 legatarij, vt ibi no. & l. poſtea. in fi. cū l. ſeq. ſ. de eden. ¶†Itē no. ꝙ periculū rei legatę in ſpē pertinet ad legatariū ſi nō interuenit mora hrdis. ¶Item no. ꝙ dr fieri deterior ꝯditio alicuius qñ
a perdit lucrum.[a] non tñ hic dr ꝙ dicatur pati damnum, licèt gl. hoc dicat hic, & ſic ceſſant contraria glo. Tene menti.

ADDITIO.

a ¶Perdit lucrum. Intellige qñ eſt radicatū, quia tunc dr pati damnū aliàs ſecus, vt notat Alex. conſ. 89. 2. lib & conſ. 202. eo. vol. & quia do. Iaſ. h. d. in illa q. an eleemoſyna conſueta cōcedi fratrib. per ſtatutum poſſit reuocari, quod ſtatutum confirmatum per ſuperiorem pōt per ſtatuentes reuocari. vide ipſum do. Iaſ. hic, & tu declara, quid hic addens voluerit.

1 *Cum legatur pars bonorum, eſt in electione hæredis an æſtimationem, an rei partem velit.*
2 *Quando legatur pars bonorum, ꝙ partes in ſingulis rebus dicantur legatæ, & ſint in obligatione, & vide nu. 1.*
3 *An dominium in ſingulis rebus pro illa parte, acquiratur legatario ab adita hæreditate.*
4 *Quid tunc ſit in ſolutione, & quòd facultas ſoluendi æſtimationem duret quouſque lata ſit ſententia ſuper parte bonorum, & quouſque ſit conuentus actione iudicati ſuper illa. vide tamen nu. 6.*
5 *Quid ſi talis facultas cōpetat ex ptāte data contrahentibus, ꝙ nō duret, niſi vſq; ad litem conteſtatam ſuper re debita, idem qñ à teſtatore, ſi in pœnam hæredis fuit introductum, ſecus ſi in eius fauorem.*

*Aliud pro alio quando poſſit ſolui inuito creditore.*
6 *Legatorius partis bonorum in genere nõ poteſt cõpellere hæredẽ ad adeũ dum hæreditatem.*
*Quòd ſecus ſit in legato certæ patris hæreditatis, quod eſt vniuerſale, & intelligitur non deducto ære alieno, & ꝙ facta reſtitutione verbali trãſeat dñium in ſingularibus, & ſi poſſunt commodè diuidi, põt peti pars in ſingulis rebus, nec datur facultas hæredi ſoluẽdi æſtimationẽ.*
*Quid ſi legantur omnia bona?*
7 *Quãdo legatur filio pars bonorum iure inſtitutionis pro ſua legitima, tũc non datur hæredi facultas ſoluendi æſtimationem.*
8 *Hæres vel filius grauatus reſtituerè hæreditatem de ſingularibus legatis, an poſſit Falcidiã, vel Treb. vel debitũ iure naturæ retinere in vna re.*

1 §.Cum bonorum. †Cum legatur pars bonorum eſt in electione hæredis, an ſoluat æſtimationem, an aũt partẽ in ſingulis rebus: ſi tñ pñt diuidi commodè aliàs compellit ſoluere æſtimationẽ, vel vnã rem, aut plures, quæ tantundẽ valeant, prout inter ſe cõcordauerint: vel ſi diſcordant, prout iudici expedire vr̃, h. d. cum l.
2 ſeq. ¶ †Pro declaratione huius §. tria vel quatuor ſunt videnda, quãdo legatur pars bonorum. Primum eſt quid ſit in legato, & in obl'one. nam Sabinus & Caſſius dixerũt, ꝙ ipſa æſtimatio, & ſit perinde acſi æſtimatio fuiſſet legata, ne ſingulæ res habeãt diuidi. Alij vt Proculus & Nerua, ꝙ partes in ſingulis reb. dicuntur legatæ, & ſunt in obl'one, & iſta pars verior eſt. vt colligitur ex l. ſi quis bonorum. ſ. eo. quia ſi æſtimatio eſſet in obligatione. poſt moram hæredis venirent vſuræ, non aũt fructus,
3 cuius contrariũ ibi dr̃. †Secundo vidẽdum eſt an dñium in ſingulis rebus pro illa parte acquirat̃ legatario ab adita hæreditate, & tex. in l. põt. in fi. in verbo vendicare. ĩ. eo. facit ꝙ ſic aliàs non haberet locum vendicatio. Sed cõtrarium videt̃ probari, per d. l. ſi quis bonorũ. quia ſi dñium tranſiret, venirent fructus ab adita hæreditate, ẽt non interueniente mora hæredis, tanq̃ percepti ex rebus legatarij, vt l. Herennius. ſupra de vſu. cuius contrarium ibi dicit, ꝙ non, niſi poſt morã. Et hanc partẽ tenebat Bal. & Ang. & aſſignat rõnem Bal. quia ſi dñium eſſet tranſlatum, non daretur hæredi facultas ſoluendi æſtimationẽ, quæ ratio non placeat, quia ꝯrium habemus in l. ſi qñ. §. hæres. ĩ. eo. vbi erat tranſlatũ dñium, & tñ datur facultas ſoluendi æſtimationẽ, tñ ibi procedebat ex ptãte data à teſtatore, vt patet ex ibi no. per Bar. ¶ Ad tex. aũt dũ dicit [vendicare.] rñdeo ꝙ ponitur impropriè [portionem] & vult dicere ꝙ legatarius non habet neceſſe petere partem in ſingulis rebus eas nominãdo. Sed põt dicere generaliter peto quartam partẽ omnium bonorum mihi legatã, & procedit libellus, qa conformis teſtõ. Bar. aũt videt̃ ſentire ꝙ dñium ſit tranſlatũ, & ꝙ ſi in hæreditate nõ ſunt debita, legatarius poſſit vendicare partes in ſingulis reb. licèt non teneatur ipſas ſpecificare, ſed gñaliter petere, vt l. põt. in fi. & licèt hr̃di cõcedat̃ facultas ſoluẽdi æſtimationẽ. ſed ſi ſunt debita in hæreditate, tunc quia illa veniunt deducenda ante oĩa de toto patrimonio nõ eſt certus legatarius quota portio ſibi debeatur in ſingulis rebus. ideo poterit vendicare partẽ incertam. ſ. quartam partẽ eius quod reſtabat deducto ære alieno, vt in l. quæ de tota. §. incertæ. ſ. de rei vendi. Opi. Bal. verior eſt per illam l. ſi quis bonorum. quam Bar. in hoc non ponderauit, nec põt da
4 re rñſum. †Tertio vidẽdũ eſt quid ſit in ſolutione. nam iſta pñt ſimul ſtare, ꝙ vnum ſit in obligatione, & tñ aliud ſit in ſolutione, vel ex diſpõne legali, vt patet in actione noxali, vt in l. item veniunt. §. idem rectè. de petitio. hæred. vel ex diſpoſitione teſtatoris, vt l. ſi qñ. §. hæres. ĩ. eo. & l. j. de penu. leg. vel ex diſpõne cõtrahentiũ, vt in l. ſi quis ſtipulatus fuerit 10. in melle. ĩ. de ſol. Et ad iſtam q. Iuriſconſultus hic rñdet in ver. [ſed oportet.] ꝙ in ſolutione eſt ipſa æſtimatio, ſi hæres vult eam præſtare, vel ẽt partes in ſingulis rebus, ſi hoc magis vult hæres, & poſſint cõmodè diuidi, vel ſi neutrũ iſtorum vult, põt ſoluere vnã rẽ vel plures, quæ valeant tm̃ quantum pars legata in ſingulis rebus, tñ tunc non eſt in eius libero arbitrio, nec ſolius legatarij, ſed in arbitrio iudicis, ſi hoc viderit expedire, vel prout fuerit æquũ. Quando ergo vult ſoluere æſtimationẽ, indiſtinctè põt ẽt inuito legatario, & ẽt ſi bona recipiãt commodam diuiſionem, vt hic colligitur, qđ eſt notãdũ, & datur hæc facultas à lege, ne inducatur cõio in ſingulis rebus inter hæredẽ, & legatariũ, quæ ſolet parere diſcordias, vt l. cum pater. §. dulciſſimis. ĩ. de leg. 2. Iõ rr̃ ad eam quis non cõpellitur, vt in l. ſi non ſortẽ. §. ſi cẽtũ. ſ. de condi. inde. & datur magis hæredi, qa eſt debitor, & ſic fauorabilior q̃ creditor, vt l. plerunq; in fi. de iur. do. Et datur ẽt ſi nulla ſint debita in hæreditate, quia adhuc viget dicta rõ, & durat iſta facultas quouſque lata ſit ſnĩa ſuper parte bonorum, & quouſque ſit cõuentus actione iudicati ſuper illa, vt in d. l. item
5 veniunt. §. idem rectè. †Sed qñ cõpetit ex ptãte data contrahentibus non durat niſi vſque ad lit. conte. ſuper re debita, vt in d. l. ſi quis ſtipulatus fuerit 10. in melle. ĩ. de ſol. idem qñ à teſtatore ſi in pœnã hæredis fuit introducta, vt in d. l. j. de penu leg. ſecus ſi in eius fauorem. quia tũc idem qđ in primo caſu, vt in d. l. ſi qñ. § hæres. & ibi no. per Bar. ĩ. eo. Non ergo obſtat contrarium formatum in glo. ꝙ aliud pro alio non poſſit ſolui, quia
a fallit[a] qñ vnum eſt in obl'one, aliud in ſolutione. Item fallit, qñ illud quod eſt in obl'one non põt ſolui. vt no. in l. vinũ. ſ. ſi cer. pet. circa fi. gl. magnæ, & l. ſi ſeruum. §. fi. de verb. obl. Fallit etiã propter difficultatem, vel duram ſeparationẽ, vt ĩ. eod. l. ſi do
6 mus. §. qui confitetur. † Prædicta qñ fuit legata pars bonorũ in genere, quod legatũ non dicitur vl'e ſed gñale, quia intelligitur deducto ære alieno, vt hic in gl. quæ incipit, ſecus. Ideo legatarius non poteſt compellere hæredem ad adeundum hereditatem, vt in l. mulieri. §. fi. ĩ. ad Treb. & hic in glo. quę incipit [non ergo] ſecus ſi legaretur certa pars hereditatis, quod eſt vl'e. & intelligitur non deducto ęre alieno, & põt compellere heredem ad adeundum. Et facta reſtõne verbali tranſit dominium in ſingularib. rebus pro parte, & pñt cõmodè diuidi. poteſt peti pars in ſingulis rebus, nec daretur facultas heredi ſoluẽdi ęſtimationem. hoc ſentit glo. quę incipit ſecus in prin. ſed quando legantur omnia bona, tunc eſt idem acſi legaretur hereditas, & eſſet fideicommiſſum vl'e vt dixi ſupra eo. in l. ſi quis bonorum. Itẽ procedit quod hic dicitur qñ legata eſt pars bonorum in gñe. ſi verò in ſpẽ, in ſingularib. reb. ſpãliter nominatis. Iſta glo. ante fi. innuit eſſe ſecus. dum dicit. [Non rerum ſingularium.] ꝙ nõ detur facultas heredi ſoluendi æſtimationem. quod no. Sed intelligitur ſi pñt commodè diuidi, aliàs ſecus, vt in d. §. qui confitetur. ſed qñ in gñe, hoc non inſpicitur, vt in hoc text. ſingula
7 ri. Procedit ẽt iſte tex. ſm Bal. qñ legatur extraneo. †ſecus ſi filio pro ſua legitima, vt frequenter contingit ꝙ parentes dicũt, relinquo iure inſtitutionis tali filio meo legitimam ſuam, vel partem q̃ ipſum cõtingit, nam cùm legitima dicatur deducto ære alieno, & funeris impen. vt l. Papi. §. quarta aũt. de inoſ. teſt. videtur legata pars bonorũ. Nec tunc daretur facultas ſoluendi æſtimationem ſm Bal. quod no. & tene menti. qa legitima debetur in ipſis rebus quo ad obl'onem, & ſolutionẽ, vt in l. ſancimus §. repletionem. C. de inoff. teſt. gl. tñ hic in l. põt. ſup verbo, partẽ. dũ exponit. i. legitimã. innuit cõtrarium ꝙ hic loquatur
8 etiam qñ filio. Sed opi Bal. plus placet. ¶ †Vltimò de q. quã format gl. in l. põt. an hæres vel filius grauatus reſtituere hæreditatẽ. de ſingularibus legatis poſſit Fal. vel Treb. uel debitum iure nãæ retinere in una re, ſicut põt hic dare alteri in una re iu. imminente, uide plenè per Bart. in l. in quartã. ĩ. ad l. Fal. in 4. q. in l. Marcellus. §. res quæ. ad Treb. & Cy. in l. filium quem habẽte. C. fa. erci. & glo. in Auth. de reſti & ea quæ parit. §. quamobrem. & opinionẽ Bal. de qua ſ. quantum ad legitimam reperio approbatã per Doc. vltramon. per l. in emptione. de mino. & de bo. lib. l. libertus qui ſoluẽdo. & C. de admi. tu. l. lex quæ tutores, dũmõ poſſint cõmodè res diuidi. aliàs ſecus per iſtum tex. & per l. 2. §. fi. C. qñ & quibus quarta pars debe. lib. 10. Tene menti.

ADDITIO.

a ¶ Fallit. adde ꝙ aliud pro alio inuito creditore ſoluitur ĩ caſu ſingulari poſito per Bal. in l. ſi quis argentum. §. ſi verò. C. de dona. & in alio caſu no. p Bal. in rub. de cõtrah. em. in 15. q. & in hac materia add. Lu. Ro. conſ. 163.

---

1 *Si debitor legat creditori quod debet, ita demum velet legatũ ſi continet aliquam vtilitatem.*
2 *Si debebã tibi cẽtũ actione ſtricti iuris, et ea tibi lego, nõ valebit legatũ.*
3 *Quod tibi debeo purè, ſi tibi legatur à quodam tertio, quod valebit legatũ ſi tui contemplatione hoc fecerit.*
4 *Si aliquis ſtipulatus eſt à me ſuo nomine centum, & ego ea centũ tibi lego ꝙ valebit legatum.*
5 *Quando debitum eſt purum, licèt non valeat legatũ quantũ ad hoc vt poſſit peti actione ex teſtamento, continet tamen aliam vtilitatẽ, quia debitor legãdo cẽſetur debitũ recognoſcere, & ſic interrũpitur p̃ſcriptio.*
6 *Cum tale legatũ contineat confeſſionem legantis factã parte abſente, quæ inducit ſemiplenam probationẽ, poterit legatarius cũ vno alio teſte pbare debitum, & tanquam debitum petere, nec patietur Falcidiã, & ſi debitum non erat hypothecatum, an per tale legatum adijciatur hypotheca, & nu. 7.*
7 *Si lego ſimpliciter quod debeo, & ſum tutus exceptione ꝙ non valeat legatum, niſi dixiſſem ꝙ debeo ex tali cauſa.*
8 *Si teſtator mãdat executori, ꝙ ſoluat ſua debita, cenſetur ſenſiſſe de efficacibus, non de illis in quibus obſtat exceptio.*
9 *Si teneor tibi in cẽtum ex aliqua diſpoſitione ſtatutaria, nõ iure communi, & iſta centum tibi lego, valet legatum, vt poſſis ex teſtamẽto petere, licèt debitum eſſet purum, cùm interſit tua habere duas actiones, & ꝙ per ſecundam non tollatur prima.*

LEX XXVIII.

1 SI creditori. †Si debitor legat creditori, quod debet, ita demum valet legatum ſi continet aliquam vtilitatem: aliàs ſecus. h. d. cum l. ſeq. cum. n. poſſum æque commodè conſequi debitum ſuum abſque legato ſicut cum legato, non dicitur cõtinere utilitatem, aliàs ſecus, & hoc probatur hic per tria exempla. Et eſt quartus caſus in quo continet vtilitatem, vel ſi debeo tibi actione perſonali rẽ alienã. nam dñium in te non tranſit niſi tradam. vt in l. traditionibus. C. de pact. Sed ſi lego ipſam trãſit ſine traditione & propter hoc redditur legatũ, licèt debitum eſſet purum, tex. eſt no. in l. 3. §. ſi rem. infra. tit. 2. & ſic glo. in l. Meuius. poſt princ. ver. debitor aũt. infra tit. j. quæ videtur requirere ad hoc, vt valeat, ꝙ debeat cõtinere aliquid plus altero de quatuor modis, vt habetur Inſti. de actio. §. plus. non bene dicit,

quia

2 quia iſte nõ eſt de illis modis,& tñ valet.¶†Sed pone ꝙ debeã
tibi centum actione ſtricti iuris,& ea tibi lego, an valebit? vr̃ ꝙ
ſic,quia habebis actionẽ ex teſtõ,quæ habet inſtar bonæ fidei.
Et per hoc iſte ver.id quod,& hoc tenet gl.in l. ſi cui. §. ſi Titio
j̃.eo.in fi. glo.quę incipit immo ſaltem. In contrarium eſt tex.
3 in l. Aurelius.§.fi.j̃.de lib.leg. ¶†Item pone ꝙ illud qđ tibi de-
beo purè,legat̃ tibi à quodã tertio, an valebit? Rñdeo ſic,ſi tui
contẽplatione hoc fecerit, nã ex hoc conſequeris vtilitatẽ,qm̃
habes duos obligatos.ſ. me,& hr̃dẽ legantis ex teſtõ, & hoc tua
intereſt.vt in l.6.in fi. de lib. leg. & hoc probat̃ in d.l.ſi Titio.in
4 tex.& glo.¶†Itẽ pone ꝙ aliquis ſtipulatus eſt à me tuo noĩe cẽ
tũ, ego lego tibi iſta centũ.an valebit? dic ꝙ ſic. qm̃ ex ſtipłone
illius non habes actionẽ ↄ̃ me,niſi tibi cedat̃,ſed nunc habebis
ↄ̃ hæredẽ meũ ẽt ceſſione nõ facta,& hoc probat̃ in l.hmõi.§.ſi
pr̃.j̃.eo.& de iu.do. l. cũ pater. ſi bñ inſpiciat̃. loquunt̃ ergo iſti
tex. qñ debitor legat creditori id quod debet, nõ qñ alius ꝓ de-
bitore, vel qñ debet̃ alteri q̃ legatario, licèt ad legatariũ ſit per-
5 uenturũ.¶†Itẽ ſcias ꝙ licèt qñ debitũ eſt purũ non valeat lega-
tum,quantũ ad hoc vt poſſit peti actione ex teſtõ,vt in iſta l.ſin
autem.continet tñ aliã vtilitatem. quia debitor ſic legãdo cẽſet̃
debitũ recognoſcere, & ſic interrũpit̃ p̃ſcriptio, vt C. de præſ.
6 30.an l.cum notiſſimi.§.ſed & ſi quis.¶†Itẽ quia tale legatũ cõ-
tinet confeſ.legantis factã parte abſente,q̃ inducit ſemiplenã ꝓ-
batio.vt in c.fi.de ſuc.ab inteſt.& ſic cũ vno alio teſte poterit le-
gatarius probare debitũ.& tanquã debitũ petere qđ eſt ſibi vti-
le,quia nõ patit̃ Falcidiã, vt hic in fi.Ita eleganter ponit Bal.in
7 l.j.ante fi.C.de fur. ¶†Bar.ẽt hic addit aliã vtilitatẽ,qa ſi debitũ
non erat hypothecatũ ꝑ tale legatũ,licèt non valeat quantũ ad
hoc vt poſſit peti actione ex teſtõ: valet tñ quantũ ad hoc,vt illi
debito adijciatur hypotheca per teſtm̃.& reperio hoc fuiſſe di-
ctũ Di.licèt ipſe non alleget in d. §. ſi Titio. quod dictũ reꝓbat
hic Ang. & meritò,quia hypotheca ex teſtõ non cõpetit niſi ꝓ
8 legatis,vt l.j. C. de leg. ¶†Si ergo non naſcitur actio ex teſtõ,ꝓ
eo quod principaliter legat̃, ſilr̃ nec actio hypothacaria, & al-
leg.Inſt.eo.§.ex contrario. Dicit ẽt Bar. hic vnũ aliud: ꝙ princi-
piũ huius l.debet intelligi qñ teſtator expreſſit quantitatẽ,dicẽ
do,lego decẽ quæ tibi debeo. Sed ſi ſimplr̃ legarẽ qđ debeo,&
eſſem tutus exceptione,nihil viderer legaſſe, quia aliud nõ de-
beo.vt in l.creditor,& in l.creditores. de verb. ſign. & ſic reddit̃
nullum rõne incertitudinis:vt in l.legaui.de lib.le. & not in l.ſi
ſic.in §.j.j̃.eo. hoc puto verũ,niſi dixiſſem, ꝙ debeo ex tali cã.&
ex illa deberẽ non tñ cũ effectu,pp exceptionẽ,quia viderer illã
a remittere.[a] Quando aũt nullo mõ debeo, procedit indiſtinctè
dictũ ſuũ.Si ergo teſtator mandat executori ꝙ ſoluat ſua debi-
b ta, cenſet̃ ſenſiſſe de efficacibus,[b] non de illis in quibus obſtat
exceptio,vt in l.ſi is cui. §.Flauius.j̃. de ſolu. ¶In glo. quæ inci-
pit. [vt de peculio.ibi.ſ.temporali.] Doc.iſtam reprobant.quia
iſtud intereſſe non debet attẽdi quantũ ad hoc, vt faciat valere
legatũ.ſ.ꝙ actio ex teſtõ ſit magis duratura q̃ actio p̃toria,quam
habebat ꝑ l.pater qui caſtren.j̃.de caſtrẽ.pec.quã allegauit Pet.
in l.qui bis idẽ.de verb.obl.& ibi vide in ſimili per Bar. tene er-
go ſequentẽ in verſ. [vel põt in prætoria.] ¶In ead.gl ibi. [per-
petuũ ius agentis].Hæc eſt truffa,dicit ergo ꝙ in §. qui iniuria-
rum.vna actio ſubrogatur loco alterius acceſſoriè: quia nõ cõ-
petebat pro eo ad quod actio prima, ſed ad aliud quod erat il-
lius acceſſio,hic æque principlr̃, quia competit ad illud idem.
Idẽo vtraque ſeruat ſuam nãm, vt in l.item illa.§. quod adijcit̃.
de conſti.pecu.¶In glo.ibi dr̃. [tenere legatũ.] hæc vera.quam
9 no.¶†Nam dixit hic Ang.ꝙ ſi teneor tibi in centum ex aliqua
diſpoſitione ſtatutaria,non iure cõi,& iſta centum tibi lego,va
let legatum,vt poſſis ex teſtamento petere, licèt debitum eſſet
purum: quia incipit deberi ex alia iuris cẽſura quàm prius de-
beretur.ſ.de iure cõi,& intereſt tua habere duas actiones, quia
ſi ſuccumbis in vna,redibis ad aliam,vt l.Aurelius.in fi.de lib.
leg non.n.per ſecundam tollitur prima,ſed noua tibi accumu-
latur,vt hic ſequitur in glo.

ADDITIONES.

a ¶Quando autem. Adde quod voluit Lud.Ro. conſ.308.in prin.
b ¶Efficacibus. Adde vt per Old. conſilio 236. & per eundem Pa.melius. conſilio 245.

1 *Clauſula per quam prorogantur legata pecuniaria, quibus dies non eſt appoſitus,ad quæ porrigitur.*
2 *An alia clauſula per ſe poſita referatur ad omnia præcedentia & nu.8. Dicta ĩ vno capitulo,lege, vel ſtatuto an cẽſeãtur repetita in alio capit.*
3 *Expreſſio eius quod tacite ineſt, aliquid operatur habito reſpectu ad aliquid extrinſecus.*
4 *Licèt donatio inter virum & vxorẽ à iure prohibita morte donantis præmoriẽtis confirmetur, & confirmatio retrotrahatur, debet intelligi, ꝙ trahitur retro quã ĩ ad fructus,vt eos lucretur à die factæ donatiõis.*
5 *Quod hic fictio non extendatur ad illud quod à iure erat reprobatum.*
6 *Clauſula ſeu verba alicuius diſpoſitionis,legis, vel ſtatuti generalia,nõ referuntur ad alia, quæ ſunt contra diſpoſitionem iuris communis.*
7 *Facilius fit relatio ad id quod concernit qualitatem, quàm ad id quod concernit ſubſtantiam, ſi tendit ad confirmandum ſubſtantiã inualidã.*
8 *Verbum præteriti,vel præſentis tẽporis proprie non cõprehendit futurũ.*
9 *Si teſtator legauit mihi pecuniam quã habebat in arca,vel apud campſorem,& ſi hæres non traderet,legauit mihi fundum,tunc ſi hæres illam pecuniam conſumpſit propter quod ego peto fundũ, nõ poteſt tradere aliam ſimilem pecuniam me inuito.*
10 *Quid ſi non legaſſet fundum in caſu quo illa non traderetur.*

LEX XXX.

1 TAlis ſcriptura. †Clã ꝑ quam prorogant̃ legata pecuniaria, quib.
dies non eſt appoſitus, porrigitur ad illa tm̃ q̃ con-
ſiſtũt põdere,numero,vel mẽſura.& in qb.dies quo
quo modo nõ eſt appoſitus, ſecus ſi quoquo modo eſt appoſi-
tus Item porrigitur ad præcedentia & ſequentia etiam in codi.
relicta h.d in effectu vſque ad l. ſi quis filio. &,eſt pulchra lex.
¶In glo.2.ibi.Sol.ibi. [ſumma.] hoc non placet Doc. quia idẽ
importat vnum verbum quod alterũ, dicit ergo ꝙ ibi diſpoſi-
ſitio teſtatoris erat merè fauorabilis legatis, quia mandauit ea
ſolui ſimplr̃, ideo iſta uerba habent latiſſimum ſignificatũ, vt
comprehendãt ẽt legata conſiſtentia in ſpeciebus, hic verò nõ
erat merè fauorabilis,ſed mandabat ſolui cũ termino. Ideo ha
bent medium ſignificatum, vt cõprehendant ea quæ conſiſtũt
in pondere,numero,vel menſura. Quando uerò diſpõ eſt me-
rè odioſa,vt Mace. tunc verbum pecunia, hẽt ſtrictũ ſignifica-
tũ.ſ.de cõſiſtentib.in pecunia numerata, vt no.in l. 2.§. ſi cer.pe.
& hoc vult dicere ſequens glo.in prin. Quia ſufficit quantũ ad
primam partem.¶In alia glo.quæ incipit, quia huic, ibi.l.cum
vulgari. vbi erat legatũ purũ; & tñ ad iſtud nõ extenditur hæc
clauſula: gl.ſoluit,ꝙ immo ibi habebat diẽ legalẽ. q̃ ſo͛lo falſa
eſt: nã ibi legatũ non habebat terminũ legalẽ,imò erat purũ,li
cèt actio de dotẽ q̃ prælegabatur bñ hẽret, qa iure iſto deberet
reddi annua,bima,trima die. & hodie vſque ad annũ p̃terea gl.
iſta ſentit hãc clãm non extendi ad legata q̃ haberẽt terminũ à
lege,non à teſtatore,quod eſt ↄ̃ iſtum tex.nam legatũ purè.hẽt
diẽ, & terminũ à lege. ſ. vt debeatur ſtatim adita hæreditate,&
tñ aliud extẽditur hæc clauſula,vt hic in verſi.proinde.Tene er-
go vltimã ſol.ꝙ ibi loquitur in prælegata dote.quod non tenet,
niſi propter commodum repreſentationis qa debitor legat cre
ditori qđ debet in diẽ. vñ cenſetur velle, ꝙ debeat̃ purè,& hæc
eſt repreſentatio pp quã tenet.Si aũt legaret̃ in eadẽ die,non va
leret, quia non contineret cõmmodũ.vt §.l. proxi. Et ideo ſi di-
ceremus hanc clãm referri ad tale legatum, redderetur ex hoc
legatum inutile,iõ non refert̃ arg.j̃.e.l. ſi quis à filio.& hoc vult
2 iſta glo.¶†Et no. iſtam reg. q̃ eſt ſingularis in mã relationis vel
a repetitionis,qñ quærit̃. An alia clã[a] per ſe poſita referat̃ ad oĩa
p̃cedẽtia,de qua mã tractat̃ in l.ſi idem cũ eod.in fi. §. de iu.om.
iud. nam non refertur ad illa quæ ex tali relatione redderentur
inutilia & ad hoc allegat̃ iſta glo.& ẽt illa lex cũ vulgari. Simili-
ter, qñ quæritur an ea q̃ dicta ſunt in alio capitulo,l.vel ſtatuto
cenſeantur repetita in alio capitulo,nã iſta eſt alia mã q̃ p̃cedẽs
de qua ꝑ Bar.in l.prætor.§.i.vi bo. rap. & dicas idẽ vt non cẽſeã
tur repetita ſi induceretur vitiũ,vt facit l. Titia.§. idem rñdit.de
verb.ob.¶In gl.quæ incipit.i.non purè.ibi, ſed ibi effectũ con-
ſiderauit. vt nihil extrinſecus. Hoc idẽ dr̃ in tex.expreſsè in ver.
quamuis,quia licèt legatũ factũ cum appoſitione iſtorum ver-
borum ꝙ debeatur de p̃ſenti,dr̃ purũ quantũ ad uim,& effectũ
legati, & ſic illa verba ſunt ſuperuacua quantũ ad hoc.quia ita
deberetur de p̃ſenti ſi non fuiſſet appoſita.i. ſtatim addita hære
ditate.ſicut ſi ſunt appoſita,tñ cõſiderata iſta clã,quæ dr̃ extrin-
ſeca nõ reputatur purũ.i.factũ ſine die, imò fuit appoſitus dies
à teſtõre, & iõ ad illud clã non extenditur, q̃ non niſi ad illa q̃
3 diem non hñt à teſtatore appoſitum.¶†Sic ergo no.ꝙ expreſ-
b ſio eius quod tacitè ineſt[b] aliquid operatur habito reſpectu ad
aliquid extrinſecus, licèt habito reſpectu ad id cui ineſt nihil
operetur.& hoc probat iſte tex.quod no.ad mãm q̃ ponitur in
l.3.§.eo.videbatur aũt iſtã clãm referri ẽt ad hoc legatũ. qa ver-
ba ipſius clauſulæ quib.dies nõ eſt appoſitus,videbãtur debere
intelligi de die appoſito cã differendæ ſołonis,quaſi fuerit intẽ-
tio teſtatoris, ꝙ illa legata in quib. talis dies ſpecialiter non eſt
appoſitus ſaltem apponeretur per hanc clauſulam gñalẽ. Sed
ſi ſpãliter eſſet appoſitus, in illis nõ operaretur iſta gñalis. ar.in
l doli clauſula.de ver.ob.nam & ipſa clauſula cõtinet talẽ diem
appoſitum cã differendæ ſolutionis, ergo & de legatis ſimilem
diem habentibus videbatur intelligenda,& quilibet prima fa-
cie ita diceret ſi non haberemus iſtum tex.Sed iſte dies de quo
hic,non eſt talis.non.n. apponitur vt differat legatum vel eius
ſolutionem, ſed magis in oppoſitum, vt acceleret,& ſtatim de
beat̃,& ſic ad illud videbat̃ extẽdi, ſed certe ẽt de tali cenſet̃ te-
ſtator intellexiſſe, vt voluerit differri ſołonem legatorũ.niſi il-
lorũ q̃ voluit non differri,ſed ſtatim ſolui,& hoc eſt hmõi,& in
hoc cõſiſtit rõ huius text.& niſi illorũ quæ ſpecialiter in alium
diẽ voluit differri,vt ſic ſpecialis prouiſio deroget gñali. Sed ma
gis

ADDITIONES.

a ¶An alia clauſula. De materia huius clauſulæ vide quæ habes conſilio meo,42.col.5.& conſi.43.col,ix.ad fi.& in col. 15. Fran.Cur.
b ¶Expreſſio eius quod tacitè ineſt,quid operetur.

gis facit dubium id quod ſequitur in uer. ſed ſi in annos.qa ibi dies fuit appoſitus cã multiplicandi obligationẽ legatorũ,non cã differendi,vel accelera , quia tot ſunt legata quot anni,& tñ ad iſtud non extenditur. Sed rõ ponitur in tex.qm̃ & tale legatũ habet initium & finem. Incipit̃.n.in principio cuiuslibet anni & finitur in fi.& ſic nota multiplicẽ diẽ,nã quidã apponitur differendi ſolutionẽ,qui non ſuſpendit̃ ſubſtãtiã legati,ſed executionem eius,vt eſt dies quã cõtinet hæc clauſula.Quidã q apponit̃ cã demonſtrationis potius ad accelerandũ ſolutionẽ , & de hoc hic in ver.quid ſi fortè.Quidã qui cã multiplicãdæ obligationis,vt hic in verſi.ſed ſi in annos. Et quocunque iſtorum modorum ſit appoſita clauſula, ad illud non extendit̃. Et ẽt q. dã dies incertus,vt eſt ille qui in condõne quæ principaliter nõ facit diẽ,ſed ſecundariò,vt l. ſi Titio.j̃.qñ di.le.ce.Iõ verba iſtius clauſulæ de tali die non videbantur intelligenda, ſed ſolum de illa quæ principaliter: cuius cõtrarium hic patet in verſ.[ſed & ſi ſub cõditione.] quod diligenter no. Nã ex hoc apparet ſi lex vel ſtatutũ *aliquid diſponeret* in aliqua diſpõne facta in diẽ,locũ haberet ẽt in facta ſub condõne. quia & illa dr̃ facta in diẽ, qđ perpetuò tene menti quia poſſet tibi reddere honorẽ loco. & tpe,caſus eſt hic.¶In vltima glo.ibi [l.vxori.§. vxori.] vbi verbum præteriti tpis donaui , nõ extenditur ad donationem poſtea factam,& hoc verbũ legaui,bñ extendit̃ ad legata poſtea fa
4 cta.¶†Glo.ſoluit,& de ſolutio.ſuis no.duo ad quæ ſemp allegatur iſta gl. primo ꝙ licèt donatio inter vir.& vxo. à iure prohibita morte donãtis præmorientis confirmetur, & confirmatio retrotrahatur, vt in l.donationes.C.de do.inter vi.& vxo.debet intelligi ꝙ trahit̃ retro quantũ ad fructus,vt eos lucret̃ à die factæ dona. nõ quantũ ad hoc ut cenſeatur̃ valuiſſe ab illa die,& fuiſſe dñium tranſlatum , quia hoc eſt ꝯ prohibitionem iuris.
5 ¶†Et ideo hæc fictio licèt ẽt ſit à iure inducta,non extendit̃ ad illud quod à iure erat reprobatum.quod eſt notabile & ſingulare in mã fictionis,& iſta glo.cõiter tenetur.aliàs ius ſibiipſi ꝯtrariaretur,fingendo voluiſſe qđ ipſum ius improbauit.Incipit ergo eſſe ualida ex nunc.ſ.poſt mortẽ.Non aũt fingitur ualuiſſe ex tunc.cõtrariũ tñ ur̃ ſentire gl.in l.ſequens q.j̃. tit.j.Sed iſta
6 cõiter tenetur.¶†No.ẽt in uerſ.(dic ergo.) unũ quod dicit Bar. eſſe ualde notãdũ, ꝙ clauſula uel uerba alicuius diſpõnis,l.uel *ſtatuti gñalia nõ referũtur ad alia*, quæ ſunt ꝯ diſpõnẽ iuris cõmunis,& ideo dicta in primo capitulo ſtatuti nõ referuntur ad aliud capitulum præcedens, uel ſequens , quod cõtineret aliqd ꝯ diſpõnem iuris cõis.Et hanc reg. ponit Bar.per hanc glo in l.
7 prætor.§.eritque dñia.j̃.ui bo.rap.¶†No. ẽt tertio ex gl.ibi.[Itẽ ibi ſubſtantiã &c.] ꝙ facilius fit relatio ad id quod cõcernit qualitatẽ,q̃ ad id quod concernit ſubſtãtiã , ſi tendit ad confirmandum ſubſtantiã inualidã. aliàs potius econuerſo ur̃ dicẽdũ, ut no.j̃.eo.ti.l.ſi cui ſerui. §. j. per Bar. quantũ *tñ* ad contrariũ formatũ in glo.melior ſolutio ur̃ poſſe dari , quia hic loquitur in uerbo [legaui,] quod ideo extenditur ad futura legata,licèt ſit præteriti tpis. quia legare uel non legare pendet ex mera volũtate loquentis,ut probatur in *l.* Plociana. de iure codi. & l. uerbũ *erit.de uerb.ſig.* ubi econuerſo uerbũ futuri tpis extenditur ad p̃terita pp eãdẽ rõnẽ . ibi uerò loquitur in uerbo donaui.qđ ideo non extẽditur ad futurã donationẽ , quia donare nõ pendet ex mera uoluntate donantis,imò requiritur voluntas ẽt donatarij,ut no.in l.illud C.de ſacroſ.eccl.per gl. ideo retinet pro-
8 priũ ſignificatũ qui eſt†vt verbũ præteriti[a] tpis vel præſentis nõ
a comprehendat futurum.vt j̃.de aur.& ar.leg.l.ſi ita.& l.cũ ſtipulamur.de ver.obl.& de fideiuſ.l.ſi à colono.¶In fi.glo. ibi [§.eũ qui.] In quibus fit relatio ad immediatè precedentia,& hic dr̃ ꝙ etiam ad futura,ſed ibi loquitur in clauſula poſita in alia lege vel ſtatuto,& quæritur an referatur ad omnia præceden an
b verò ſolum ad immediatè [b] præcedentia. quo caſu dic,vt in l.ſi idem cum eodem.§.fi.ſ̃.de iur.om.iud.& l.fi.j̃.de reb. du.quia ſi non ponitur in oratione de per ſe , ſed adijcitur ad qualificandũ,refertur ad immediatè præcedentia tm̃, vt no.in l. filium,j̃. qñ di.leg.ced.Sed ſi in oratione de per ſe,tunc ad omnia præcedentia.niſi ſint alia q̃ ex hoc vitiarentur,vt in alia gl.quam ſ̃.recitaui,vel niſi habeant ſpecialem determinationẽ. & ita loquũtur ll.allegatæ hic in glo.vel niſi commodè relatio fieri nõ poſſit ſalua ratione recti ſermonis,vt no.in d. l. ſi idem cũ eodẽ,& j̃.de leg.3.l.hæres meus.§.vxori.Nos loquimur in verbis teſtatoris,in quibus dic vt ſ̃.dixi, & ſic ll.allegatæ in glo.parum faciũt
9 ad propoſitum. ¶†Vltimò Dy. dicit fuiſſe determinatum per iſtum ver. [Item ſi legetur pecunia.] ꝙ ſi teſtator legauit mihi pecuniam quam habebat in arca,vel apud cãpſorem,& ſi hæres eam non traderet legauit mihi fundũ,& hæres illã pecuniã, conſumpſit,pp quod ego peto fundum , hæres aũt voluit tradere aliam pecuniam ſimilem,vt non careat fundo, ꝙ nõ poſſit hoc facere,quia fuit mihi legata illa pecunia tanquam ſpẽs, quia certum corpus pecuniæ , & ſic non recipit commutationem in aliud corpus, ſicut vna ſpecies cum altera ſpecie , & videtur hoc probari in l.ſi certos nummos.j̃.eo.vbi videtur caſus.
10 ¶†Quid autem ſi non legaſſet fundum in caſu quo illa nõ traderet,an poſſit hæres tradere aliam pecuniam , & retinere illã? *Rñdeo*, ſi adhuc non eſt conſumpta,& poteſt tradi, non auditur hæres inuito legatario, vt in d.l.ſi certos nummos.Sed ſi iã eſt conſumpta per hæredem,auditur: ſicut in alia ſpecie legata & perempta,culpa vel facto hæredis, qa peruenitur ad æſtimationẽ, pp impoſſibilitatẽ eã tradendi . vt not.in l.vinum.in fi.gl. magnæ.ſ̃.ſi cer.pe. Et debes ſcire, ꝙ ſi in arca non reperitur,vel nõ tota,nõ debetur niſi id qđ reperitur,poſtq̃ fuit legata vt ſpẽs vt j̃.eo.l.ſi ſeruus.ff.qui quemq̃.& infra tit.j. l. ſi quis ſeruum.§. ſi quis legauerit. Secus ſi fuiſſet legata vt quantitas , & poſtea fuiſſet demõſtratus locus,vnde ſolueretur in alia oratione,vt infra eo.l. quidam teſtamento.in prin. Non ſunt alia.

ADDITIONES.

a ¶Præteriti. An verbum præteriti temporis poſsit trahi ad futurũ.Ful. cõſil.37.& 136.& vide quod voluit Lud.Ro. conſ.333. & no.quòd verba præteriti temporis in dubio debent intelligi de modica præteritione. ſecundum Ale.in conſ.2 4 lib.

b ¶Immediatè. vide And.Sicu.conſi.14.& 41.ij lib.Bald.conſi.273.& cõſ. 83.3.lib.Lud.Ro.cõſi.103.& cõſi.430 per Alex.cõſi.47.& 117.& quid ſi referri poteſt tam ad ſequentia , quàm ad præcedentia . vide per eundem conſi. 51. 3. lib.& vide de prædicta clauſula per Ful.conſi. 43. per Syg.conſi.184.& conſ.218.

## LEX XXXII.

1 **SI quis à filio.** †In repetitione facta à ſubſtituto legatis factis ab inſtituto nõ ſubintelligitur repetita cõdõ appoſita in primo legato,ſi ex ea vitiaretur repetitio h.d.in effectu vſque ad § [ſi quis plures.] Idem tñ ſi non vitiaretur , & repetitio eſſet expreſsè facta à teſtatore. vt in l.ſi cui ſerui. §.j. infra e. Sed in tacita repetitione legali,de qua loquitur l. licèt imperator.infra eo.bñ ſubintelligitur repetita eadẽ condõ, vt infra tit. j.l.cum pr̃.§.ab inſtituto.& per gl.in d.l.ſi cui. §. j. Ecce caſum. ¶In gl.2 ibi.[& eſt hæc nugatio quædam.] dicit Dy.quia verba quæ videntur confirmare legatum.infirmant,ſicut in ll. allegatis in glo.verba quæ videntur confirmare contractus infirmãt Declara ſic . nam ſubſtitutus pupillaris non põt debere legata ex repetitione,*niſi* ſuccedat ex ſubſtitutione. Succedere aũt nõ poteſt,niſi pupillus moriatur impubes.legatum aũt factũ à pupillo fuit factum ſub contraria condõne ſi efficiatur pubes.Dicendo ergo ꝙ idem legatum debeatur à ſubſtituto ſub eadem cõditione eſt implicare cõtradictionem , & eſt perinde ac ſi dixiſſet, volo deberi à ſubſtituto quando deberi non poteſt.& ſic eſt nugatio quædam,non ſunt alia.

---

1 *Quando legatur incerta res de certis, & teſtator ſentit de certa , non tamen apparet de qua,electio eſt hæredis .*
2 *Obſcuritas quando eſt circa incertum de certis,non habet vitiare legatũ, ſed declaratio cõmittitur heredi,ſecus ſi eſſet circa incertũ de incertis.*
*Declaratio voluntatis defuncti in legatis quæ ſunt fauorabilia, committitur hæredi,non ſic in iudicijs .*
3 *Quando eſt obſcuritas in citatione,quia citatur Titius, cum eſſent plures Titij,dicitur citatio temeraria,& ſi comparet ille de quo pars nõ ſentit tenebitur pars ad expenſas & damna.*
4 *Si teſtator legauit Titio,cum eſſent plures Titij,ꝙ hæres eligat,declarãdo de quo teſtator ſenſerit.*
*Quid ſi non ſentit de certo , vt quia legauit vni ex libertis ſuis ꝙ omnes liberti ſimul vocentur , niſi declaratio fuerit expreſsè cõmiſſa hæredi.*
5 *Quid in officijs,vt ſi relinquat Titium tutorem,cũ ſint plures Titij,vel ſi relinquat Titium executorem ſuper ſeruis legatis.*
*Differentia inter declarationem & electionem, & nu.6.*
6 *Quando in omnem euentum,quis lucratur aliquid , & nihil perdit, non põt conqueri de alieno arbitrio vel iudicio circa declarationem , dicendo quòd debuit plus lucrari,& quid in electione.*
7 *Obſcuritas circa verba legis vel ſtatuti committitur iudici declaranda.*
*Eius eſt interpretari uel declarare, cuius eſt condere.*

1 **§.Si quis plures.** †Qñ legatur incerta res de certis & teſtator ſenſit de certa, nõ tñ apparet de qua,electio eſt hæredis.h.d. Dic vt ſ̃.eo.l.q duos. ¶In tex.ibi,[elegerit].i.declarauerit.Non enim eſt propriè electio,vt dixi in d.l.qui duos. Sic in compromiſſione. vt infra de
2 verb.obl.l.qui ex pluribus.¶†Not.ergo hic ꝙ obſcuritas qñ eſt circa incertum de certis, non habet vitiare legatum , ſed declaratio committitur hæredi,ſecus ſi eſſet circa incertũ de incertis vt ſi legaret Stichũ quẽ non hẽret in patrimonio,nã apparet,ꝙ ſenſit de certo,nec cõſtat de quo , & ſic eſt incertus de incerto, vñ vitiat , niſi incertitudo committatur declarãda in aliquẽ futurum euentũ,vel alicui alteri, vt infra de reb. du. l. ſi fuerit. in
3 prin.& l.quidã relegatus.¶†Itẽ no. ꝙ declaratio voluntatis defuncti in legatis q̃ ſunt fauorabilia, committitur hæredi , nõ ſic in iudiciis, vt no.in l.Pomponius ſcribit ſi frumentum.§. fi.ſ̃.de
a rei ven. quia agitur de preiudicio [a] aduerſarij. quod dic vt no. in l.inter ſtipulantem.§.j. de verb. obl. Item quando eſt obſcuritas

ADDITIO.

a ¶Præiudicio. Adde quòd per hanc doctrinam Abb.conſi.180.2.lib.conſuluit quòd poteſtas declarandi tranſit ad hæredem quãdo nullus eſt dãnificandus, vt in caſu ibi poſito per ipſum.

ritas in citatione, quia citatur Titius, cum ſint plures Titij, dr̃ citatio temeraria, & ſi comparet ille de quo pars non ſenſit, tenebitur pars ad expenſas & damna, vt l. eum quem temerè. ſ. de iud. Loquitur autem iſte tex. qñ obſcuritas erat in re legata.
4 ¶†Idem ſi circa perſonã legatarij,[a] vt ſi legauit Titio cũ eſſent
a plures Titij. nam hrs eligit, declarando de quo teſtator ſenſerit, vt ĵ. tit. j. l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. ſed ſi teſtator non ſenſit de certo, quia nõ noĩauit proprio nomine, puta legauit vni ex libertis ſuis, tunc non committitur hr̃di declaratio, nec legatarijs, ſed oẽs liberti ſimul vocantur, vt ĵ. tit. j. l. ſi quis Titio. §. fi. niſi expreſsè fuerit commiſſa heredi, vt eo. tit. l. cum quidam.
5 & hoc in legatis. ¶†In officijs verò, aut põt verti in præiudiciũ alterius, vt cum relinquit Titium tutorem, cum ſint plures Titij, tunc non committitur hæredi declaratio, quia agitur de p̃iudicio pupilli, ſed potius redditur nulla commiſſio, vt l. duo ſunt Titij. de teſt. tut. Sed ſi non agitur de præiudicio, vt ſi relinquat Titium executorem ſuper ſeruis legatis, tũc arg. huius §. dicit Bar. ꝙ hæres habebit declarare de quo Titio ſenſerit, ſecus ſi non ſenſit de certo. quia non nominauit noĩe proprio, vt ſi relinquit executorem vnum de liberis, nam nec omnes admittentur ad officium, quia teſtator voluit vni tm̃ committere, & facilius per vnum expedire q̃ per plures, & ſic non obſtat d. l. ſi quis Titio. in fi. ĵ. ti. j. q̃ loquitur in legatũ facto vni ex pluribus, ad quod omnes admittuntur æqualiter, & hoc eſt fauorabile. Nos loquimur in officio in quo eſt alia ratio, nec hæredi committitur declaratio quia non ſenſit de certo, ergo relinquitur datio executoris obſcura & incerta, & ſic non debet valere, q̃a debet dari certus, vt in l. nulli. C. de epiſ. & cle. ita ſentit Bal. quod no. ¶In gl. j. ibi. [hæc & alia quæ legatarijs electionẽ dãt] intellige glo. ſic, ꝙ iſta l. quæ dat electionem hæredi, & aliæ quæ interdum dant legatario, debent intelligi, vt infra ſequitur in glo. Sed Petrus dicit hoc non eſſe verum, quia l. legato generaliter. ĵ. eo. in qua glo. ſe fundat, loquit̃ in electione propriè ſumpta, & eo modo l. qui duos. ſ. eo. Nos loquimur in declaratione, quia locũ habet in obſcuris. Vnde Petrus dicit ꝙ hr̃s poteſt declarare teſtatorem ſenſiſſe de deteriore, nam tunc hr̃s nihil facit à ſe, ſed declarat id quod teſtator facit, vt ſ. de teſta. l. hæredes palam. §. ſed ſi notam. Ideo non põt nec tenetur vti ſua diſcretione, ſed declaratione veritatis. Quando aũt eligit, tunc à ſe facit, ideo debet vti diſcretione in eligẽdo mediocrem, quod ẽt ſequitur Bal. tñ dictum glo. magis placet, quia declaratio debet fieri bona fide, & ſi declarat de deteriori, potius eſt præſumptio in cõtrarium, ꝙ faciat pp̃ ſuum lucrum: ſed ſi nõ ageretur de lucro ſuo, procederet dictum Petri. Et ẽt alia dr̃ia inter declarationem, & electionẽ. de qua dixi in d. l. qui duos. ¶ In gl. ſeq. in fi. ibi, [quicquid habeat legatarius, ſibi cõmodum eſt] q. d. ẽt ſi deteriorem, & ſic ſentit glo. id quod ſ. dixi. ſm̃ Pet in p̃cedenti gl. & no. verba glo. quia propter ea ſemper allegatur.
6 †ꝙ qñ in omnem euentum quis lucratur aliquid, & nihil perdit, non põt conqueri de alieno arbitrio vel iudicio, dicendo, ꝙ debuit plus lucrari, nam ſufficere ſibi debet ꝙ lucret̃, & non impugnare alterius iudicium, ex quo iſtud lucrũ ſenſit, dicendo ꝙ fuerit iniquum & indiſcretum, & hoc in declaratione, ſecus in electione, vt ſ. dixi, & ideo in arbitrantibus vt committit̃ non declaratio eius quod eſt, ſed potius arbitrium ſm̃ ſuam diſcretionem, poſſet impugnari de iniquitate. ſi minus lucri conferat vni q̃ debeat, vt in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ſ. pro ſocio. & l. vnde ſi Neruæ. iuncta l. legato gñaliter. ĵ. eo. & de eo qđ
7 dicit gl. præcedens. ¶†In glo. ibi. [de iure delib. l. j. in fi. ] Dic ꝙ ibi in obſcuritate, q̃ vertitur circa verba legis vel ſtatuti, & illa committitur iudici declaranda. Hic circa mentẽ teſtatoris, quæ committitur hr̃di, qui reputatur eadem perſona cũ defuncto, & eius eſt interpretari vel declarare, cuius eſt condere, vt ĵ. de appella. l. ab executore, & l. fi. C. de legi.

ADDITIO.

a ¶Legatarii. Hoc reprobat do. Iaſ. vt hic per ipſum videre potes.

1 *Legatum factum hominibus talis contratæ ad ornatũ Reip. an valeat.*
2 *Si aliquis gebellinus relinquat parti gebellinorũ, cum ſint duæ partes in ciuitate, non valet legatum.*
3 *Quòd homines unius talis partis poſſint facere ſyndicum ad paciſcendũ, vel pacem faciendum cum alia parte.*
4 *Si vna iſtarũ partiũ ſit expulſa, an altera quæ remãſit poſſit facere ſtatuta.*

1 §. Si parti. †Pone exemplum hic ſi reliquit hominibus talis ɔ̃tæ ciuitatis Paduæ ad ornatum reipublicæ, videbatur non valere, quia illi homines non repreſentãt rempub. ſed totus populus. & illi bene põt legari, vt ĵ. eo. l. ciuitatibus, & l. ciuibus. de reb. dub. Sed ɔ̃ eſt, quia ſaltem repreſentant partẽ quæ põt acquirere toti ciuitati. ¶Vel pone ꝙ ſit relictum ad ornatum vel honorem illius contratæ, puta vt quolibet anno in illa cõtrata curratur ab brauiũ, vel fiat ludus. † Sed
2 quid ſi aliquis gebellinus relinquat parti gebellinorum, cum ſint duæ partes in ciuitate? Rñdeo non valet ſm̃ Doc. quia iſtæ partes non faciunt licitam congregationẽ, ſed pertinẽt ad exinanitionẽ ciuitatis, & in derogationem reipu. vt l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. ĵ. de capt. ergo &c. vt ĵ. de reb. du. l. cum ſe-
3 natus. ¶†Bñ tñ pñt hoĩes vnius talis partis facere ſyndicum ad paciſcendum vel pacem faciendam cũ alia parte, quia & iſte eſt actus licitus & probabilis ſm̃ Lamber. de Ramponibus, qui ita determinauit, cum eſſet q̃ de facto. arg. huius §. quod ẽt tenet Bart. licèt Dyn. dixerit contrarium, & ꝙ iſte §. nihil faciebat.
4 ¶†Item quid ſi vna iſtatum partium ſit expulſa, an altera quæ remanſit, poſſit facere ll. vel ſtatuta, & an poſſit ſubmittere terram alteri, & quid de parte expulſa? tãgit hic Bar. poſt alios. Bal. dicit ꝙ illa pars quæ eſt maior, poterit hoc facere, ẽt ſi ſit expulſa. quia ad hoc repreſentat ciuitatem vel locũ per id quod no. Inno. in c. cum ex iniuncto. de ope. no. nun. non tñ in præiudicium ſuperioris. ſi quem hẽt, arg. in l. inuitus. ff. de fideic. lib. & quod no. in c. dilecti. de maiori. & obed. Tene menti.

1 *Pluribus ſi eadem res legetur coniunctim, cuilibet debetur pars, et quid ſi diſiunctim.*
2 *Quando legatur diſiunctim verbis, & coniunctim re, quòd partes non dicantur fieri ab initio, ſed ex poſt facto per concurſum.*
*Quid ſi ſint coniuncti re & verbis.*
3 *Ex pluribus legatarijs eiuſdem rei vnus põt intentare actionẽ perſonalẽ ex teſtõ ad partem ſuam, alter poteſt agere rei vendicatione ad ſuam.*
*Quid in pluribus hæredibus unius legatarij.*
4 *In his quę dependent ex mera voluntate unius, licèt actus ſecũdus ex quo reuocatur primus non valeat tamen, valet, & tenet reuocatio prima.*
5 *Si primo legaui fundum Titio, poſtea in alia oratione eundem fundũ legaui Seio, deinde in tertia oratione eundem fundũ legaui Caio & Sempronio, qualiter diuidetur fundus in tres partes.*
6 *Si legatur quãtitas, puta centũ duobus in duabus orationibus ſeparatim, non inducitur coniunctio realis, ſed quilibet habebit centũ, niſi aliter teſtator expreſſerit.*
7 *Qualiter inducatur p̃occupatio, & quid in iuriſdõne, quid in alijs officijs.*
8 *Quando vnus debet habere rem, alter ęſtimationem, ſi res pereat ſine dolo, vel culpa vel mora heredis, quòd neuter habebit ęſtimationem.*
*Debitor quantitatis reſpectu certę ſpeciei, perẽpta illa ſpecie, ſi ſine eius dolo, vel culpa, vel mora, liberatur à quantitate.*

LEX XXXIII.

1 SI pluribus. ¶†Si pluribus eadẽ res legetur cõiunctim, cuilibet debet pars: Si aũt diſiunctim, faciunt ſibi partes per cõcurſum, niſi teſtator voluerit à primo adimere, vel cuilibet, inſolidum cõcedere. h. d. Bar. Et ponunt hic tres caſus principales. Primus, qñ oẽs ſunt cõiuncti verbis. vſque ibi, [qđ ſi ſeparatim.] Secũdus qñ oẽs ſunt diſiuncti verbis, q̃a in diuerſis orationibus poſiti vſq; ad l. planè, verſi. ſi cõiũctim. Tertius caſus eſt qñ quidã ſunt cõiuncti, quidã diſiuncti. Itẽ ſecũda pars continet tres caſus. Primus, qñ cõſtat quod legãdo ſecundo eãdem rem quã legauerat primo, voluit à primo adimere, & tũc ſolus fundũ habebit vſq; ibi, [ſi aũt.] Secundus caſus eſt, qñ hoc non cõſtat, nec ẽt cõſtat ꝙ voluerit vtrunq; habere inſolidũ & tunc quilibet habebit partẽ nõ à principio, ſed per ɔ̃curſum vſq; ibi, niſi tertius caſus, ꝙ voluit vtrunque habere inſolidum. i. vnum rem, alterum æſtimationem, vſque ibi. [electione.] Ibi iuriſconſultus declarat duo dubia circa iſtum caſum vſq; ad l. planè. Ibi verò declarat vnũ dubium circa primam caſum. In j. parte ibi, [Si quidẽ coniunctim.] ſubaudi verbis, & non re, puta Titio & Seio lego fundum æquis portionibus, & tunc cuilibet vr̃ legari dimidia, & fiunt partes ab initio, & per ipſum teſtatorem, & hoc voluit dicere tex. in l. planè. §. ſi coniunctim. in principio.
2 ¶†Sed in ſecundo caſu, qñ in diuerſis orationib. puta lego Titio fundum, poſtea eundem fundum lego Seio, tũc non fiunt partes ab initio, nec à teſtatore, immo vr̃ legatus cuilibet inſolidũ, niſi manifeſtiſſim è hoc dixerit, vt infra in ver. (niſi ipſe.) Ideo partes fiunt ex poſt facto per concurſum, quia ſi vterque acceptat legatum, & ſic alter vult concurrere cum altero, lex diuidit hoc legatum, licèt teſtator non diuiſerit, & de hoc loqtur ille §. ſi coniunctim, in 2. parte. & C. de cad. toll. l. j. §. ſinaut ẽ diſiunctim. & vno repudiante inter primos locus eſt iuri accreſcendi, inter ſecundos, iuri non decreſcendi. Quid aũt ſi ſint cõiuncti re & verbis. quia non dixit æquis portionibus? ſentit idẽ quod hic dr̃. Sed tunc non eſſet dr̃ia inter coniunctos & diſiunctos, quia in coniunctis re & verbis non fiunt partes ab initio p̃ teſtatorem, immo cenſetur res cuilibet inſolidum legata, & faciunt ſibi partes per concurſum, ſicut omnino diſiuncti, & ex poſt facto. vnde non patet ꝙ iſtud principium loquatur de talibus cũ intendat ponere dr̃iam inter coniunctos, & diſiunctos quia in primis finiunt partes ab initio, & à teſtatore, in ſecun-
4 dis ex poſt facto & ab hæredes, & hic talis dr̃ia nõ eſſet. ¶†In tex. ibi [alter ex teſtamẽto agat.] No. ꝙ ex pluribus legatariis eiuſdem rei vnus põt intentare actionẽ perſonalem ex teſtõ ad partem ſuam, alter põt agere rei vendicatione ad ſuam. Sed contra de l. hmõi. §. fi. infra eod. vbi debent concordare. Sol. ibi in pluribus hæredibus vnius legatarij, hic in pluribus legatariis, vt in l. duobus. infra eo. quæ ſequitur poſt illam. Sicut. n. vnus legatarius non poſſet primam partem petere actione ex teſtamento, alteram rei vendicatione arg. in l. non eſt nouum. de act. empt. ita nec hæredes eius, qui loco vnius reputantur, vt infra de cõdi. & dem. l. cum fundus. in fi. ¶In 2. parte ibi, [ſi quidem euidẽtiſſime

ſiſſimè apparuerit.] & dicit Dy. ꝙ tunc vr̄ apparere, qn̄ ſub memoratione primi legati facit ſ̄m, puta fundum quē legaui Titio, lego Seio, nam videor Titio adimere voluiſſe arg. in l. nam ad ea. de cond. & dem. Sed Bar. in l. re coniuncti. de leg. 3. in j. vel ſecunda oppoſitione reprehendit Dy. per l. Iul. ſupra. de hær. inſti. vbi ſi inſtituti Titiū pro illa parte in qua inſtitueram Seium non videor reuocaſſe inſti. Seij, ſed illam partē vtrique inſolidum aſſignaſſe, nec ob. l. nam ad ea. quia ibi loquitur qn̄ eidem perſonæ fuit factū vtrunq; legatum, & tunc ne reſultet ſuperfluitas ꝑ ſ̄m cenſetur reuocaſſe primum qn̄ ex interuallo. Nos loquimur qn̄ diuerſis perſonis, quo caſu requiritur euidentiſſima voluntas ꝙ voluerit à primo adimere, & hoc ſentit glo. in
4 l. ſicut. de adi. leg. ¶ † Vltimo no. in prin. l. planè. ꝙ in his q̄ depēdent ex mera voluntate vnius, licèt actus ſecundus ex quo reuocatur primus non valeat, nihilominus valet, & tenet reuocatio prima. ¶ Et ad hoc vide quod no. Bar. in l. fi. §. fin. de aur. & arg. leg. vbi limitat hoc dictum ſemel. In cōtrarium facit l. ſi mater. infra de leg. 3. nam per ſ̄m teſtm̄ cenſetur quis velle reuocare primum, tn̄ ſi non valet ſ̄m teſtm̄, non cenſet̄ primum reuocatū, quia vr̄ reuocaſſe ſub cōdōne ſi valebit ſ̄m. facit l. nec vtilē. s̄. qui ex cau. maio. Sed dic ꝙ ibi in reuocatiōe tacita q̄ reſultabat ex ſecundo teſtō, vn̄ ſi non valet expreſſum, nec tacitum, argu. in l. 3. §. fi. s̄. de ſerui. vrba. præ. hic verò non cenſetur reuocaſſe primum per ſ̄m, niſi hoc appareat expreſsè, & tūc vtraq; eſt expreſſa. ſ. tranſlatio in ſecundo, & adēptio à primo, & vtraque eſt æquè principalis. Ideo licèt non valeat ſecūda, valet prima. ¶ † In verſi. [ſi coniunctim.] pone caſum quòd primo legaui fundum Titio, poſtea in alia oratione eundē fundum legaui Seio. Deinde in tertia oratione eundem fundum legaui Caio, & Sempronio. Certè licèt ſint quatuor legatarij, nō diuidet̄ fundus in quatuor partes, ſed in tres, & vnam habebit primus, alteram ſecundus, alterā illi duo coniuncti, qui loco vnius reputantur, ſic tm̄ habent duo ſimul coniuncti quantum quilibet ex diſiunctis, & ita ſentit glo. hic & bn̄. Sed glo. in l. ſi plurib. in prin. ſuper verbo. portione. dicit fundū diuidendum in duas partes, & prima diuidēdā habebunt illi duo cōiuncti, & altera dimidia diuidetur inter diſiunctos quæ glo. per oēs Doctores reprobatur per l. ſi quis Titio. de vſufr. accre. & per l. fi. C. de impub.
6 & aliis ſubſti. ¶ † Vltimo dicit Bal. ſecundā partē huius l. locum habere qn̄ legatur certa ſpēs. Si aūt quantitas legatur duob. in duabus orationibus ſeparatim, vt Titio lego centum, Sempronio centū, quilibet habebit centū, nec ſunt cōiuncti re, quia nō cenſetur ſenſiſſe de eiſdem cētum, ſed de aliis, vt j̄. l. planè, ver. ſed ſi non corpus. niſi dixerit expreſsè, & tunc quilibet habebit partem. Quantitas. n. recipit multiplicationem, non ſic ſpēs, vt l. Lucius. §. impuberem. infra de leg. 2. & propter pluralitatem perſonarum quib. relinquitur, cenſet̄ voluiſſe multiplicare, ſicut pp pluritatem perſonarum quib. relinquitur, vt infra tit. j. l. ſi pluribus hæredibus. §. j & infra eo. tit. l. ſeruo alieno. §. ſi qs tribus. ¶ In gl. ſuper verbo conteſtatus. ibi de peculio. l. ſi verò, dic ꝙ hic agitur de iure acquirendo in quo fit præoccupatio ꝑ conteſtationem, ibi de iure quæſito præferendo in quo requiritur ſn̄ia. Nec ob. de duo. reis l. duobus. vbi agitur de iure quæſito præferendo, & tamen fit per conteſtationem, quia ibi in duobus reis credendi, in quibus licèt ſint diuerſæ obl̄ones, reputat̄ tn̄ vna, & ſn̄ia lata contra vnum præiudicat alteri quia veniunt ex ea cā. Sed quod s̄. dixi debet intelligi in illis qui veniūt in di-
7 uerſis articulis. ¶ † Et de iſto articulo qualr̄ inducat̄ præoccupatio. vide hic plenè per Bar. qui recitat opinionē multorum, & aliqn̄ inducit̄ per vnū actū, aliqn̄ per alterum. Sed in iuriſdictione fit præoccupatio ꝑ ſolam citationē, vt l. ſi poſtea. s̄. de iudi. aliqn̄ per ſolam libelli oblationem, vt l. qui prior. eo. ti. In aliis officiis fit per conte. vt l. pluribus. s̄. de procu. Super eo aūt qđ ſequitur in gl. dic melius q̄ glo. quia ante electionem neutrius eſt dn̄ium rei, quia cuilibet eorum cenſetur legata res, vel æſtimatio, & in legato alternatiuo nō transfertur dn̄ium ante ele-
8 ctionem, vt no. in l. j. C. cōia de legatis. ¶ † Quæro circa fi. huius l. ſi pluribus, qn̄ vnus debet habere rem, alter æſtimationē, qđ ſi pereat res ſine dolo, & culpa vel mora hæredis, qs habebit æſtimationem? Rn̄de neuter, quia legatū extinguitur quo ad vtrāque, text. eſt no. in l. filiuſfa. in fin. infra eo. etiam ſi res iam erat tradita vni ex eis, vt infra eo. l. Titiæ textores. §. fi. vbi eſt tex. no. Nec ob. quòd quantitas debita in genere non poteſt perire, vt l. incendium. C. ſi cer. pe. quia fallit quādo debetur reſpectu certæ ſpeciei, vt in dictis iuribus, & l. lectio. §. ſi is, ſupra de noxa. & videtur deberi reſpectu certe ſpeciei quando debetur tāquàm pretium vel æſtimatio ipſius, vt dictis iuribus, nec etiam obſtat quòd ex duabus ſpeciebus alternatiuè legatis altera perempta remanet altera in obligatione, vt infra eo, l. cum res. §. ſed & ſi Stichus. ver. qua ratione, quia ibi vtraque erat in obl̄one principaliter propter ſe. Sed in caſu noſtro ipſa res principaliter eſt in obligatione, ſed æſtimatio ſecundario propter illam. ideo dicitur deberi reſpectu certe ſpeciei fateor tamē, ꝙ eſt in obligatione, & ſpecie tradita vni, poteſt peti æſtimatio in libello, tanquam legata, vt eſt text. in l. ſi res. infra de lega. 3.

1 *Legatum ſi in perſona eiuſdem à teſtatore multiplicetur circa idem corpus, non debetur niſi ſemel.*
2 *Quando teſtator pluries legauit eandem ſpeciem, vel corpus eidē, ſiue in eodē teſtamento, ſiue in teſtamento & codicillis, non debetur legatum niſi ſemel, & quid in legato quantitatis, & nu. 1. & 10.*
3 *Quid ſi teſtator dixit quòd volebat pluries deberi, uel præſtari eandē rē.*
4 *Quid ſi legauit rem & æſtimationem.*
5 *Quid ſi primò legaui tibi partem fundi, poſtea lego fundum.*
6 *Quid ſi primò legaui tibi fundum, poſtea eundem fundum lego ſeruo tuo.*
7 *Quid ſi primò legaui tibi ab vno herede, poſtea legaui tibi ab alio herede.*
8 *Illud quod dicitur ꝙ quando eadem res legatur eidem in teſtamentis diuerſorum debetur pluries, quando non procedat.*
9 *Duæ cauſæ lucratiuæ non poſſunt in eadem re concurrere.*

## LEX XXX.

### PLanè vbi.

1 §. Si eadem res. † Si circa idem corpus multiplicetur à teſtōre legatum in perſona eiuſdē, nō debet̄ niſi ſemel, ſecus ſi à diuerſis teſtatoribus, ſed circa quantitatē vel genus debet̄ pluries, ſi de volūtate teſtatoris appareat. h. d. vſque ad §. ꝙ ſi rē. & primo loquitur qn̄ eadem ſpēs legat̄ eidē pluries, vel ab vno teſtatore, vel à diuerſis, an pluries debeat̄, puta res & æſtimatio vſque ibi [ſed ſi non corpus.] Secundo qn̄ eadem quantitas relinquatur pluries eidem ab eodē hr̄de. intellige vſque ibi. [eiuſque.] Tertio reddit rōnem diuerſitatis inter primum caſum, & ſ̄m vſque ibi. [ſed hoc ita.] Quarto limitat id quod dixerat in ſecundo vſque ibi. [ſed ſi pōdus.] Quinto & vltimò ampliat & extēdit ad
2 alias quantitates. ¶ † Circa primum caſum, qn̄ eadē ſpēs vel corpus pluries legatur eidem ab eodem teſtatore. tex. dicit ꝙ non debetur niſi ſemel. Et gl. j. intelligit ſiue in eodē teſtō, ſiue in teſtō, & codicil. & bn̄. ¶ † Sed quæro, quid ſi teſtator dixit, ꝙ vole-
3 bat pluries deberi vel præſtari eandem rem? Rn̄deo nihil operatur hoc, vt colligitur ex iſto tex. in verſ. [ſed ſi non corpus.] aliàs non eſſet dr̄ia inter legatum certæ ſpeciei, & certæ quantitatis, quia hoc ſ̄m multiplicatur ſi apparet teſtatorem voluiſſe multiplicare, & non aliter, ergo primū non multiplicatur, licèt appareat, ꝙ voluerit, aliàs non eſſet differentia. cuius contrarium voluit tex. in verſi. [eiuſque rei.] & probatur in l. Lucius. §. im-
4 puberem. infra tit. j. ¶ † Sed quid ſi legauit rem & æſtimationē eidem? Dyn. ſentit idem ꝙ non debeatur, niſi altera tantū, per l. 2. §. Mela. infra de do. prælega. Sed Doct. tenet contrarium. ꝙ vtraque debeat̄ ꝑ l. ſi alij. §. rerū. de vſufru. & infra de leg. 3. l. mutu. §. j. de noua. l. fundum Cornel. quia iſta ſunt duo legata, vnū de re, alterū de æſtimatione, ſed qn̄ pluries una res legat̄, nō cenſent̄ plura legata, ſed vnū. vn̄ dicit tex. ꝙ videt̄ potius pluries loqui q̄ pluries legare. infra ti. j. l. Meuius. §. eum q. vbi eſt bonus tex. declarans hoc, vnde dicendo ꝙ pluries præſtaret̄, videtur dicere impoſſibile, quia non pōt pluries præſtare, vt in ver. [eiuſque rei.] nec fit interpretatio fauore legati, vt videatur voluiſſe præſtare rem & æſtimationē, nam imputet ſibi teſtator quare hoc non dixit, cum facile ſibi erat, & ſic accidit hoc ſui culpa ꝙ ſemel tm̄ debet̄, licèt forte contrarium voluerit, ꝙ debeat̄ res & æſtimatio. debuit. n. loqui ꝑ verba congruentia, & ad hāc rōnem bn̄ facit in rōne ſui l. ſi in teſtō. poſt prin. s̄. ſi quis omiſ. cā teſt. ibi dū dicit, ſua. n. culpa &c. & l. in ambiguo. infra de reb.
5 dub. ¶ † Itē quæro, quid ſi primo legaui tibi partē fundi, poſtea lego fundum? Rn̄deo tex. videt̄ velle ꝙ non videar legaſſe, niſi partē quā primo legauerā, & ſic nō valeat, ſecus ſi hæres meus legauit tibi fundum, cuius ego legauerā partē, quia videt̄ ſentire de alia parte non debita, tex. eſt no. in vtroque dicto. in l. Meuius, in prin. infra tit. j. Nec obſt. primo dicto l. cum centum. de adi. lega. vbi ſi teſtator uariauit modum legandi, primo legando plus, poſtea minus, uidetur voluiſſe multiplicare, qa ibi quādo legabat quantitatē. Nos loquimur qn̄ legabat ſpeciem, primo partē fundi, poſtea fundū, nam & pars fundi fundus poteſt appellari. vt in fi. huius l. & quilibet diceret contrarium prima
6 facie, ꝙ ſenſiſſe cenſeat̄ tm̄ de altera parte. ¶ † Item quęro, qđ ſi primo legaui tibi fundum, poſtea eundem fundum lego ſeruo tuo, an multiplicetur, & ſic poſſis petere ex perſona tua & ex ꝑſona ſerui, & conſequi ex vtroque? Rn̄deo ſic, ꝑ l. quid ergo ſi maiorem. §. j. in fi. & per l. ſi ſeruo meo. infra eo. Dy. tn̄ ibi ſentit hoc eſſe verū, ſi apparet ꝙ voluit pluries tibi præſtari, quo caſu iſta verba bn̄ operantur pp diuerſitatem perſonarum quib. relinqui, licèt ſeruus reputetur eadem perſona cū dn̄o, ſed hoc ex fi-
7 ctione iuris. ſecus qn̄ non diuerſificatur perſona, vt hic. ¶ † Vltimò quæro qd ſi diuerſificatur perſona eius à quo fit legatum, vt quia primo legaui tibi ab uno hærede, poſtea legaui tibi ab alio hærede? Rn̄deo aut ab hærede illius hæredis quem primo grauaueram, & non multiplicatur legatum, ut ſi primo à pupillo, poſtea à ſubſtituto eius pupilli, ut infra eo. l. ſi fundum. §. ſi pater, & l. ſeruo alieno, §. ſi quis à primo, uerſi. ſed ſi pater. Si aūt à diuerſis hæredibus ſuccedētibus in diuerſis portionibus, tūc aut dixi ꝙ uolebam pluries deberi, & multiplicatur legatū & unus tenebitur ad rē, alter ad æſtimationem, vt d. l. qd ergo,

§. ſi

§.ſi q̃s duos. & ſic iſto caſu verba mea aliq̃d operãtur ꝑp diuerſitatẽ grauatorũ. Si aũt hæc nõ dixi expreſsè, tũc aut legaui tibi rẽ hæreditariã, & quilibet tenet̃ pro portione hr̃ditaria quã habet, & non vltra, vt l. ſi fundus ſub ꝯdõne. §. ſi libertus. j̃. eo. Aut rẽ non hæreditariã ſcienter, primo ab vno, poſtea ab altero, & tunc quilibet cenſetur grauatus inſolidũ de redimendo, & põt inſolidũ conueniri, ſed vno ſoluente liberatur alter, vt j̃. eo. l. ſi tibi hõ. §. j. & plenè & ſubtiliter no. in d. l. Mȩuius. §. eũ qui. j̃. ti. j.

8 licèt Bar. aľr videatur intelligere, ſed dic, vt j̃. dicã. ¶†Circa ſ̃m caſum qñ eadẽ res legatur eidem in teſtamẽtis diuerſorũ, ꝙ debeatur pluries, ꝓcedit niſi habeantur ꝓ vno, vt ſi primo legaui tibi fundũ, & poſtea hæres meus legat tibi eundẽ fundũ. non. n. potes conſequi niſi ſemel rẽ, vel æſtimationẽ, vt j̃. e. l. ſi mihi Sẽpronius, & hic in 2. gl. Itẽ procedit qñ hñr ꝓ pluribus ſi primo fuiſti ꝯſecutus æſtimationẽ ex teſtõ vnius, & poſtea petis rẽ ex teſtõ alterius. ſecus ſi primo rem: nã hr̃s alterius liberat̃, vt non poſſis eandẽ rẽ ab eo petere, vt ꝯſequaris æſtimationẽ ꝑp rł̃am

9 de † duab. vel plurib. cauſis lucratiuis, q̃ nõ pñt ꝯcurrere in eadẽ re in æſtimatione, licèt poſſint concurrere in origine. nã eadẽ res põt tibi deberi à diuerſis perſonis ex diuerſis cauſis lucratiuis. Sed ſi ab vna tradit̃, oẽs aliæ liberantur, nec potes agere ad eandẽ rẽ ↄ̃ aľs, vt æſtimationẽ ꝯſequaris, vt j̃. de act. & obli. l. oẽs, & plenè in l. Mȩuius. §. duob. j̃. tit. j. Sed ſi primo fuiſti ꝯſecutus æſtimationẽ, licèt petieris rem petendo ab alio rẽ, non venis ↄ̃ rł̃am, q̃a in re illa non eſt facta adhuc executio ex cã lucratiua. Hæc tñ vera qñ habuerunt originẽ in perſona eiuſdẽ directò, ſecus ſi per obliquũ, vt quia vnus legauit tibi rẽ vnã, & alter eandẽ rem legauit ſeruo tuo, vel ẽt alteri cui tu ſucceſſiſti: nã potes petere ex perſona tua ab vno, & ex perſona alterius ab altero. ſiue primo fueris ꝯſecutus æſtimationẽ, ſiue ipſam rẽ, vt j̃. eo. l. ſi ſeruus legatus. §. j. Et hoc voluit hic gl. in effectu, q̃ incipit. [Hæc

10 vera ſunt.] ¶†Vltimò circa ſ̃m caſum principalem, qñ eadẽ q̃titas legatur eidem pluries ab eodem teſtõre, ꝙ pluries debeat, ſi appareat teſtatorẽ hoc voluiſſe. dic ꝙ vr̃ apparere ſi narrauit modũ legandi, quia primo legauit plus, poſtea minus, vel econuerſo loco, re, tpe, vel cã, vt l. cũ centũ. j̃. de adi. leg. ſ̃m intelł̃m Iac. de Are. quẽ ibi ſequit̃ Bar. idẽ ſi variauit ꝑſonas grauatas, q̃a legauit ab vno hr̃de tibi centũ, poſtea ab alio ſiłr centũ, nã tibi bis debetur, licèt aľr de voluntate appareat, vt j̃. tit. j. l. ſi plurib. hæredib. §. j. & j̃ eo. l. ſeruo alieno. §. ſi quis à primo. Idem ſi variauit voluntatẽ, quia primo in teſtõ, poſtea in codicillis legauit eandẽ ſummam, & eo mõ, vt in l. quinquaginta. de ꝓb. Hoc tñ verũ, qñ legata fuerunt ſimpł̃r facta, ſecus ſi ob certam cãm, quia tunc debetur ſ̃m, & non primũ, à quo cenſetur receſſum, vt in l. libertis. la ij. in prin. j̃. de ali. & ciba. le. Si aũt non variauerit voluntatem, & ſint variæ ſcripturæ continentes eandem voluntatem, legatum non multiplicatur, ſed ſemel debetur. Et ſi in vna continetur maior, in altera minor, debetur minor, tex. eſt no. in l. Sempronius. j̃. tit. j. & facit l. apud Iul. §. Seio. j̃. eo. cætera dic per Bar. in d. l. cum centum. de adi. le. & iſta fuerunt vt plurimum Dyn. qui plenius diſtinxit quàm alij. tene menti.

1 *Si res legata efficitur legatarij ex alia cauſa quàm legati oneroſa vel etiã lucratiua, tamen non remanſit, durat actio ex teſtamento pro eadem re, vt conſequatur quatenus ſibi abeſt, quoniam eatenus non cenſetur habere.*

2 *Licèt non valeat legatum factum mihi de re mea, ſi erat mea tempore teſtamenti, nec reconualeſcat, licèt poſtea deſinat eſſe mea, tamen ſi tempore teſtamenti non erat mea, valet legatum, nec efficitur inutile, licèt poſtea efficiatur mea ex alia cauſa quàm legati.*

3 *Emens ab hærede ſciẽter rem ſibi purè legatã, videtur renunciaſſe legato.*

4 *Non videtur quis habere rem quam tenetur alteri reſtituere.*

*Regula ꝙ duæ cauſæ lucratiuæ non poſſunt circa idem concurrere, locum habet quando fuit conſecutus ex vna cauſa lucratiua, & conſecutio eſt duratura, aliàs ſecus.*

5 *Si qualitas mihi abeſt pro re quam conſecutus ſum, non videor illam habere, & hoc quantum ad effectum, vt poſſim adhuc eandem rem petere, licèt eam habeam, non vt iterum habeam, ſed vt conſequar quod mihi abeſt.*

6 *Si legatarius emit rem alicuius tertij ſibi legatam pluſquam valeat, non cogitur hæres præſtare niſi iuſtam æſtimationem.*

1 §. Quòd ſi rem. † Si res legata efficit̃ legatarij ex alia cã q̃ legati oneroſa vel ẽt lucratiua, tñ non remãſit, durat actio ex teſtamen. pro eadẽ re, vt conſequatur quatenus ſibi abeſt, qm̃ eatenus nõ cenſetur hr̃e.

2 h. d. ¶†No. j. ꝙ licèt nõ valet legatũ factũ mihi de re mea ſi erat mea, tpe teſti, nec reconualeſcit, licèt poſtea deſinat eſſe mea, vt j̃. e. l. cætera. §. j. Econuerſo tñ ſi tpe teſti nõ erat mea valet legatũ, nec efficitur inutile, licèt poſtea efficiatur mea ex alia cã q̃ legati. Difficilius ergo eſt reconualeſcere legatũ à principio nullũ quàm irritare validũ. Sed ↄ̃, quia qñ res ꝑuenit ad cãm à quo non põt incipere, ante perfectionem actus vitiatur actus, vt in l. plurib. §. & ſi placet. de verb. ob. Sol. põt hic intelligi ꝙ emi rem mihi legatam poſt mortẽ teſtatoris, & ſic poſtq̃ legatũ erat cõfirmatum per mortẽ, & tunc non obſtat ↄ̃rium, quia poſt actũ confirmantis quo ad ſui perfectionem, licèt nõ eſſet executioni mandatus, põt intelligi ꝙ emi viuente teſtatore, & tũc obſtat ↄ̃rium. Sed rñde ꝙ procedit, qñ caſus ad quem peruenit tendebat ad ↄ̃rium effectum, ſecus qñ tendebat ad idem, vel eundem effectũ: nam hic legatũ tendebat vt rem haberem, & acquiſitio dñij tendit ad idem, & ſic nõ vitiatur legatũ. vt l. verbis. in fi. j̃. ad

3 l. Falci. & plenè no. in d. §. & ſi placet. ¶†In tex. ibi, ꝙ legatarius emendo rem legatam anteq̃ ſibi tradatur ex cã legati, non cenſetur renunciaſſe legato. hoc verum eſt, qñ emit à tertio, nõ ab hærede. ¶Ita intelligit gl. hunc §. quia teſtator legauit rẽ alienã ſcienter, & legatarius emit à vero dño. Si aũt ab hærede, q̃a fuiſſet res teſtatoris, tũc aut fuit legata ſub cõditione, vel in diem, & interim fuit empta ab hr̃de, & idem ſiue emerit ſcienter, ſiue ignoranter, vt j̃ ad l. Falc. l. fundo. & de act. empt. l. cui res. Si aũt erat relicta purè, tunc aut ignoranter. & idem vt j̃. e. l. huiuſmodi. §. ſeruum. aut ſcienter, & vr̃ renunciaſſe legato. arg. in l. Titius. qui. mòd. pig. vel hypo. ſol. ſ̃m Dy. cuius fuit iſta diſtinctio in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. obl. & ibi per Bar. in 2. q. qui tñ reprehendit vltimũ membrum. Dy. ¶†Item no. ꝙ nõ vr̃ quis hr̃e rem quam tenetur alteri reſtituere, & ideo ſi ex teſtõ vnius fui ꝯſecutus rem legatã, & rogatus de reſtituendo alteri, nõ extinguitur actio ex teſtõ cõpetens ↄ̃ alium hæredem, quia rł̃a de duabus cauſis lucratiuis de qua dixi s̃. proxi. §. locum habet qñ fui conſecutus ex vna cã lucratiua & conſecutio eſt duratura, aliàs ſecus, vt hic patet in ver. ſi alter. & facit l. 2. §. perueniſ-

5 ſe. de hære. vend. ¶†Vltimò no. ꝙ ſi qualitas mihi abeſt pro re quam conſecutus ſum, non videor illam habere, & hoc quantum ad effectũ vt poſſem adhuc eandem rem petere, licèt eam habeam, non vt iterum habeam, ſed vt conſequar quod mihi abeſt, nec eſt hoc nouũ, ꝙ vnũ peto, & aliud conſequor per officium iudicis, vt no in l. vinũ. in fi. magnæ gl. s̃. ſi cer. pet. Bart. tñ hic tenet ꝙ poſſum petere de directo quãtitatem q̃ mihi abeſt. per l. filio. §. j. & per l. illud. j̃. de do. cau. mor. & per l. ſi cui res. j̃. tit. j. Sed non placet, quia illa quantitas non fuit mihi legata, ergo non poſſum eam petere. tex. eſt in l. debitor. in fi. princ. j̃. tit. j. ibi dum dicit, nec pecunia peti põt quæ non eſt legata. Et ibi vr̃ tex. de directo ↄ̃ ipſum. Nec obſt. l. ſi res. infra de leg. 3. in fi. quia ibi fuit legata, cum teſtator legauerat alicui eandem rem, & voluit ꝙ vterque haberet inſolidum, vnus rẽ, alter æſtimationẽ, & ſic cuilibet eorũ cenſetur legata res, vel æſtimatio. vt l. ſi pluribus. in fi. s̃. eo. Nec ẽt obſt. l. filio. & l. illud. quia loquuntur in ꝯdictione ſine cã, q̃ oritur extra id quod agitur, vt l. ſi is cui. in fi. cõmodati. Et quatenus aduerſarius effectus eſt locupletior, ſicut ꝯdõ indebiti, vt l. ſi non ſortẽ. §. libertus. ante fi. de condict. indeb. Nos loquimur de actione ex teſtõ, q̃ nõ datur niſi ſuper eo quod actum fuit. i. ad rem legatã, & hæc eſt veritas. nec iſte tex. vrget in ↄ̃rium, dum dicit [competit mihi ex teſtõ actio vſq; ad pretiũ.] non. n. debet intelligi vt pretiũ petatur, ſed ipſa res, vt conſequatur vſq; ad pretiũ. Si tñ eſt legata aliena ſcienter, & dñs nolit vendere, bene vr̃ ꝙ tũc poſſit petere iuſtum pretium ab hærede, quaſi illud cenſeatur relictum ſi res nõ poſſit haberi, vt infra de leg. 3. l. non dubium. §. fi. quia heres cenſetur grauatus ad factum, cuius loco ſuccedit intereſſe, vel quantitas. vt

6 l. ſi quis ab alio. de re iudi. ¶†Vltimò ſcias, ꝙ ſi legatarius emit pluſquam valeat, hæres non cogitur præſtare niſi iuſtam æſtimationem, vt d. l. non dubium. § fi. & l. qui concubinam. eo. tit. Et ſi res legata pereat antequã redimatur ab hȩrede, liberatur hȩres à præſtatione quantitatis, ſi nõ fuit in mora. vt in l. filiuſfa. §. fi. j̃. eo tit. aliàs teneretur hæres ad omnem vtilitatem quã, fuiſſet legatarius conſecutus, non ad vſurarum æſtimationem, vt j̃. de leg. 3. l. patronus. in prin. ¶In glo. j. ibi, [alioquin actione exempto.] Si. n. fuit mihi legata res teſtatoris ſub conditione, & ea pendente emo ab hærede, exiſtente poſtea cõditione muto mihi cauſam dñij, & vbi primo habebam ex ↄ̃ctu, deſino ex illo habere & incipio habere ex teſtamento, quod præceſſit contractum. Et ideo tanquam mihi ipſi emerim ago ex empto cõtra hæredem ad reſtitutionem pretij, vt in ll. hic alleg. in gl. ¶In vltima gl. [§. ſi cui.] Solue iſtud contrarium, vt no. gl. in l. non amplius. in princ. s̃. eo. & adde quod ibi dixi.

1 *Partes qualiter fiant inter coniunctos re tantum, vel diſiunctos verbis & coniunctos re.*

2 *Si vnus ex diſiunctis petit totum antequam alter aliquid dicat, totum conſequitur, & alter poſtea veniens aufert ab eo partem.*

*Quando vnus eſt inſtitutus purè, alter ſub conditione diſiunctim, ꝙ purè inſtitutus interim habeat totum.*

3 *Quid in legatarijs ſi ſunt re coniuncti, & nu. 8.*

4 *Si legetur Titio & ſeruo proprio ſine libertate, an legatum valeat.*

5 *Si teſtator in pupillari teſtamento legauerit alij eandem rem quam mihi in ſuo teſtamento legauit, qualiter legatum alteri factum ſit conditionale, & meum purum, & quòd pendente conditione interim habeam partem illius.*

6 *Qualiter tunc inter nos legatarios ſit coniunctio realis, & diſiunctio verbalis, licèt dicantur diuerſa teſtamenta.*

7 *Quando legatur duobus à diuerſis hæredibus, non dicuntur coniuncti, & quòd pupillus & eius ſubſtitutus non dicantur diuerſi heredes quantum ad hoc.*

§. Si

1 **§. Si cõiunctim.** †Inter coniunctos verbis tantũ fiũt partes ab initio, dũmodo q-libet eorum admittatur ad partem quoquo mõ, etiam de ſola æquitate vel per viam retentionis, licèt non act. ſed inter diſiunctos verbis, & coniunctos re fiunt partes ex poſt facto per concurſum, ideo anteq̃ quis concurrere poſſit non facit partem, ſed coniunctus partẽ ſua conſequit̃. h. d. ſ̃m intellectum Azonis, quem puto veriſſimũ, & expreſſè probat̃ in l. vnica. §. ſi ve-
2 rò nõ omnes. C. de cadu. tol. ¶ †Vbi ſi vnus ex diſiunctis petit totum anteq̃ alter aliquid dicat totum conſequit̃, & alter poſtea veniens aufert ab eo partẽ. Et hæc eſt intẽtio huius literæ in fi. dum dicit, [interim igitur.] nam vult exemplificare, & declarare iſtud quod ſtatim dixerat fieri partes per concurſum, non à principio, nã hoc importat, quia ſi alteri ipſarũ eſt legatũ purè, alteri ſub condõne, pendente condõne legatarius purus nõ ſolũ habet partẽ ſuam, ſed ẽt partẽ collegatarij, qui adhuc nõ vocatur ad partẽ, vnde nõ facit partẽ ei cui totũ fuit legatũ. Et ſic non eſt ſienda dña inter hr̃des, & legatarios diſiunctos verbis. in qõne quæ ponitur p gl. in l. 2. ſi pars hær. pet. q̃ fuit inter Jo. & Azo. qñ vnus eſt inſtitutus purè, alter ſub condõne, an purè inſtitutus interim totũ habeat. & Azo dicit ꝙ ſic. ideo cõtra gl. tenet opi. Azo. ſi erant diſiuncti verbis, ſed ſi coniuncti opi. Jo. & Doc. dñt gl. veram in hr̃dibus, ſed in legatarijs tenent indiſtinctè opi. Io. mihi vr̃ idem in legatariis per iſtum tex. qui voluit aliter dicere ſi bñ conſideretur, & expone tex. vt dicit Azo, dum dicit partẽ cõdõnalẽ ſeu ſui coniuncti. aliàs non eſſet dña an fiant partes ab initio, vel ex poſt facto per concurſum, qđ eſt contra mentẽ iſtius literæ & probat̃ in d. §. ſi verò non omnes. ¶ In tex. ibi, [coniuncti]. ſ. verbis tñ vt lego Titio, & Seio fun-
3 dum æquis portionibus. ¶ †In tex. ibi [ab initio.] quia neutri legata eſt niſi pars fundi. & ideo etiã ſi vni purè, alteri ſub conditione, põt purus legatarius interim petere partem ſuam, partẽ verò collegatarii non, quia niſi per ius accreſcẽdi, & portio nõ accreſcit niſi ex toto deficiat, vt hic non eſt defecta cũ ſperetur condõ exiſtere. Sed in vltimo caſu purus legatarius vocat̃ ad totum iure ſuo, quia totũ eſt ſibi relictũ, nec eſt in alio diminutũ per legatũ collegatarii condõnale, pendente cõdõne. ¶ In tex. ibi, [nec ſolũ.] proſequitur eundem caſum in coniunctis verbis tantũ, nec haberet locũ in coniunctis re, & verbis, vel re tñ quia tunc etiam per viam retentionis non fieret pars coniuncto, vt infra proxi. §. cum ibi no. per Bar. ¶ In tex. ibi, [in quorũ perſona conſtiterit legatũ.] ſubaudi de rigore, & quoad effectũ agendi, ſed ẽt in quorũ perſona non conſtiterit de rigore, nec quo ad effectum agendi, ſed de æquitate & quo ad effectum re-
4 tinendi, vt in caſu qui ſequitur. ¶ †In tex. ibi, [ſeruo proprio ſine libertate legetur]. ſ. ipſius teſtatoris. hoc. n. legatum iõ non valet, quia non ſubeſt perſona cui poſſit acquiri, non ſibi, cum non ſit legata libertas, nec alteri dño, cum non habeat alterum dñm q̃ hr̃dem, & ſic ab eo hærede eidẽ hæredi cenſeretur relictũ ſi valeret, quod eſſe non debet, valet tñ de æquitate, vt dicit glo. & quantum ad retinendũ. quia hr̃s põt retinere partẽ quæ tangeret iſtũ ſeruum ſi eſſet liber. iõ facit partẽ. Sed contra, ꝙ non poſſit retinere, nec faciat partẽ. j. proxi. §. ſi duob. in prin. Sol. vt s̃. dixi & ibi dicã, quia hic erant verbis tñ coniuncti, vnde coniunctus non põt petere niſi partẽ ſibi legatã. Alterã non põt petere, niſi per ius accreſcendi. ſed non accreſcit, niſi ex toto deficiat, & omni iure. vt no. in l. ſi duo patroni. in prin. de iureiu. non. n. dicit̃ deficere omni iure iſtud quod põt retineri, vt not. in l. hmõi. §. Titio. j. eo. ſed in ſequenti §. erant coniuncti re, & verbis, vel re tantũ, vnde coniunctus non hẽt neceſſe venire per ius accreſcendi, ſed venit ſuo iure, quod eſt potẽtius q̃ ius retentionis, competens coniuncto, tñ hẽt effectũ agendi, qui eſt efficacior, q̃ retinẽdi tñ. & ita declara iſtũ tex. In tex. ibi, [ſed ſi in pupillari.] hæc aduerſatiua ſine copula, &, ſignificat diuerſitatẽ in facto. & in iure. q. d. in caſu ſequenti nõ ſunt partes ab initio ſed ex teſtõ, & ex hoc ſequit̃ illatio quæ ponit̃ in fi. contraria ei
5 quod dixi in prin. ¶ †In tex ibi. [quam mihi in ſuo teſtõ legauit.] Iſto caſu ſumus diſiuncti verbis, quia in diuerſis orationibus, ſed coniuncti re, quia eadem res tota vtrique fuit legata, & legatum meum eſt purum, quia factũ à pupillo, ſed legatũ alterius eſt conditionale, quia factum à ſubſtituto, & ſic pendet ex conditione ſi ſuccedit ex pupillari ſubſtitutione, aliàs non poteſt ab eo deberi. & ex primo ſequitur, ꝙ partes non fiunt in princ. ſed ex poſt facto per concurſum poſtquam extiterit conditio ſecundi, & ſic vterq; poteſt vocari ad partem. Si ergo vterque acceptat, & vult partẽ, fiunt partes. Ex ſecundo dicto ſequitur, ꝙ cum pendente condõne ſecundi non admittatur ad partẽ, & iõ primus hẽt partẽ iſtius ſecundi. non ſolũ ſuã, & ſic bñ ſequit̃ illatio. Interim igit̃ ſ̃m opi. Azo. ſed ſ̃m opi. Io. nõ ſeque-
6 retur. ¶ †Sed opp. contra iſtum tex. ꝙ non dicamur coniuncti, nec faciamus alter alteri partem, quia teſtm̃ patris, & teſtm̃ filij dñr diuerſa teſtamẽta. & ſuper diuerſis hæreditatibus facta Sed ſi eadem res legatur duobus in teſtamentis diuerſorum, non dñr coniuncti, nec faciunt inter ſe partes, immo quilibet poteſt petere inſolidum, & vnus conſequitur rem, alter æſtimationẽ nec inter eos eſt ius accreſc. vel non decreſcendi. vt l. ſi ſub conditione. s̃. quibus mod. vſusfruct. amit. Sol. iſtud eſt verum in teſtamentis penitus diuerſorum, ſed teſtm̃ patris & filii, licèt reſpectu hæreditatis dicturã diuerſa, & diuerſarum perſonarum alio tñ reſpectu dñr vnum & idem, quia facta ab eodẽ teſtatore & ſub vna ſolennitate. vt l. patris & filij. de vul. & pup. ideo legata in vtriuſq; facta ſimul cõtribuuntur in computatione Falcidiæ, vt in l. in rõne. §. quod vulgo. j. ad l. Fal. qñ non eſt in penitus diuerſis. Igitur inter collegatarios iſtorum teſtamentorũ eſt coniunctio realis, licèt non verbalis, vt ex iſto tex. colligit̃. aliàs non facerent ſibi partes per cõcurſum, ergo inter eos eſt ius nõ
7 decreſcendi. ¶ †Item adhuc oppo. quia quando legat̃ duobus à diuerſis hæredibus, adhuc non dicuntur coniuncti. vt l. pe. de vſufru. accre. Sol. hic pupillus & ſubſtitutus eius qui in portione & hæreditate pupilli ſuccedunt, non dñr diuerſi hr̃des quãtum ad hoc, ſecus in illis quorum alter non ſuccedit alteri, nec in portione alterius, ſed in diuerſis portionibus, vt in contrario. Tene menti perpetuò. In gloſſella iſta ibi. [idẽ ſi diſiuncti.] pro iſta gl. facit l. ſi plurib. §. ſin autem. s̃. eo. vbi ſunt diſiuncti, & tñ quilibet vocat̃ ad virilem. & ſic vr̃, ꝙ fiant partes ab initio in diſiunctis ſicut in coniunctis, quod eſt contra mentem iſtius literæ. Igitur intellige glo. & dicta iura ſanè ꝙ fiunt partes, non tamen ab initio, ſed ex poſt facto, quando omnes volunt, & poſſunt concurrere, & inter iſta longa eſt differentia.

---

1 *Si res hereditaria legatur heredi & extraneo, quota pertinet ad extraneum.*
2 *Si legatur duobus extraneis, licèt alter ipſorum ſuccedat heredi, nõ pertinet tota res ad collegatarium, & alter facit ſibi partem.*
3 *Effectus agendi, vt hic, quòd ſi potentius quàm excipiendi.*
4 *Portio legitimæ filij exheredati quòd non accreſcat fratribus inſtitutis in legitima, vel inſolidum, ſed grauatus de reſtituendo hereditatem extraneo remanet penes extraneum ſcriptum heredem, vel tranſit in fideicommiſſarium, & nu. 5.*
5 *Legitima quinque filiorum, vel plurium eſt ſemis, & ſic dimidia totius hereditatis, ſed quatuor filiorum, vel pauciorum eſt tertia pars, et ſic quatuor vncię.*
6 *Si fuiſti inſtitutus in vna vncia, & ego in vndecim, & fundus fuit nobis legatus, ego habebo vncias vndecim in fundo, & tu vnam. & nu. 7.*
7 *Cum homines cuiuſdam villę emiſſent quoddam ſolum pro ędificando ibi domos, quòd ille qui plus contulit de pretio, plus debeat habere de ſolo pro rata, vt ædificare poſſit.*
8 *Quando vnus tantũ eſt inſtitutus heres, nõ poteſt ſibiipſi ab ipſo legari. Filius, vel filia ſi excludatur à legitima, non facto teſtatoris, ſed ex diſpoſitione iuris communis vel ſtatuti, quòd habeatur pro mortuo, & non computetur in numero.*
9 *Quid ſi excludatur facto ſuo, vt repudiatione.*
10 *Quid in fratribus ſi excludantur ſolum interuentu alterius puta extranei inſtituti à fratre, & qui aliquid reliquit matri iure inſtitutionis, quid poterit tunc mater conſequi pro legitima.*

1 **§. Si duobus.** †Si res hæreditaria legatur hr̃di & extraneo, quota pertinet ad extraneum, nec hæres facit partem, quia in eius perſonam legatũ non con-
2 ſiſtit. h. d. vſque ad ver. inde dicitur. ¶ †Sed ſi legatur duobus extraneis, licèt alter ipſorum ſuccedat hæredi, nõ petinet tota ad collegatarium, quia alter ſibi facit partem. h. d. verſiculus planè qui ponitur in fi. ſed debet coniungi cũ iſto primo caſu, vt patet in glo. ibi poſita, quæ incipit extraneis. Rõ diuerſitatis inter primum caſum & vltimum eſt, quia in primo caſu legatum in perſona hæredis non habuit originẽ validã, ideo nõ facit partem etiam per viam retentionis, ſed in primo caſu habuit originem validam in perſona extranei, etiam quo ad effectum agẽdi contra hæredem. licèt ergo cum poſtea ſuccedat hæredi extinguatur actio, & cõfundatur obligatio. & efficiatur hæres primi teſtatoris mediante ſucceſſione primi hæredis, non tñ extinguitur legatum, quominus ſaltem iure retentionis faciat partem collegatario. ¶ Sed opp. ꝙ ẽt in primo caſu poſſit hæres facere partẽ iure retentionis. vt s̃. proxi. §. ver. vt puta. Sol. vt ibi dixi, quia tibi erant coniuncti verbis tñ, hic. n. debet intelligi ꝙ erant re, & verbis coniuncti, vel etiam verbis diſiuncti, & ſic extraneus vocabitur ad totam rem iure ſuo, quod eſt potentius q̃
3 ius retentionis, quod habet hæres, †Cum habeat effectum agẽdi, qui eſt potẽtior quàm excipiendi. Et ita intelligit Bar. ſubtiliter iſtum tex. & ſi fuiſſent hic verbis tantum coniuncti, ille hæres faceret partem. Et no. diligenter iſtum caſum, quia frequẽter contingit, & procedit ex imperitia notariorũ, quia teſtatores faciunt legata alicui, & poſtea inſtituunt illum legatarium hæredem. nam ſi dant illi vt coniunctum, & quæritur quantũ habebit coniunctus, recurre ad iſtum tex. & ad ea quæ s̃. dixi.
4 huic ſingulari §. † Aduerte, quia hoc eſt verũ, qñ debebať ſpẽs certa, ſed ſi debebať quãtitas, vel aliud in genere, puta x. ſi legas mihi x. quæ tibi debeo, non cenſeť eſſe in relicto niſi liberatio, non autẽ quantitas. Et ideo ſi poſtea a me inuito exigas, legatũ extinguitur, nec poſſum x. petere ab herede tuo, & ita põt intelligi l. ꝯria. & colligitur ex l. ſi ſic. §. j. ĵ. eo. Idem ſi debebam hominem in genere, ſecus tñ ſi ſpontè ſoluiſſem, vt d. l. fideicõmiſſa, §. ſi rem. & iſto modo limita intellectum Bar. Item primum dictum procedit qñ obligatio erat ſimplex, ſi autem alternatiua, vt ſi debebam Stichum, aut Pamphilum, & legas mihi Stichũ, quid ſit in legato, an res vel liberatio. dic vt ĵ. tit. j. l. ſi Titius. §. fi. & ibi vide. Tene menti prædicta, quia poſſent de facili facere tibi honorem, & pauci ſunt qui perpendant de his.

ADDITIO

a ¶ Legari. Facit quod voluit Abb. conſi. 110. qđ incip. inter in præſenti cã

2 *Creditor, qui rem ſibi debitam legauit debitori, ſi eam exigit, cenſetur tũc in legato eſſe ipſa res.*
3 *Quid ſi legetur actio vel nomen debitoris, vel quantitas, ſeu aliquid in genere. & nu. 1.*
4 *Si quis legat rem alienam ſibi non debitam, quando ipſa res ſit in obligatione, & quando ſola æſtimatio, & qualiter formetur libellus.*
5 *Si quis legat rem alienam ſibi debitam, non cenſetur legaſſe, niſi illud ius quod habet ad eam, ſed quando nullum ius habet, cenſetur efficaciter illam legaſſe, vt hæres teneatur illam redimere.*

1 Idem Iulianus. † Põt quis legare rẽ non ſuã, ſed ſibi debitã actione perſonali, & vř legaſſe actionem quam habet, &
2 hæres cedendo liberatur. h.d. † Sed ſi rẽ exigit a de-
a bitore, an legatũ ſit extinctum? [a] ꝙ vř ſic. vt in l. fideicõmiſſa. §. ſi rẽ. de leg. iij. licèt ſecus ſi ſpontè ſoluit. Bar. tenet indiſtinctè nõ extingui, quia tũc in legato cenſeť eſſe ipſa res ſicut dictũ eſt in §. præce. ſed ſi non fuit exacta, cenſetur eſſe ſolum actio. Et iſtũ intellectum ſingulariter no. quia limitat illũ §. ſi rem. quia habet locum qñ quis legat nomen debitoris ſui, vel aliud, quod
b talis [b] ſibi debet, non ſpecificando rem debitã, vt tũc diſtinguať vt ibi dř. Si aũt ſpecificat rem debitam, tunc ex euentu apparet quid ſit in legato quia ſi nõ ſoluať, teſtatoris duntaxat actio cẽceť legata, & ſufficit hæredi cedere eã. vt hř hic. Sed ſi fuit tradita. vel ſoluta, cenſeť ipſa res eſſe in legato, & illa põt peti ab hæ-
3 de, nec cenſeť legatũ, licèt ab initio fuerit exactũ. † Tu aũt limita hic vt dixi in §. præce. qñ erat debita certa ſpecies, ſecus ſi quãtitas, vel aliquid in genere, quia tunc non refert, ſpecificetur, vel non, ſed ſemper in legato eſt ipſa actio, & ideo ſi actio extinguatur p exactionẽ factam a teſtõre, extinguitur legatũ, ſecus ſi nõ a ſponte ſoluente. quod perpetuò tene mẽti, & vide hic quod no Bald. in l. ex legato nominis. C. de leg. circa intellectũ huius §. In tex. ibi, [actionem ex empto præſtare.] ſed quis ſoluet pretium, an ego legatarius, vel hæres? Rñdeo, hęres, ne aliàs legatũ ſit inutile, vt dixi ſ. eo. in l. cũ ſeruus. per iura ibi allegata. & hoc tenet Iac. de Are. & Bart. ſed an transeat vtilis ſine actione vř ꝙ ſic in d. l. ex legato noĩs. Bal. ibi vř ſentire ꝯrium, quia loquitur ibi qñ legat nomen debitoris, hic qñ legať res debita. vnde ceſſio eſt neceſſaria, per iſtum text. Sed certè etiam tunc cenſeť eſſe lega-

ADDITIONES.

a ¶ Extinctum. Adde vt per Lu. Rom. conſi. 229. & ſingul. ſuis ſol. 4.
b ¶ Talis debet. Adde Bal. conſi. 514. lib.

ſe legatum nomen debitoris, vel actio, ſi res nō fuerit tradita te
ſtatori vt hic, ergo tranſit ſine ceſſione. Quid ergo operatur ceſ
ſio? Rn̄de, quia transfert exercitium directum. Adde ꝙ ſicut di
ſtingitur, an legetur actio ſeu nomen debitoris, an legetur res de-
4 bita. vt s̄. dixi. † ita diſtinguitur cùm quis legat rē alienā ſibi non
debitam, an ſimpliciter legat rem, & tunc ipſa res eſt in obliga-
tione, & pōt peti res, & hæres cogitur eā redimere ſi pōt, ſi non
pōt, tenetur ad æſtimationē. vt l. non dubium. in fi. de leg. iij. an
aūt grauetur hæres emere rem, & ſic legatum ſonat in factū ex-
plicandum per hæredem, & tunc res non eſt in legato, nec pōt
peti, ſed ſola æſtimatio. vt in l. Titia Seio teſſeram. in prin. j̄. tit. j.
& ibi ꝑ Bar. & ſic no. qualiter debebis formare libellū, vnde ca-
ueas ne erres, ſi formares ineptè, quia ſuccumberes. Item adde
5 † ꝙ ſi quis legat rem alienā ſibi debitā, non cenſetur legaſſe niſi
illud ius quod habet ad eam, ſicut qn̄ legat rem in qua ius ali-
quod habet reale, cenſet̄ illud duntaxat legare, vt in l. ſi domus.
in fi. j̄. eo. Si ergo ius illud, quod habet ad rē, ſit inefficax, hæres
non tenetur illud facere efficax, ſed liberatur cedendo tale qua
le eſt, & ad hoc allegatur ēt iſte §. vt no. Bar. in l. ſerui electione.
in fi. s̄. eo. & arg. ad hoc vt no. & habetur in l. quod in rerū. §. j. s̄.
eo. & C. de leg. l. vxor patrui. cum ibi no. Sed qn̄ nullum ius ha-
bet in re aliena, quam legat, cenſetur efficaciter illam legaſſe, vt
hæres teneatur illam redimere, per l. cum alienam. C. de lega.

1 *Quando legatum ſonat in factum explicandum per legatarium, cenſetur eſſe perſonale, & ad legatarium eius non tranſit.*
2 *Legatum quòd quis poſſit cedere tot plauſtra lignorum, & ſit determinatū, tranſmittitur ad hæredem, ſecus ſi ſit indeterminatū, vel annuum.*
3 *Conceſſiones an dicantur reales, vel perſonales.*
4 *Pater ſi recipit feudum vel emphyteuſim pro ſe & liberis ſuis, ꝙ in perſona liberorum erit nouum feudum diuerſum a paterno, nec pater poteſt illi renunciare.*
*Pater in præiudicium filiorum, non poteſt renunciare in feudo antiquo, ſed feudo nouo per ipſum recepto ſic, non facta mentione de liberis.*

1 **§. Si quis alicui.** † Qn̄ legatum ſonat in factum ex-
plicandum per legatarium, cenſet̄
eſſe perſonale, & ad legatarium eius non tranſit. h. d. ſingulari-
ter ſm̄ Bar. Aliud ergo eſt dicere, lego tibi talē rem: aliud, pro-
mitto tibi vt poſſis facere tale quid in fundo meo. In tex. ibi, [li
cere lapidem cedere.] & ſic fuit conceſſio indeterminata tā re-
ſpectu temporis, q̄ quantitatis, vnde cum veniret determinād a
per legatarium hæc facultas cum poteſtate determinandi, non
2 tranſmittitur ad hæredem. † ſecus ſi fuiſſet determinata reſpe-
ctu certæ quantitatis, quia tranſmitteretur ad hæredem, ſicut le
gatum quantitatis, vt ſi permiſi in teſtamento, ꝙ poſſis de fun-
do meo cædere x. plauſtra lignorū ſm̄ Pet. arg. s̄. de vſufr. l. quæ
ſitum. & de pig. act. l. ſi neceſſarias. §. de vendendo. quod no. ad
intellectum huius §. quia neceſſariū eſt. nam in determinando
quantitatē cēſetur hic electa induſtria perſonæ. quod ceſſat qn̄
quantitas eſt determinata hoc verum, niſi fuiſſet relictū annuū
vt ſi permiſi ꝙ quolibet anno poſſes cædere de fundo meo x.
plauſtra lignorū, nam non tranſmitteretur ad hæredem tuum
ex natura annui legati ſm̄ eundē Pe. vt j̄. de annu. leg. l. iiij. in fi.
Sed quæro hic, an iſte legatarius in caſu huius §. poſſit cedere
lapidem quouſque vixerit? iſte tex. innuit ꝙ ſic dū dixit, ꝙ non
tranſmittitur ad hr̄dem a ꝯtrio ſenſu. Sed in ꝯtrium facit ꝙ intel
a ligatur de prima ceſſione,[a] ar. in l. boues. §. hoc ſermone. de ver.
ſig. Et quia quod minimū eſt, cenſetur in dubio legatū, vt j̄. ea.
l. § ſcio. ſatis eſt mihi hoc dubium. Ex qualitate perſonæ puto
3 hoc ſumendum. † In alijs aūt conceſſionib. an dicantur reales,
b vel perſonales,[b] vide ꝑ Bar. in l. pr̄. de ſer. leg. In tex. ibi, [niſi no-
men hr̄dis adiectū legato fuerit.] & tunc erit nouum legatū in
ꝑſona hr̄dis. vt l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. de ver. obl. per quod
4 dicit Dy. & Ang. † ꝙ ſi pater recipit feudū vel emphyteuſim, ꝓ
ſe & liberis ſuis, ꝙ in perſona liberorum erit nouum feudū, di-
c uerſum a paterno, & ideo pr̄[c] non pōt illi renunciare, quia quę
ſitum eſt illis ius ex ꝯtu patris quod auferri non pōt, vt l. fi. s̄. de
pact. licèt ipſe poſſet renūciare ſuo feudo. quod no. quia habui
de facto in ardua q. quæ nondum eſt deciſa. nam cōiter dicunt
Doct. ꝙ pater in præiudicium filiorū non pōt renunciare feu-
do antiquo, ſed feudo nouo per ipſum recepto ſic, iuxta ea quę
no. per Bal. poſt Nic. de Mate. in l. qui ſe pr̄is. C. vnde lib. Ego au
d tem dicebam[d] ꝙ tunc pōt renunciare feudo nouo, qn̄ ſimplici
ter ipſum recipit. non facta mentione liberis, nam ēt tunc libe-
ri ſuccedunt in eo. vt in tit. qui feu. da. poſ. §. cum verò Conra-
dus. dummodo ēt ſint hæredes patris in aliis bonis, vt in tit. an
agnatus vel filius. & tunc procedit ꝙ renunciatio patris nocet fi
lijs, quia veniunt ex quadam ſucceſsione, nec hn̄t aliquod ius
ante mortem patris, vnde ſi non recipiunt ipſum in ſucceſsio-
ne, quia pater a ſe abdicauerit, non poſſunt in eo ſuccedere, ſed
ſi recipit pro ſe, & liberis ſiue filijs, tunc liberi habēt rōne ꝯtus
paterni, qui potuit eis acquirere. vt l. quodcūque. § j. de ver. obl.
& ēt ſi repudiant hæreditatem paternam, quia tunc non habet
locū ille titulus an agnatus, vel filius, ſm̄ ꝙ ibi ſentit Bal. & ideo
pr̄ non pōt renunciare in pręiudiciū filiorum, ſicut nec delictū
patris noceret filiis, vt ſentit Cy. poſt Pe. no. in l. 2. C. de lib. & eo.
lib. & illud dictum allegabam. Sed hic reperio Dy. & Ang. hoc
determinantē expreſſè, quod no. quia licèt perpēderim, ꝙ hoc
dictū plurib. placuerit, tn̄ volebant authoritatē expreſſam, quā
pro tunc dare non potui. Tene menti, quia quotidiana, & no.

ADDITIONES.

a ¶ Prima ceſſione. Limita vt per Ro. conſi. 9.
b ¶ Perſonales. An conceſſio præſumatur realis, vel perſonalis vltra ea, qua poſui in l. etiam. ſol. mat ad Alex. vide Soc. conſi. 19.
c ¶ Et ideo pater. Adde Ale. de Imo. in conſi. 8. col. 4. ver. pręterea inſpicitur. Et vide qōnem in meis conſilijs. ſ. in 25. & in 50. 55. & quæ ponit do. Signo. de Ho. in ſuo conſi. 9. Et vide eun. Pa. de Ca. in conſi. 159. & Ale. de Imo. conſi. 89 col. pen. in prin. in 4. vol. & in conſi. 13 col. pe. in fi. 5. volum. & in conſi. 22. colum. pen. circa prin. in d. 5. vol. Fran. Cur.
d ¶ Ego autem dicebam. Vide eun. Pau de Ca. conſi. 218. incip. præmittendum eſt in nouis. col. 2. cir. med. Franc. Cur.

1 *Onus rei legatæ pro tempore præterito pertinet ad hæredem, ſed poſtquā ad legatarium peruenit, ad eum pertinet.*
2 *Si in vita defuncti, vel pendente conditione, onus publicum fuit indictū, non tamen venerat terminus ſolutionis, ſed venit poſtquam peruenit ad legatarium, quòd hæres habebit ſoluere.*
3 *Si tempore quo quis erat epiſcopus Bononien. fuit indictum onus per Papam & antequam veniret terminus ſolutionis effectus eſt epiſcopus Paduanus, quis habebit ſoluere, an ſucceſſor eius, vel ipſe.*

1 **§. Hæres cogitur.** † Onus rei legatæ pro tp̄e præ-
terito pertinet ad hæredē, ſed
poſtq̄ ad legatarium peruenit, ad eum pertinet. h. d. Et vide hic
in Spe. de loca. §. nunc verò aliqua. ver. 12. In tex. ibi [vectigal p̄te
ritū.] i. pro tp̄e quo teſtator vixit, & et poſt mortem penden. die
vel ꝯdōne legati, quia fructus illius tp̄is pertinent ad hæredem,
vt dixi s̄. eo. l. præce. §. fructus. ergo & onus de quo hic, quia cen-
ſetur magis onus fructus q̄ proprietatis. vt s̄. de impen. l. neque
ſtipendium. in fi. & l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacarij. s̄. de vſufr.
Item pro tali pręterito onere fundus erat obligatus, vt l. Impe-
ratores. j̄. de pub. ergo hęres tenetur liberare. vt j̄. eo. l. ſi res obli
a gata. ſed pro futuro non erat adhuc obligatus.[a] † Sed pone ꝙ
2 in vita defuncti, vel pendente ꝯdōne onus publicū fuit indictū,
& ſic ceſsit, & non venit dies, iuxta ea quę hn̄r in l. cedere diem.
de verb. ſig. ſed venit poſtq̄ peruenit ad legatariū. quis habebit
ſoluere? Rn̄deo hęres per ea, quę no. in l. defuncta. s̄. de vſufr. &
in l. incola. j̄. ad municip. & quod no. in regula non eſt in mora.
de reg. iu. in 6. in mercu. de illo qui erat ep̄us Bononien. tp̄e quo
fuit indictum onus per Papam, ſed antequam veniret onus ſol.
effectus eſt ep̄us Paduanus, quis habebit ſoluere, an ſucceſſor
eius, vel ipſe? & tenet ꝙ ſucceſſor, quia inſpicitur tempus quo
fuit indictum, & tunc erat epiſcopus Bononię, & ſic onus affi-
cit illam eccleſiam nō ſolum perſonam, lapſus autem termini
non afficit eccleſiam Paduan. ſi tn̄ malitioſè reditus ſequentis
b temporis aſportaſſet, poſſet a ſucceſſore compelli reſtituere,[b]
vel ſoluere & pro hoc bonus tex. in l. & hęc diſtinctio. §. cū fun-
dum. s̄. loca. & quod not. in l. pen. de vſufru. lega. Tene menti.

ADDITIONES.

a Adhuc obligatur. Adde Bal. conſi. 123. j. lib. & an pro collectis bona fide tacitè hypotheca. vide Soci. conſi. 129.
b ¶ Reſtituere. Adde vt pulchrè per Anch. conſi. 168.

**§. Scio ex facto.** Iſte §. idem dicit in effectu, quod l. ſi quis a filio. §. ſi plures. & l. legato generaliter §. ſi de certo. s̄. eo. ideo declara, vt in eis dixi. & loquitur quando non erat dare mediocrem, quia non habebat, niſi duos fundos eiuſdem nominis. Si autem tres, videtur ꝙ mediocris debeatur, & eligi debeat per l. qui lancem. j̄. de aur. & & arg. leg. quam allegat pro contraria. Item limita quod hic dicitur, vt not. Barto. in l. ſi is qui ducenta. in princ. j̄. de reb. dub.

1 *Quando dicatur eſſe commercium de re. & nu. 2.*
3 *Illud quod eſt ex voluntate principis tantum, dicitur quaſi impoſſibile. & num. 7.*
4 *Statutū, ꝙ forenſis non poſſit acquirere bona immobilia, & legetur res immobilis alicui forenſi, debebitur æſtimatio, & ſic legatū non eſt nullū.*
*Si legetur fundus fratribus ordinis Minorum, qui non poſſunt poſſidere immobilia, debebitur eis ęſtimatio.*
5 *Prælati inferiorum eccleſiarum poſſunt earum res alienare cum conſenſu immediati ſuperioris ſuadente vtilitate eccleſiæ, & quid in rebus epiſcopalibus.*
6 *An res dotalis dicatur eſſe in commercio, vt poſſit legari.*
7 *Ex ſermonibus cognoſcitur furioſus, & etiam ex geſtis.*
*Reſeruata ſoli Papæ vel Imperatori.*
8 *Si religioſis mendicantibus, qui non poſſunt acquirere noua loca ſine licentia Papæ fiat legatum cum onere, ꝙ debeant aliquem locum acquirere, & ibi conſtruere monaſterium, quòd valeat legatum, reiecto onere tanquam impoſſibili.*
*Quòd tale onus ſit conuertendum in alium piū vſum, cum conſenſu immediatè ſuperioris.*
9 *Si teſtator mandauit hæredi quòd intra annum corpus ſuum, & filij ſui, quod erat ibi ſepultum, portaret ad alium locum, aliàs priuat ipſum hæreditate, & eam relinquat alteri, & hæres voluit hoc facere, ſed fratres apud quos erant corpora, non permittant, cùm non teneantur niſi iuſſu Papæ, non incidit hæres in pœnam.*

§. Con-

1 §. Conſtat. † Valet legatum de re, cuius eſt commer
ciũ,licèt nõ ſit in dñio teſtatoris, nec ſine
difficultate eſſe poſſit, quia ſufficit ꝙ poſsit eſſe, hoc primo. Sed
illius rei cuius penes neminem eſt commerciũ, nec eſſe poteſt
inſpecta rei qualitate vel põt eſſe in iuſſu ſolius principis nõ va
let nec quantum ad rem, nec quantũ ad æſtimationẽ, hoc ſecũ
do. Si vero penes legatarium non eſt, quia ſuo dño ſubijci non
põt, non ꝑꝑ ſui delictũ vel culpam, ſed ꝑꝑ qualitatẽ ſuæ perſo-
næ, penes alios verò benè eſt, tunc ſi teſtator ſciebat qualitatẽ
perſonæ legatarij, valet, vt debeatur æſtimatio, nõ ipſa res, h.d.
vſq; ad l.cætera. Item quod vltimò dixi, locũ habet qñ illius rei
legatæ eſſet commercium penes oẽs, nõ tñ per ſe ſola, ſed vnà
cum altera, cui accedit & legat̃ ipſa ſola ſine illa, non.n.valet le-
gatum quantum ad rem, ſed vt debeatur æſtimatio, vt j̃.eo.l.cę
2 tera.§.ſi duab.in fi.& l.ſi qs inquilinos.in prin. † Tunc aũt dr̃ eſ
ſe commercium de re, qñ eſt in dñio alicuius priuati, & poteſt
ſubijci dñio alterius priuati, licèt cũ difficultate, qa dñs nõ vult
vendere. Et ita loquitur primũ dictum. Tunc autẽ dr̃ non eſſe
commercium, qñ non eſt in dñio alicuius, nec eſſe põt, ſtante
qualitate, & concluſione præſenti, immo in nullius bonis eſt,
vt ſunt res ſacræ, & religioſæ. Item liber homo. Item res æſtimą
ta ad vſum publicum, vt platea, vel forũ, vel ad vſum principis,
vt erat olim fundus albanus, quia princeps rem publicã repræ-
ſentat. Idem ſi põt ſubijci dñio priuati, ẽt extante qualitate rei,
non tñ ſine iuſſu principis, vt ſi erat in dñio principis, vt erant
olim orti ſaluſtien. vel alia prædia, de quib. loquit̃ titulus. C.de
3 prædi.rei priua.nam ſumitur ibi res priuata pro princi. † Nam
reputat̃ quaſi impoſſibile illud quod eſt ex voluntate principis
duntaxat, & ad hoc allegatur iſte tex.cum glo.& not. in l.conti-
nuus.§.cum quis. j̃.de verb.obl. Tunc aũt dr̃ eſſe commercium
penes alios, non penes legatariũ, qñ legatarius non eſt capax,
ſed alij ſic, & gl. ponit exemplum in militijs, & erant iſtæ mili-
tiæ quædam officia publica, pro quib.dabat̃ certũ ſalariũ de pu
blico, vt militia cantoris. Pone exemplũ Peruſij, vbi priores te-
nent ſemper duos vel tres cantores pueros, quibus dant proui
ſionem, ſi talis militia leget̃ muto, & grauetur hæres eam eme
re, vel militia curſoris, vt ſunt iſti nũcij curiarum perpetui. Tu
4 pone exempla clariora. † Si ſtatutũ dicit ꝙ forenſis non poſſit
acquirere bona immobilia, vt eſt hic, & leget̃ res immobilis ali
cui forenſi, certè debebitur æſtimatio. & ſic legatũ nõ eſt nullũ.
Vel pone in fratrib.ordinis minorũ, q nõ pñt poſſidere ĩmobi-
lia, immo ſi leget̃ eis fundus, certè debebit̃ ęſtimatio, quia illius
ſunt capaces, qa viuere volũt. Et vide hic omnino qđ not. Bal.in
l.cum qõ.in fi. C.de leg.& Bar.in l.multum, de ver.ob. In tex.in
prin.§.ibi, [legari poſſe.] non tñ in præiudicium dñi, ſed hr̃dis,
& ſic non ob.s̃.de iure cod.l.conficiuntur.§.ſi poſt.in fi.ſm Pet.
de Bellaper. In tex.ibi, [ſi comparari pñt.] & ſic earum eſt com-
mercium in cõi ſm Dy. ſed fallit hic in re eccleſiæ, quæ ſicut eſt
in dñio eccleſiæ, ita põt ſubijci dñio priuati, ſed quia non ſine
magna ſolennitate, & ex iuſta cauſa, non cenſet̃ illius eſſe com
merciũ, nec valeret legatũ factũ de illa re, ẽt vt debeat̃ æſtima-
a tio [a] ſm Inn. qui ita no.in c.filius, de teſta.arg. hic in fi. quod ẽt
vr̃ ſequi hic, Bal. verò dicit ꝙ poſſet procedere in reb.eccleſiæ,
rõne cuius dñiũ eſt apud Papam, ſicut in rebus quę erãt in dñio
Imperatoris. vt in fi.huius §. ꝑꝑ eandem rõnem, quia ſine prin-
5 cipe non poſſunt haberi, † ſecus dicit in reb. aliarum eccleſia-
rum, quæ poſſunt alienari ſine iuſſu facto, ſed poteſt dici, vt cũ
Epiſcopi & alij ſuperiores prælati iurent hodie, cum promo-
uentur non alienare Romano Pontifice inconſulto, iuxta ea q̃
hñr in c.ego N.de iureiu. locum habeat in rebus epiſcopatuũ,
& aliorũ prælatorũ ſimilium non inferiorum eccleſiarũ, qua-
rũ prælati pñt alienare cũ conſenſu immediatè ſuperioris ſua-
dentis vtilitati eccleſiæ. vt c.dudum, & in c.cõſultiſſimo. de reb.
6 eccle.nõ alie.lib.vj. † Fallit ẽt quod hic dicitur in re dotali, quę
eſt in dominio mariti, & ita poteſt eſſe in dominio alterius, ta-
men quia non poteſt alienari, obſtante prohibitione legis. de
fun.do. non dicitur eſſe in commercio, & ſi extraneus legaret il
lam rem, non valeret, etiam vt debeatur æſtimatio. ita voluit gl.
in l.dotalem.s̃.de re mili. Sed cõiter per oẽs reprobat̃. & in ɔ̃triũ
videtur eſſe caſus in l.cum pater.§.pater qui filio.j̃.tit.j.& plenè
de hoc per Bart.in l.cum lex.j̃.de fideiuſ. In text. ibi, [furioſi.]
7 † No.ꝙ ex ſermonibus cognoſcitur furioſus, vel fatuus, vt etiã
habetur in l.pen.s̃.de cond, inſti. etiam ex geſtis, vt in l.ob quę vi
tia.s̃.de ædil.edic. In fi.tex.ibi, [niſi iuſſu principis.] no.ſm Bal.
ꝙ omnia quę ſunt reſeruata principi, cenſentur eſſe impoſſibi-
b lia, & tanquam de impoſſibilibus [b] iudicandum. Sunt autem
multa, quæ reſeruantur ſoli Papę quę no.in c.quod ad transla
tionem.de offi.deleg.& in Spe.eo.tit.& quę reſeruãtur ſoli Im
peratori, vt reſtitutio natalium, venia ętatis, & creatio notario-
rum, & reſtitutio famę, vt in l.j.§. de qua autem. de poſtulan.&
8 de his qui ve.ęta.impet.l.ij.vel iij. † Et per iſtum tex. determinat
Bar.ꝙ cum religioſi mendicantes non poſſint noua loca acqui
quirere ſine licentia Papæ, legatum eis factum, cum hoc onere
ꝙ debeant aliquem locum acquirere, & ibi conſtruere mona-
ſterium, valet reiecto onere, tanquàm impoſſibili, cùm nõ poſ
c ſit obtineri niſi de Papę licentia, [c] & impoſſibilis conditio, vel
onus reijcitur de legato, non autem vitiat. vt in l.j. de cond.inſt.
Sed Bal.no.in l.cum alienam. C.de lega. dicit hoc onus conuer
tendum in alium pium vſum, quod poteſt fieri cum conſenſu
immediati ſuperioris, poſtquàm iſtud erat inualidum. vt l.lega
tum.de vſufru.leg.cum l.ſeq. licèt ſi fuiſſet validũ, nõ potuiſſet
commutari in alium ſine licentia Papę, vt in cle.quia cõtingit.
de relig.do.& no.in d.l.legatum.cum l.ſeq. per Bart. Per iſtum
9 etiam tex.cõſului. † Cùm quidam doctor Mutin.moriens Fer-
rarię, & mandans heredi ſuo, ꝙ intra annum corpus ſuum & fi
lij ſui, quod erat ibi ſepultum, portaret Mutinam, aliàs priua-
bat ipſum hereditate, & eam relinquebat cuidam alteri. heres
aũt intra annũ voluit hoc facere, ſed fratres minores apud quos
erãt corpora, nõ permiſerunt, nec permittere tenebantur, niſi
iuſſu Papę, poſtq̃ non ſuberat iuſta cã, vt no.C.de relig.l. pe.vel
fi.ꝙ non inciderit in pœnam, & ꝙ non potuerit ſibi imputari,
quare non procuraſti hr̃e licentiam a Papa, quia obtinuiſſes,
nam poterat rñdere, ꝙ hoc non eſt veriſimile. quia ius pręſumit
ꝙ potius impoſsibile, ideo non tenebatur hoc intentare. Et ꝑ
hoc tex.expreſſus no.in fi.j̃ ad Tert.l.ij.§.tractari.ver.finge autẽ.
Ibi, aut hoc imputatur matri, cur nõ deſiderauit a principe &c.
vbi eſt expreſſum. & ſic non incidit in pœnam, vt Inſtitu. de hę
red.inſti.§.impoſsibile.& infra de his qui pę.no.in l.j. in fi. licèt
viderim tunc conſi.do. Raph.Fulg. conſulentis contrarium. de
quo fui valde miratus, nec alij voluerunt ipſum ſubſcribere, ex
cepto vno. & fuit magna.q. quam habui Bonon.

ADDITIONES.

a ¶ Aeſtimatio. Adde Abb.conſi.45.2.lib. Ro.latè conſi.509.
b ¶ Impoſsibilibus. Adde Abb.conſi.proxi. allegato.
c ¶ Licentia. Sed quid ſi teſtator dicat, & ſi de iure fieri non poteſt dicta cõ
ditio habeatur pro nõ appoſita, an tunc debeatur æſtimatio? Vide Fed.
conſi.175.& an cum legatur fratrib.minorib. debeatur æſtimatio, vide
per Ang.conſi.223. Fed.conſi.12.

---

1 *Legatum qñ valeat de re teſtatoris, ſiue ſit corporalis, ſiue incorporalis.*
2 *Sed caſus in quibus non habet locum regula Catoniana,*
3 *An habeat locum etiam in legatis, quæ non ſunt omnino inutilia, & an de*
*beatur ſaltem æſtimatio,*
4 *Quòd iſta regula non habeat locum in legatis conditionalibus.*

## LEX XLIII.

1 CAetera igitur. † Valet legatum de re te-
ſtatoris, ſiue ſit corporalis
ſiue incorporalis, niſi ſit affixa ędibus, quia tunc ob
ſtante prohibitione ſenatuſconſulti, quod inhibet
ab ędibus ſeparari, ne vrbs deformetur ruinis, nõ valet legatũ,
nec reconualeſcit, licèt poſtea ab ędibus ſeparetur, niſi fuerit le
gatum conditionale, & ea pendente ſeparetur. h.d. vſq; ad §.itẽ
queri põt, & tota iſta l.cum duabus ſeq. tractat de iſta materia,
determinans plura dubia occurrentia circa dictum ſenatuſcõ.
2 † No. hic duos caſus, in quibus habet locum regula Catoniana
.ſ.qñ legatũ erat nullum propter qualitatem rei legatę dunta-
xat, vt quia erat iuncta ędibus. Item qñ mixta cõſideratione rei
& legatarij, vt quia erat res illius legatarij, poterat.n.legari alte-
ri, ſed non iſti. & ille erat capax alterius legati, non iſtius. Et ad-
dit quatuor caſus, quos recolligit Dy.& Bar. eos proſequitur in
l.j.j̃.de reg.Cato.& ſcias ꝙ non habet locum hęc regula, qñ de-
fectus ceſſaret ex cauſa quę retro fingitur. vt j̃. eo.l. ſeruum filij.
in prin. ſecundum intellectum Bart. nec habet locum qñ eſſet
nullum ꝑꝑ conditionem legatarij duntaxat, vt quia erat inca-
pax tempore teſtamenti, quia ſi tẽpore mortis reperitur capax
a reconualeſcit [a] legatum, vt in l.3.§.qñ autem.j̃.de iure fiſ. quod
facit ad q. ſi pater legat filio ſuo ſpurio, & tempore mortis repe-
ritur legitimatus, an reconualeſcat? videtur ꝙ ſic per illum §.
In ɔ̃trium, quia hic eſt nullum mixta conſideratione legantis &
legatarij, quia teſtator poterat alteri relinquere, ſed non iſti, &
econuerſo, iſte poterat capere ab altero, ſed non a teſtatore, vt
no.gl.in Auth.qui mona.effi. ſui.§. fi. Et qñ eſt nullũ, hoc mo-
do regula locũ habet, vt Inſt.de leg.§ an ſeruo. Sed ibi loquitur
qñ teſtator potuit prouidere timore teſtĩ huic defectui. ſ. ma-
numittendo ſeruũ, vel relinquendo ſibi libertatẽ. Sed nõ ſic eſt
in libertate ſua filiũ legitimare ſm Bart. qui ꝑ hoc tenet primã
partẽ. ar. in l.quia rõ. j̃.de cond.inſt. vt ipſe no. in d.l.j.de reg. Ca
3 to. † No. etiam hic regulam illam habere locũ ẽt in legatis quę
q̃ non ſunt oĩno inutilia, vt eſt iſtud, quia ſaltem valet vt debea
tur ęſtimatio, vt j̃.ea.l §. ſi duob.in fi. Sed certè ſatis eſt, ꝙ ſit nul-
lum reſpectu rei legatę, vt regula locum habeat, ex quo patet ꝙ
res legata non põt peti ipſo iure, ſed ſola ęſtimatio, ſi enim poſ
ſet ipſo iure peti, ſed obſtaret exceptio, & perueniret̃ ad ęſtima
tionem officio iudicis, regula non haberet locũ, quia ceſſante
defectu, non reconualeſceret legatum in ſubſtãtia, cum ipſam
iam haberet, & ideo ceſſaret regula, ſed reconualeſceret in effe
ctu, quia ceſſaret exceptio. Et tamen iſte tex. vult ɔ̃trium, ꝙ nul-
lo modo recõualeſcat, ſi ſeparetur ab ędificio poſt teſtamentũ.
Vltimò

---

ADDITIO.

a ¶ Reconualeſcit legatum. Adde Alex. de Imo. in conſi.40. col.fi. circa fi j.
vol.& in conſi.29.col.fi. in 4.vol.

4 Vltimò no.† iſtam regulam non habere locum in legatis con
ditionalibus. Rō eſt, quia poſtq̃ teſtator ſuſpendit legatum, ſi-
militer & lex ſuſpendit qualitatem, vel ſubſtantiam eius, vt ſic
non ſit ſtatim nullum, ſed in pendenti vſque ad mortem teſta-
toris, & ſi tunc reperiatur cã nullitatis ceſſare, fingitur retro va-
luiſſe, ſi ſecus, fingitur retro non valuiſſe. Sed qñ eſt purum, te-
ſtator nõ ſuſpendit, & ſic vult ſtatim valere, vnde nec lex ſuſpẽ
dit. Sed ſi non põt valere, ſtatim reddit ipſum nullum, non aũt
ponit in ſuſpenſo & ſi eſt nullum, nõ reconualeſcit. Et hæc eſt
clara rõ, licèt aliter loquamur. Glo. tñ fi. huius l. limitat hoc de
conditionali, quando eſſet talis conditio, quæ ſuſpenderet ſi te
ſtator moreretur tpe teſtamenti, alias dicit regulam habere lo-
cum, vt ſi lego tibi rem etiam ſub cõditione ſi tpe mortis meę
deſierit eſſe tua. Nam ſi tpe teſtĩ morerer, quia erat tunc tua, le
gatum eſſet nullum, & non in ſuſpenſo, & ideo licèt deſinat eſ
ſe tua poſt mortem meam non reconualeſcit ſm Roge. Doct.
tenent ↄ̃rium per l. j. in fin. de reg. Cato. vbi dicunt eſſe caſum.

§. Item quæri poteſt. Not. hic ꝙ poſſum de v-
na domo mea extrahe-
re iniuncta, & aſportare vel imponere ea alteri domui meæ, q̃a
licèt deformem aſpectum publicum in vna, reformo tamẽ in
altera, & propter hoc toleratur. Et hoc eſt verum, ſiue ambæ
ſint in eadem ciuitate vel loco, vt hic, ſiue in diuerſis. vt j. ead. l.
§. ſed & ſi quis. in fi. non tñ licet de domo quam habeo in ciui-
tate, ad domum quam habeo in villa. vt C. de ædi. priua. l. ſi quis
poſt hanc, ſed econtra ſic. vt j. eo l. ſenatus. §. j. Dubitatio autem
erat hic, quia ſi habebam duas domos, ſicut poteram de vna au
ferre. & ponere in altera, ita videbatur ꝙ ſi vnam tibi legabam,
alteram reſeruabam, poſſem etiam tibi legare, vt de reſeruata
poſſes aſportare ad legatum. Sed contra eſt, quia non eſt idem
dominus vtriuſque. & ſenatus nõ permittit, niſi ei qui eſt do-
minus vtriuſque, & poſſeſſor.

1 *Poſſum de vna domo mea auferre iniuncta & ponere in altera domo mea*
*ſi ſum remanſurus dominus & poſſeſſor vtriuſque.*
2 *Non eſt licitum mihi remouere iniuncta de domo communi, etiam cum vo*
*luntate ſocij, & aſportare ad propriam.*
*Si ſunt duo domini vnius caſtri, & ibi eſt ordinatum ꝙ de territorio non*
*poſſint extrahi victualia ſub certa pœna, & vnus illorum extrahat ut*
*portet ad aliud caſtrum, quod erat ipſius ſolius, quòd incidat in pœnã.*
3 *Si aliquæ eccleſiæ habent conſuetudinem infeudandi aliquem & eius libe*
*ros maſculos, & etiam vnam fœminam, quæ poſſideat bona patris intel*
*ligitur de illa quæ ſuccederet patri inſolidum, non de illa quæ ſimul cũ,*
*fratrib. maſculis.*
4 *Sicut non poſſum remouere iniuncta domui meæ, & illa vendere reſerua*
*tis parietibus, ita nec econuerſo.*
5 *Licèt non valeat legatum factum ab ipſa iniuncta, vt debeant remoueri*
*& poſſint peti, tamen valet vt debeatur æſtimatio illarum rerum.*

1 §. Si duobus. † Hic determinat vnum dubium circa
§. præced. Nam poſſum de vna domo
mea auferre iniuncta, & ponere in altera domo mea, ſi ſum re-
manſurus dñs & poſſeſſor vtriuſque, vt ibi. Sed quid ſi vnam le
go tibi & Titio, alteram tibi ſoli, & etiam lego ea quæ ſunt iniũ
cta perſonæ, vt poſſis ponere in hac ſecunda, an valeat? videbat̃
ꝙ ſic, quia tu eras dñs vtriuſque, vnius inſolidum, alterius ꝑ par
te vnà cum Titio. Contrarium eſt, quia permiſſio ſenatuſcon-
2 ſulti loquit̃ de illo qui eſt dñs vtriuſque inſolidum. † Not. ergo
ꝙ non eſt mihi licitum remouere iniuncta de domo commu-
ni, etiam cum voluntate ſocij, & aſportare ad propriam. quod
not. Et no. ſi facio, debeo puniri, & etiam ſocius, qui conſentit,
vt in l. ſi quis poſt hanc. C. de ædif. pri. ſicut ſi eſſet illius ſolius.
& facit in ar. ſm Bal. ꝙ ſi ſunt duo domini vnius caſtri, & ibi eſt
ordinatum ꝙ de territorio non poſſunt extrahi victualia ſub
certa pœna, & vnus illorum extrahit, vt portet ad aliud caſtrũ,
3 quod erat ipſius ſolius, incidat in pœnam. † Itẽ facit in arg. nam
quædam eccleſię habent conſuetudinem infeudandi aliquem
& eius liberos maſculos, & etiam vnam fœminam quæ poſſi-
deat bona patris, vt intelligatur de illa quæ ſuccederet patri in-
4 ſolidum, non de illa quæ ſimul cũ fratrib. maſculis. † Et ſic illis
exiſtentibus non poſſit infeudari fœminam. Item not. hic ver.
(& quid ſi quis. &c.) ꝙ ſicut non poſſum remouere iniuncta
domui meæ & illa vendere, reſeruatis parietib. ita nec ecõuerſo
reſeruare iniuncta, & vendere parietem, & non valebit vendi-
tio, nec legatum factum de parietibus reſeruatis iniunctis. Vlt.
5 no. limitationẽ ad totam hanc materiam, † ꝙ licèt non teneat
legatũ factum ad ipſa iniuncta, vt debeant remoueri, & poſſint
peti, bene tñ valet vt debeatur æſtimatio, qm̃ illarum rerum pe
nes nullum ſit commercium de per ſe, ſed tñ cum ædibus eſt
commercium penes omnes, & ſic non obſt. l. apud Iulia. §. fin.
circa fi. ſ. eo. quia loquitur qñ non erat commercium quoquo
modo. vt ibi dixi & l. ſi quis inquilinos. j. eo. Et declara prædicta
vt dixi in prin. huius l. quia quantum ad rem nõ valet legatum
aliàs non haberet locum regula Catoniana, debet ergo peti
æſtimatio. aliàs libellus eſſet ineptus, & ſuccumberet actor, vt
in l. j. ſ. ſi menſ. fal. mod. dixe. hic non ſunt alia.

1 *A fauore publico receditur propter alium fauorem publicum maiorem.*
2 *Maior eſt fauor publicus conſiſtens in publica vtilitate, quàm conſiſtens in*
*decore, & aſpectu publico.*
*A fauore publico vnius ciuitatis non receditur propter fauorem publicũ*
*alterius ciuitatis etiam maiorem.*
3 *Poteſt quis remouere de domo quam habet in vna ciuitate, vt ponat in do*
*mo quam habet in altera.*
*Si in iſta ciuitate ſit ſtatutum quòd nullus poſſit extrahere victualia de*
*territorio, ſub certa pœna, & aliquis faciat tranſitum per territorium hu-*
*ius ciuitatis ad aliud, an incidat in pœnam.*
4 *Si hic ſit ordinamentum quòd panni forenſes non immitantur in ciuitatẽ*
*iſtam ſub certa pœna, debet intelligi de illis qui intromitterent, vt hic ope*
*rarentur, ſecus ſi per tranſitum ad alium locum.*
*Legatum an ſit quoddam commercium.*

1 §. Sed ſi quis. ¶† No. hic primo, ꝙ a fauore publico
receditur propter alium fauorem pu-
blicum maiorem, nam fauore publico emanauit prohibitio
ſenatuſconſulti, ne vrbs deformetur ruinis. & nihilominus ab
hoc fauore receditur, qñ propter vtilitatem publicam remo-
2 uentur iniuncta. ¶† No. etiam, ꝙ maior eſt fauor publicus con
ſiſtens in publica vtilitate, q̃ conſiſtens in decore, & aſpectu pu-
blico. ¶ Item no. ꝙ a fauore publico vnius ciuitatis non recedi
tur propter fauorem publicum alterius ciuitatis ẽt maiorem.
3 Vltimò no. in fi. ꝙ põt q̃s remouere iniuncta de domo quã hẽt
in vna ciuitate, vt ponat in domo quam habet in altera, & ſic
diuerſitas ciuitatis non impedit, & inducitur in argumentum,
licèt parum faciat iſte tex. Si in ciuitate iſta eſt ſtatutum, ꝙ nul
lus poſſet extrahere victualia de territorio, ſub certa pœna. qui
dã portat victualia de territorio Vicentino ad territoriũ Ferra-
nen. & facit tranſitum per territorium huius ciuitatis, an inci-
dat in pœnã? vr̃ ꝙ ſic, quia incidit in verba ſtatuti immittendo
in territorium, & poſtea extrahendo. Contrarium tenent Doc.
quia debet intelligi de illo qui originaliter extraheret de iſto ter
a ritorio, non faciente tranſitum.[a] Et iſtud melius probatur in l.
ſi quis poſt hanc. C. de ædi. priua. circa fin. & ibi vide per Cyn.
4 † Similiter cum hic ſit ordinamentum, ꝙ panni forenſes non
immittantur in ciuitatem iſtam ſub certa pœna, debet intelligi
de illis qui intromitterent, vt hic operarentur, ſecus ſi per tranſi
tũ ad alium locũ. ¶ Vltimò eſt hic vna gl. quæ videtur dicere, ꝙ
legatum ſit quoddam commercium. Ideo ſi ſtatutum diceret,
ꝙ de mercantis ſoluatur gabella tm̃ pro libra, debebit ſolui de
legatis. ↄ̃rium eſt verius, qui non eſt propriè commerciũ ꝑ ea
q̃ no. in l. legatis ſeruis. de leg. iij. per Bar. dic vt hic & ibi per eũ.

ADDITIO.

a ¶ Tranſitum. Adde Alex. latè. conſi. 86. 4. lib.

1 *Debitor reipub. licèt non habeat vnde ſoluat, non poteſt iniuncta ædibus*
*ſeparare, vt vendat & ſoluat.*
2 *Officiales publici propter debitum publicum non poſſunt deſtruere domũ*
*debitoris, nec recipere tigna vel tegulas, ſiue alia iniuncta, vt vendant*
*pro debito publico.*
3 *Quid ſi debitor abeſt, & nõ reperitur qui emat domũ, ſed q̃ emeret tigna.*

1 §. Hoc ſenatus. ¶† No. hic in fi. ſingulariter, ꝙ de-
bitor reipub. licèt non habeat vn-
de ſoluat, non põt iniuncta ædibus ſeparare, vt vẽdat, & ſoluat.
Maior ergo eſt fauor publicus in ædificio publico, propter qđ
poſſunt remoueri, vt ſ. proxi. §. quàm ſit in exſolutione debiti
2 publici. † No. ẽt per hoc, ꝙ officiales publici propter debitum
publicum non poſſunt deſtruere domum debitoris nec recipe
re tigna vel tegulas, ſiue alia iniuncta, vt vendãt pro debito pu-
3 blico. † Quid ergo ſi debitor abeſt, & non reperitur qui emat
domum, ſed qui emeret tigna? ſic adhuc habet locum iſte tex.
vt potius reſpublica debeat carere debito quàm deformare ci-
uitatem ruinis. Tene menti. Sed in vrbe Romana vbi fuerunt
conditæ iſtæ leges, peſſimè videntur ſeruari, nam contra contu
maces mittunt baiulos cum inſtrumentis ferreis, & faciunt an-
gulos domus cauari. & deſtrui tecta, & quaſi per totam vrbem
videntur eſſe deformitates, quod eſt valde mirandum, ꝙ de tan
tis moribus venerunt ad tantam verecundiam, & vocantur li
pichioni, & ſi ibis Romam videbis hoc.

1 *Appellatione domus continetur porticus.*
2 *Statutum ſi punit maleficium & iniuriam illatam alicui in domo ſua, an*
*comprehendat illatam in porticu.*
*Differentia inter domum, & ædem.*
3 *Statutum ꝙ nullus poſſit capi in domo propria, an poſſit capi in apotheca*
*ſua quam tenebat ad vendendum pannos.*

1 §. Hoc ſenatus. ¶† Not. hic ſecundum quoſdam
quòd appellatione domus conti-
netur porticus. Dicitur autem porticus quæ habet tectũ, & nõ
parietem hincinde, vt patet per totam iſtam ciuitatem, & etiã,
2 Bonon. ſed Florentiæ non ſunt iſtæ porticus. † Et ex hoc vide-
tur, quòd ſi ſtatutum punit maleficiũ, & iniuriam illatam ali-
cui in domo ſua, quòd ſi inferatur ſibi dum ſtat in porticu ſua
ante oſtium domus, dicatur illatum in domo. Sed iſte text. po-
tius facit in ↄ̃rium ſecundum Bart. quia dicit, extenditur, & ſic
de pro-

de proprio ſignificatu non comprehenditur, ſed per extenſio-
nem iuriſconſulti factam ad ſenatuſcõſul. Et de iſta vide hic ꝑ
Bar. qui facit differentiam inter domũ & ædem. domus eſt illa
quæ inhabitatur. ædes aũt latius eſt vocabulum, quia dicitur ab
ædificando. vñ comprehendit quodlibet ædificium ſm eũ, ſed
iſte tex. vr̃ tenere ꝯriũm. dum dicit ſenatuſconſultũ factũ in ædi
bus extendi ad porticũ & vallum, & ſic ſumitur ædes pro do-
a mo. Facit ẽt ad q̃onem quam vidi Senis. [a] †Cũ ſtatutũ dicat, ꝙ
3 nullus poſſit capi in domo propria, an poſſit capi in apotheca
b quam tenebat ad vendendum pannos. [b] Adde quod hr̃ in l. lex
Cornelia. de iniu. §. domum. ¶ No. ẽt ꝙ prohibitio ſenatuſcon
ſulti non ſolum habet locũ in his quæ ſunt infixa, ſed ẽt in aliis
nõ infixis, ſi poſtea erãt vt perpetuo eſſent, ver. [quid ergo. Ve-
runtamen ſenatus mens, &c.] videtur corrigere quod s̃. dixerat
de cancellis & velis, ꝙ põt legari, & de tabulis pictis, quia imò
non poſſunt, cum iſta fuerint appoſita vt eſſent perpetuo.

ADDITIONES.

a ¶Ad quæſtionem quam vidi. Adde ꝙ hoc conſilium Pau. de Caſt. eſt con-
ſil. 212. inci. ⁊ viſo puncto. ſupra & conſiliis in antiquis, & quãdo apothe
ca veniat appellatione domus, vide vltra ea quæ poſui ad Alex. eun. Pau.
in conſ. 92. incip. notandum eſt, ꝙ ſi domus. & in conſil. 451. incip. de eo
quod quæritur. in eo. vol. conſ. anti. Fran. Cur.

b ¶In apotheca. Adde eundem conſ. 41. & an factum in porticu dicatur fa-
ctum in domo. vide per Spe & Io. And. in addi. in tit. de iniu. §. j. ver. ſed
pone. Io. And. in c. in alia. de imu. eccle. ſed quia ſumus in ciuitate Vene-
tiarum ſi quis legat omne frumentum quod habet in ciuitate, an veniat
illud quod eſt in porticu maris ciuitatis, tex. habes ſingularem ſecũdum
Rom. in l. ſi quis ita. de aur. & arg. lega. ¶Et adde tu ꝙ dominus meus do.
Bar. Soc. in conſ. ſuo 211. col. fi. all. Bal. hic & in rub. ſupra ſol. ma. ꝙ id dici
tur fieri in domo quod fit in porticu. & quando appellatione domus ve-
niat capanna, vel fortilitium. vide per d. Pet. Phil. Corn. in conſ. 206. in 3.
parte. & per Cep in tract. de ſer. vrb. prædi. ca. 44. Ser.

---

1 *Textus hic ꝙ poſſit intelligi duobus modis, & qui ſunt.*
2 *Deſtinata ad aliquid faciendum, antequam fiant nõ habentur pro factis, & quando habeantur pro impoſitis.*
3 *Inſpicitur primum propoſitum, quando fuit licitum, & ex illo redditur licitum id quod ſequitur.*
4 *Statutum contra ementem frumentum in foro, & vendentẽ, non habet locum in illo qui pro vſu ſuo, licèt poſtea fortè non indigens illud vendit.*
5 *Propter factum hæredis non debet legatum extingui, licèt contrarietur naturæ legati.*

1 **§. Sed ſi parauerit.** ¶†Iſte tex. põt intelligi duo-
bus modis. Primo, ꝙ teſtator
detraxit de vna domo ſua tigna, vel columnas, vt ponerentur
in altera domo ſua, quod licitè facere poterat. nondum tamen
impoſuerat, vel ꝙ non detraxerat de alia domo, ſed emerat, &
deſtinauerat ad ponendũ, non tñ impoſuerat, q̃ritur an poſſit
illa alteri legare? videbatur ꝙ non, quia poſtq̃ deſtinauerat ad
imponendũ, videbant̃ haberi pro impoſitis. arg. j̃. de aur. & arg.
leg. l. ſi non fuit. § quid ergo. & s̃. de act. emp. l. fundum. in fi. cũ
l. ſeq. in fi. Contrarium tñ hic dr̃, ꝙ valet, quia non habentur ꝓ
2 impoſitis. †Et ſic no. quòd diſtinata [a] ad aliquid faciẽdũ, anteq̃
a fiant nõ habet̃ pro factis. ſed ob. iura ꝯria. Sed dic quòd quan-
tum ad hoc, vt cedãt in legato, vel venditione illius rei ad quã
ſunt deſtinata, locũ hñt contraria, vt interdũ cedẽt, & habent̃ ꝓ
impoſitis, ſi ſemel ibi fuerunt, & poſtea fuerunt inde remota,
vt reponeretur, aliàs ſecus. Sed quantũ ad hoc vt quis incidat in
pœnã, & legatũ factum de deſtina. valeat, acſi eſſent appoſita,
nõ hñr pro impoſitis, vt hic. Sed ſuper hoc vide hic vnã longã
diſtinctionẽ Bar. ad quã ſemp remittit̃. No. ẽt tenẽdo primũ in
3 tellectũ, †quòd inſpicit̃ primũ propoſitũ qñ fuit licitũ, & ex illo
redditur licitũ id quod ſequit̃. nãm licitè poſſum remouere de
vna domo mea, vt ponam in altera, ſed nõ poſſum licitè vt alie
nẽ vel, legẽ alteri, certè ſi remoui vt ponã in altera, & ſic licitè,
licèt poſtea mutẽ propoſitũ, & nõ ponã, ſed alteri legẽ, vel ven-
dã, valet legatũ & venditio, & reddunt̃ licita pp primũ propoſi
4 tum licitũ, vñ inducitur ad q. †Si ſtatutũ eſt ꝯ ementẽ frumen-
b tũ in foro & vendentẽ, nõ hẽt [b] locũ in illo q pro vſu ſuo, licèt
fortè poſtea non indigens illud vendat, & ad hoc inducit & al-
legat Gui. de Cu. hunc text. in l. j. §. Idẽ Cecilius. s̃. de exerci. de
quo ẽt vide hic per Bar. in diſ. an ſit verũ indiſtinctè quòd inſpi
5 ciatur primũ propoſitũ. †Vltimò no. quòd pp factũ hr̃dis non
debet legatum extingui, licèt factũ illud ꝯriet̃ nãæ legati, quia
non debet eſſe in ptãte ſua ſe liberare à legatario, licèt ſi illud
fuiſſet factum à defuncto legatũ extingueret̃. pro hoc j̃. de lib.
leg. l. ſi id quod. & j̃. eo. l. ſeruũ filii. §. ſi pocula. ſm vnum intelle
ctum quẽ tangit glo. Si ergo hæres ẽt ignorãs ſeruũ legatũ oc-
cideret, vel manumitteret, legatũ non extingueret̃, & ſic poſſet
cõueniri ad eundẽ ſeruũ, & cogeret̃ ſoluere æſtimationẽ. non
quòd æſtimatio eſſet in obligatione, ſed in ſolutione, & officio
iudicis. Et ita hic, ſi iſta quæ fuerunt legata ꝑ hæredẽ iniungan
tur domui, nam remanent in obligatione, qm̃ à principio cũ
eſſent ſeparata ab ædibus tp̃e teſtamenti tenuit in eis legatum,
& non fuit extinctũ, ſed qñ tp̃e teſtamenti non eſſent ſeparata,
non tenuit in eis legatum, ſed in æſtimatione, vt s̃. eo. l. cætera.
§. ſi duobus. in fi. Ex quo ſequit̃ ꝙ hic, qñ erant ſeparata, & poſt
ea fuerunt per hæredem iniuncta, ſi deinde ſeparent̃, ipſa debe-
rent præſtari, quia ſunt in obligatione, ſed qñ erant iniuncta, li
cèt poſtea ſepararent̃, non poſſet hr̃s ea præſtare inuito legata-
rio, quia legatũ tenuit in æſtimatione, & non in illis. Poſſet tñ
dici ꝙ q̃a debet̃ æſtimatio reſpectu certarum ſpecierũ, ꝑ ſolu-
tionẽ illarũ ſpecierũ liberatur ab obligatione quantitatis. ꝑ l. fi-
deiuſſor euictionis. j̃. de doli exce. Glo. tñ hic in l. ſeq. opp. de l.
in ſumma. §. pe. de condi. indebi. ꝑ quam vr̃, ꝙ hæres nõ teneat̃
ſi fecit ingnoras. Sed ſoluit ꝙ ibi in condõne indebiti, quæ orit̃
in eo ꝙ recipiens efficit̃ locupletior, & non vltra, ſi non fuit in
dolo, vt l. ſi non ſortem. § libertus. ante fi. e. ti. ſi manumiſit igno
rans, nec fuit in dolo, nec locupletior, ideo non tenet̃. Hic loq-
tur in actione ex teſtõ, quæ contrahit̃ ad ipſam rẽ legatã, ideo
ignorãtia hr̃dis nõ debet p̃iudicare legatario. Præterea hic effi-
citur locupletior iniungendo domui ſuæ. Non ſunt alia, &c.

ADDITIONES.

a ¶Deſtinata. An deſtinatum habeatur pro facto, vide Alex. conſi 96. 4. lib.
& quid de pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum. vide per Ludo.
Roma. conſ. 180.

b ¶Non habet locum. Adde eundem Pau. de Caſt. in l. 2. ſupra ſi cer. pet.
Bal. in l. j. §. vnde Offilius. ſupra de exercito, & Alb. in tra. ſta. q. 71. & in 2.
parte quæſtio. 203. Franc. Cur.

---

1 *Poteſt quis paruam domunculam ruſticam deſtruere, & aſportare iniunctam ad ciuitatem.*
2 *Domunculã paruam factam in re dotali poteſt maritus deſtruere, ẽt inuita vxore, ſecus in domo magna, etiam ſi vellet ſibi reſtituere ſumptus.*

## LEX XLV.

**SEnatus.**

1 **§. Marcellus.** ¶†No. hic ꝙ põt q̃s paruã
domũculã ruſticã deſtrue-
re & aſportare iniunctã ad ciuitatẽ. Idem tñ vr̃ ſi nõ eſſet parua.
Pone exemplũ in comitatu Flor. vbi ſunt magna palatia, certè
non prohibet̃ dñs deſtruere, & portare ad ciuitatẽ, q̃a ceſſat rõ
ſenatuſconſulti, licèt ſecus econuerſo. vt in l. ſi quis poſt hanc.
2 C. de ædi. priua. † In caſu tñ huius §. bene vr̃ dr̃ia inter paruã do
munculã factã in re dotali, quã maritus põt deſtruere ẽt inuita
vxore, vt hic. & magnã domũ, quã non poſſet ea inuita, ſi vellet
ſibi reſtituere ſumptus. Sed ſi nollet, poſſet tanquã expenſa vo-
luntaria, in qua permittitur abraſio, ſine tñ detrimento vxoris,
vt in l. pro voluntariis. s̃. de impenſis. nec maritus donare cõpel-
litur, licèt in re aliena hoc fecerit, q̃a nõ fecit tanq̃ in propria ꝑ-
petuò duratura. licèt tũc eſſet ꝓpria, q̃a ſperabat̃ ad mulierẽ re-
dire, & ſic fecit animo repetendi, ſecus quando in re aliena tan-
quam propria, vt l. adeo. §. ſi quis. de acqui. re. do. Non ſunt alia.

---

1 *Legatum poteſt conferri in liberam voluntatem legatarij, non ſic hæredis, vel extranei.*
2 *Legatũ ſi conferatur in voluntatem hæredis, vel extranei, quãdo valeat.*
3 *Stipulatio an poſſit committi in voluntatem creditoris, & an debitoris.*

1
a **§. Legatum.** ¶†Legatũ põt conferri in liberã volũ-
tatẽ legatarij, nõ ſic hr̃dis, vl' extranei, [a]
h. d. tex. cum glo. ¶In tex. ibi, [hæredis non põt,] quia non dẽt
eſſe in eius voluntate an obliget̃ vel nõ, vt in l. cum ſub hac. de
act. & obl. & q̃a p̃ſumeret̃ ſimplr̃ nolle, & diſtingue br̃, ꝙ in vo-
luntate legatarij põt indiſtinctè cõmitti ẽt per verbũ importãs
liberã voluntatẽ, & ẽt ipſam ſubſtantiã legati, vt lego tibi ſi vo-
les, & quid importat iſta ꝯdõ. cũ ẽt ſi nõ eſſet appoſita ſubintel-
ligeret̃, tetigi. s̃. e. l. legatarius. §. j. q̃a obuiat principio acquiſitio-
nis, nõ. n. acquirit̃ legatario verè, vel fictè, ẽt adita hr̃ditate, niſi
declaret ſe velle, & interim decedens nõ trãſmittere, vt j̃. eo. l. ſi
ita. §. illi. & l. ſi ita expreſſim. de ꝯdi. & dem. ſecus ſi non eſſet ap-
poſita, quia tunc ineſſet reſolõni, nã acquireret̃ ignorãti. Sed ſi
repudiaret, fingeret̃ nõ acquiſita. vt d. l. legatarius. §. j. & decedẽs
2 tranſmitteret ptãtẽ acceptandi. † Si aũt in volũtate hæredis, vel
extranei (nã nõ facio dr̃iam in hoc) tunc refert an in voluntatẽ
tacitã. vt lego tibi ſi hr̃s meus, vel Titius capitoliũ aſcẽderit, &
valet, licèt in ſua voluntate ſit aſcendere, vel non, vt l. nonnunq̃
de ꝯdi. & dem. aut in voluntatẽ expreſſam, & tũc aut per verbũ
importans arbitrium boni viri, vt ſi fuerit arbitratus, ⁊ vel ſi pu-
tauerit, vel æquũ crediderit, vel ſi ſibi placebit, & valet, vt l. ſi ſic
j̃. eo. in princ. & q̃ ſunt verba importantia arbitriũ boni viri, dic
vt ibi ꝑ Bar. & rõ huius eſt q̃a ſi arbitraret̃, & malè, recurreret̃ ad
arbitriũ boni viri, q poſſet reformare, & ſic legatũ eẽt nullũ. Si
tñ non arbitraretur, tunc iſto caſu qñ ꝯdõnalr̃ eſt ꝯmiſſum, nõ
recurreret̃ ad arbitriũ boni viri. Sed legatũ eſſet nullũ, vt no. ꝑ
gl. & Doc in l. j. j̃. ti. j. Aut per verbũ, qd̃ importat liberã volunta
tẽ, vt verbũ volo, & tunc aut per dictionẽ q̃ importat principa-
liter tp̃s, & ſecundario ꝯdõnẽ, vt eſt dictio cum, & tunc valet, q̃a
non cenſetur commiſſa ſubſtantia, vt j̃. de leg. 3. l. fideicommiſ-
ſa. §. hoc aũt legatũ. aut per dictionẽ quæ importat principali-
b ter conditionẽ, vt ſi voles, vel ſi volueris, [b] & tunc non valet, vt
ea. l.

ADDITIONES.

a ¶Vel extranei. Adde vt per Ang. conſ. 201. per Old. conſ. 156.
b ¶Si volueris. Quid importet legatũ factũ tali mõ, lego tibi domum ſi vo-
lueris ſoluere oĩa mea legata, vel omne ius ſuũ. per eun. Pau. conſ. 245.

ea.l.§.qq̃, & hoc qñ apponit̃ origini. Si aũt reſolutioni, vt lego niſi hr̃s meus voluerit, tũc qa legatum eſt purũ, licèt veniat re-
3 ſoluendũ voluntate, valet, vt ea.l.§.ſi fideicommiſſum.† In contractibus aũt ſimiliter in voluntate creditoris pôt committi ſtipulatio, vt promitto tibi ſi velles, quia eſt obligatoria ex vna tm̃ parte, vt in l.a Titio.de verb.obl.in fi. Sed in contractib. vltro citroque obligatorijs ſecus, vt in l. in ementis. C. de contrahen. emp. An autem in voluntate debitoris, vt promitto tibi ſi volã, vel cum voluero, dic vt in l. centeſimis.§.fi.de verb.obliga.& in l.cum ſub hac. de actio.& oblig.nam eſt materia ſubtilis, & periculoſa, vt ibi no per Bar.

1 *Homo liber, in quo alius habet ius pignoris, poteſt ſibiipſis legare, & prodeſt legatum.*

2 *Si redimo aliquem ab hoſtibus, qui ante captiuitatem erat liber homo, & poſtea fuit effectus ſeruus hoſtium, cum redit ad ciuitatem recuperat libertatem reſpectu omnium, me excepto quouſque reſtituatur mihi pecunia quam pro eo dedi.*

3 *Habens caſtrum & iuriſdictionem omnium ſubditorum poteſt legare caſtrum & omne ius ſuum hominibus dicti caſtri, & videtur ipſos liberaſſe a ſuperioritate.*

4 *Legando, vel donãdo alteri eccleſiam, videor legare ius patronatus quod in ea habeo, & ſi ipſimet eccleſiæ, videor ipſam liberaſſe ab hac ſeruitute iuriſpa.*

1 §. Qui ab hoſtibus. ¶† Caſus iſtius §.nõ eſt alibi ſm̃ Ang.& dicit, ꝙ liber homo, in quo alius habet ius pignoris, poteſt ſibiipſi legare, & prodeſt legatum, quia ius pignoris cenſet̃ remiſſum. Et ſic perſona legatarij, & res legata ſunt vnum & idem. Hoc tamen verum quantum ad corticem verborum, non quantum ad veritatẽ, quia res legata eſt ipſum pignus, ſeu ius quod habebat legans, ſed perſona legatarij, in qua habetur hoc ius, eſt penitus diuerſa ab iſto iure, ſicut aliud eſt res, in qua habeo ius pignoris, quæ eſt res corporalis, & aliud eſt ipſum ius pignoris, quia
2 eſt ius incorporale. † Et pręmitte, quòd ſi redimo aliquem ab hoſtibus, qui ante captiuitatem erat liber homo, & poſtea fuit effectus ſeruus hoſtium, cum redit ad ciuitatẽ, recuperat libertatem reſpectu omnium. me excepto reſpectu cuius reputatur adhuc ſeruus meus quouſque reſtituetur mihi pecunia quam ꝓ eo dedi, pro qua pecunia eſt mihi obligatus, ſicut ſi eſſet ſeruus cuiuſdã tertij, & ſic in ipſo habeo dñium reuocabile, vt in l. in bello.§.ſi quis ſeruum.j. de cap.non ſic qñ irreuocabiliter eſſet mea res, nam non poſſet eſſe mihi obligata, vt in l.neque pignus.de re iu.Si ergo dicam, lego te tibiipſi, valet legatum, & videor remiſiſſe omne ius meum, & recuperas libertatem reſpe-
3 ctu omnium, & h.d.iſte §.per quem dicit Ang. † ꝙ habens caſtrũ, & iuriſdictionẽ omnium ſubditorum pôt legare caſtrũ, & oẽ ius ſuum hoĩbus dicti caſtri, & vr̃ ipſos liberaſſe a ſua ſuperioritate. Sil'r ſi habeo iuſpatr. in eccleſia legando vel donando
a alteri eccleſiam videor legare iuſpatronatus [a] quod habeo per l.qui tabernas.de contrahen.emptio.& per l.ſi domus.§.fi.j.eo. Similiter ſi dono ipſam eccleſiam ipſimet eccleſiæ vel lego, valet, & videor legaſſe ius patronatus, & ſic ipſam liberaſſe ab hac ſeruitute, vt j. eod.l. ſi tibi homo.[a] in fin. Tene menti ad multa.

ADDITIO.

a ¶ Iuſpatronatus. Adde vt per Rom.ſing.ſuis. fol.2. conſi.177.

1 *Regula Catanoniana non habet locum in legatis in quibus impedimẽtum ceſſat: ex cauſa quæ retrotrahitur.*

2 *Ex iure ſuperueniente auctori meo confirmatur ius meum, vide tñ nu.5.*

3 *Si legans rem alienã habeat aliquod ius ſaltem in ſpe, & quæ poterat deficere, cenſetur habuiſſe reſpectum ad illam ſpem, & ad illius contẽplationem cenſetur legaſſe non legaturus, niſi ſpes deueniat ad effectum.*

do quando ignorauerunt cauſam agitari, vel ſi ſciuerunt, erãt
abſentes. & non potuerunt ad cauſam venire, aliàs etiam ſi nõ
fuiſſent citati debuerunt ad cauſam venire, & non veniendo ſi
2 bi p̃iudicant per l. ſæpe. de re iudi. † Et ſi dicatur, ad quid ergo
neceſſaria eſt citatio, ſi ſola ſciẽtia ſufficit? Rñdeo, quia citatio
facta ad domum, arctat eos etiam ignorantes. vt in l. ab eo. C.
quomodo & qñ iudex. Quid ergo ſi hæres ↄ̃ quem lata eſt ſen-
tentia non fuit in culpa, vel in dolo, ſed fecit quicquid potuit,
an præiudicet legatarijs ignorantibus, & non citatis? vr̃ ꝙ ſic. ar-
gu. hic a ↄ̃rio ſenſu, & vr̃ tex. in l. ſi ſuperatus. poſt prin. s̃. de pi-
gno. & hic in gl. fi. quæ videtur hoc decidere. Sed glo. in l. j. C. de
excep. rei iudi. videtur diſtinguere. aut ↄ̃ hæredem fuit lata ſen-
tentia declaratoria, puta ꝙ teſtamentum erat nullũ, vel ruptũ,
& non præiudicat legatarijs, quia non dicitur facere ius: nam
iudex non facit nullum, ſed declarat. vt l. hæredes palam. §. ſed
ſi notam. de teſta. Aut fuit lata ſententia reſciſſoria, vt in quere-
la, per quam teſtm̃ quod eſt aliquod, reſcinditur, & tunc ſentẽ-
tia facit ius, quia de aliquo facit nullum. & regula eſt, ꝙ ſñiæ q̃
faciunt ius præiudicant omnibus, etiam qui in iudicio nõ fue-
rũt, vel non fuerunt citati. vt in l. ingenuum. de ſtatu ho. & in l.
Papi. §. fi. de inoffi. teſt. Bar. verò in d. l. nemo. tenet hanc diſtin-
ctionem, vel drĩam. ſed dic eſſe diſtinguendum, an ſit lata ↄ̃ hæ-
redem ad quem principaliter pertinet defendere teſtm̃, & tunc
quæcunque ſit præiudicat legatarijs ad quod pertinet ſecũda-
3 rio, vt ĩ his q̃ s̃. allegaui pro iſta parte. † Aut eſt lata ↄ̃ legatariũ,
vel alium ad quem principaliter non pertinet, & tunc aliis nõ
præiudicat, ẽt ſi ſciuerunt, tanq̃ lata cum non legitimo ↄ̃dicto-
re, quantũ ad alios. arg. in l. cum non iuſto. de collu. dete. & idẽ
4 Pet. & Cy. C. qui. res iudi. non nocet. † Sed ↄ̃ quem debẽt agere
legatarij, an ↄ̃ hæredem qui ſuccubuit, an cõtra illum qui obti-
nuit? & certè ſi ab illo fuiſſent repetita, deberent agere ↄ̃ illum,
vt eſt caſus hic. in ver. [ſi tamen.] Sed ſi non fuerunt ab illo re-
petita expreſsè vel tacitè, glo. hic 2. tenet, ꝙ debent agere ↄ̃ hęre
dem. gl. in l. qui repudiantis. in fi. tenet ↄ̃rium, ꝙ ↄ̃ obtinẽtem.
pro qua vr̃ tex. in l. ſi perluſorio. §. fi. in fi. de app. Dy. diſtinguit
aut hæres colluſit, & ſic fuit in dolo, vel per fraudem nõ defen-
dit, & locum habet prima pars, ſecus ſi fuit in culpa, & tũc
agitur ↄ̃ illum qui ſentit lucrum, vt in 2. parte. hoc in ſentẽtia,
ſed ſi hæres tranſegit cum mouente litem, dic vt plenè no. in l.
5 controuerſia. s̃. de tranſa. ¶ † In ſecunda parte erat ratio dubitã
di, quia ſubſtitutus videbatur dicere poſſe, ꝙ ſententia pro ſe
lata fuit iniuſta, quia inſtitutus adiuerat. non repudiauerat. &

hoc præſuppoſito legata ſm veritatem ab eo non debebantur, quia ſubſtitutio euanuerat, vt l. poſt aditam. C. de impu. & alijs ſubſt. & licèt ipſum reperiatur hæreditatem habere, dicitur ipſam habere ex ſua induſtria, vel fortuna, & hoc debet pdeſſe ſibi, non legatarijs. arg. ſ. ad l. Falc. l. ſi hæres inſtitutus. §. ſed & ſi is. ad Treb. & l. debitor. §. ſi. in fi. ſed certè hoc dicere nō poteſt, imò habet neceſſe fateri, ꝙ fuerit benè lata, vt eſt hic caſus ſingularis. Hic remanent aliquæ gl. quæ p prædicta ſunt expeditæ.

---

1 *Petitio legatorum datur in ſiſcum in quem deuoluūtur bona propter delictum vel culpam hæredis, niſi fiſcus noluerit accipere, vel niſi hæres hoc procurauerit.*
2 *Caſus in quo pœna affert immunitatem, tamen immunitas non debet alicui iniungi pro pœna.*
3 *Bannitus qui perdidit bona liberatur a collectis impoſitis.*
*Remotus ab officio tanquam ſuſpectus, liberatur à periculo tutelæ.*
*Infans liberatur à muneribus perſonalibus publicis, de quibus non eſt capax.*
4 *Hæres poſtquam adiuit, non poteſt repudiare, licèt hæreditas ſit damnoſa, ſecus in fiſco, qui non eſt propriè hæres, ſed vniuerſalis ſucceſſor.*
5 *Deportatus poteſt habere hæredem legitimum, ſi fiſcus non vult acceptare bona ſua.*
*Inducta in pœnam, non debent redundare in fauorem.*
6 *Criminoſus ſi ſubijcit accuſatorem, & facit ſe accuſari in curia vbi imponitur minor pœna, per hoc non liberatur quo minus poſſit accuſari in alia curia, vbi maior pœna imponitur, licèt de delicto eiuſdem hominis pluries quæri non debeat.*
*In cauſa criminali non habet locum prorogatio iuriſdictionis de vno iudice ad alium.*

1 §. Si quis ante. † Petitio legatorum datur in fiſcū in quem deuoluuntur bona pp delictum vel culpam hæredis, niſi fiſcus noluerit accipere, vel niſi hæres hoc procurauerit. h. d. ¶ In tex. ibi, [aduerſus fiſcum locum habet.] non aduerſus hæredem, qui liberatur per hoc a
2 petitione legatorum. † Et ſic no. ꝙ pœna affert immunitatem. nā in eius pœnam auferuntur bona tāquàm ab indigno, & tamen conſequitur liberationem. Sed cōtra de l. relegatorū. §. fi. de interdi. & rele. Sol. immunitas non dēt alicui iniungi pro pœna, & ita loquitur ibi, ſed bene pōt prouenire in conſequentiā alterius pœnę iniunctæ, vt hic, & l. eum qui. §. bonis. de his qui.
3 indig. † Et ſunt iſta in argumentū, quòd bannitus, qui perdidit
a bona, liberetur a collectis [a] impoſitis. pro quo vide bonam gl. & quod ibi no. Bar. in l. inter quos. §. damni. de dam. infec. facit l. decreto. de ſuſpe. tut. vbi remotus ab officio tāquàm ſuſpectus liberatur a periculo tutelæ. ſic & infans liberatur a munerib. perſonalibus publicis, de quibus nō eſt capax, & cum ad ea vocatur, pōt allegare infantiam ſuam ſi detecta eſt, vt ſe exoneret. vt no. Bar. in l. iuſiuran. quod ex conuentione. §. ſi. cum l. ſeq. circa fi. ſ. de iureiur. ¶ Sed opp. contra iſtum tex. ꝙ nec cōtra fiſcū detur petitio legatorum. vt ſ. tit. j. l. cum filius. §. fi. Sol. ibi pp delictum defuncti deuoluta erant bona in fiſcū, & ſic legata erāt effecta irrita, vt ſ. de teſta. l. eius qui. hic propter culpā hęredis, quæ non debet nocere legatarijs, vt ſ. proxi. §. ¶ In tex. ibi, (non agnoſcat.) non ergo acquiruntur bona fiſco ipſo iure, ſed ſecuta agnitione, & hoc quando auferuntur tanquàm ab indigno. Idē ſi tanquàm hæreditas deuoluitur, ſecus ſi propter vectigal non ſolutum cōmittunt in fiſcum, quia ipſo iure acquirūtur. vt l. cōmiſſa. de pub. & no. in l. ij. §. an bona. de iu. fiſ. & per Dyn. ſed qd ſi fiſcus agnouit, & poſtea reperta ſunt non ſoluendo?
4 Rñdeo adhuc poteſt repudiare, vt ibi not. † Et in hoc differt hęreditas a bonis vacantibus, vel vniuerſalis ſucceſſor ab hærede, quia hæres, poſtq̄ adiuit, non poteſt repudiare, licèt ſit damnoſa, vt C. de repu. hære. l. ſicut. ſecus in fiſco, qui non eſt propriè heres, ſed vl'is ſucceſſor. vt not. in l. inter eos. §. fin. de fideiuſ. & non eſt hæreditas, ſed bona vacantia. vt C. de bon. vacan. per totum. Idem videtur in eccleſia eius fauore ſi adeat hæreditatē damnoſam ſine confectione inuentarij, non tenetur vltra vi-
b res. [b] arg. C. de ſacroſan. eccle. auth. ſicut. quæ dicit ꝙ ſterilis poſſeſſio non debet acquiri eccleſię, & ibi expreſsè per Bal. ¶ In
5 tex. ibi, [redundabit onus legatorū ad hæredem.] iſte tex. optimè facit pro gl. quæ eſt in l. ea ſola. de reg. iur. & non eſt alibi, ꝙ deportatus poſſit habere heredem legitimum, ſi fiſcus nō vult acceptare bona ſua. ¶ Et no. hic quòd inducta in pœnam, non debent redundare in fauorem. Et gl. hic inducit ad qōnē, facit infra de contratab. l. non putauit. §. ſi quis ſua manu. & ſ. de hære. inſti. l. ſi quis ſolidū. & quod not. in Auth. de hære. & Fal. §. ſi
6 verò. in glo. quæ incipit, nunquid. in fi. vbi de quæſt. glo. ¶ † In tex. ibi, [ſed ſi ſubiecit delatorem.] eſt optimum arg. ſm Bal. ꝙ
c ſi criminoſus ſubijcit [c] accuſatorem, & facit ſe accuſari in curia vbi imponitur minor pœna, ꝙ per hoc non liberetur quominus poſſit accuſari in alia curia vbi maior pœna imponitur, licèt de delicto eiuſdem hominis pluries quæri non debeat, vt l. licèt. in fi. nau. cau. ſtabu. quia illud qn̄ ſemel fuit quæſitum nō fraudulenter. l. ſi cui. §. iiſdem. de accu. & propter hoc dicimus, ꝙ in cauſa criminali non habet locum prorogatio iuriſdictionis de vno iudice ad alium, ad obuiandum fraudibus, & ne fiet ꝯ publicam vtilitatē, quæ eſt vt maleficia debitis pœnis puniātur vt in l. ſi a reo. §. illud quod vulgo. de fideiuſ. Non ſunt alia.

ADDITIONES.

a ¶ Collectis. Vide per Ludo. Ro. conſi. 73.
b ¶ Vltra vires. Adde vt per Abb conſ. 74.
c ¶ Subiicit. Adde an procuratio proſit procurato. Bal. conſ. 61. 3. lib. & Ludo. Rom. conſ. 52. & ſing. ſuis. fol. 13.

---

1 *Si præcedentia verba innuunt vnum, & ſequentia innuunt contrarium, qualiter intelligetur legatum quod eſt in medio.*
3 *An ſit differentia inter conſuetudinem loquendi, & vtendi.*
4 *Conſuetudo regionis inſpicitur circa numos, non circa alias qualitates, vt vinum, & frumentum, & ſimilia.*
5 *Si teſtator mandat fieri calicem, intelligitur de argento, licèt in illo loco eſſent etiam de alia materia, & ſi mandat fieri planetam, intelligitur de ſerico.*
6 *Legatum obſcurum per quot coniecturas declaretur. & nu. 1. 3. & 4.*
7 *In diſpoſitione teſtatoris ſicut vna particula per alteram declaratur ita in legibus, vel ſtatutis.*

1 §. Si numerus. † Quando dubitatur de intentione teſtatoris propter obſcuritatem verborum recurritur ad coniecturas, de quib. hic. h. d. & ſemper al-
2 legatur. ¶ † Quæro quid ſi præcedentia verba innuunt vnū, & ſequentia innuunt ꝯrium, qualiter intelligetur legatum qđ
a eſt in medio? [a] Rñdeo potius ſm præcedentia, quę ſunt maioris efficacię circa ſequentia, q̄ econuerſo, vt ſ. de leg. iij. l. quiſqs.
3 & ibi no. in 1. gl. & per Bar. in l. auia. ſ. de cōdi. & demon. † Item ſcias ꝙ glo. dum facit differentiam inter conſuetudinē loquendi, & vtendi cōiter reprobatur, quia non eſt in hoc fienda. Sed an ſit dubitatio de ſubſtantia legati, & nō recurritur ad conſuetudinem teſtatoris. vt l. cū certū. all. in l. an de qualitate, & tunc
4 ſic, vt hic. quod dic vt ibi plenè per Ba. † Itē conſuetudo regionis inſpicitur circa nummos, non circa alias qualitates, vt vinū, frumentum, & ſi. vt hic tenet gl. & etiam Doct. ſequuntur. & licèt tex. dicat hic, ꝙ ante oīa recurratur ad conſuetudinē, videtē tū melius dicendū, ꝙ primò recurratur ad pręcedētia, & ſequētia, ſi ex illis poteſt apparere qualiter verba intellexit, quia iſta eſt propinquior coniectura, cum colligatur ex verbis teſtamenti, vt l. cum pr̄. §. cū imperfecta. ſ. tit. 1. Si. n. fuit locutus deductis aureis ad tot libras, & tot ſolidos, hęc dicēdo expreſsè, & in alio loco loquatur ſimpl'r deductis, certè intelligitur eo modo. arg. ſ. eo. l. qui filiabus. & quod hic dr̄ ante omnia, refero ad cōſuetudinem regionis, vt prius inſpiciatur conſuetudo patriſfa. q̄ regionis, nō autem prius, q̄ ex verbis eius pręcedentibus vel ſequētibus colligatur, & poſtea recurretur ad qualitatem perſonę legatarij. vt in l. Titia. §. fi. de aur. & argen. leg. vbi ſi legāt Deo vel
5 Eccleſiæ, largior fit interpretatio. † Vnde ſi mandaſti fieri cali-
b cem intelligitur de argento, [b] licèt in illo loco eſſent etiam de alia materia, vt olim erant, & ſi mādas fieri planetam, intelligitur de ſerico, licèt vniuerſaliter fiat īterpretatio in eo qđ eſt mi-
5 nus, vt ſ. eo. l. apud Iulianū. §. ſcio. & l. ſi ita ſit ſcriptum. in fi. † Itē neceſſitudo. vt l. Aurelius. §. Titius teſtō. ſ. de libe. leg. vbi legatū factum patri largius interpretatur, q̄ factū extraneo. Et adde ꝙ ſicut in diſpoſitione teſtatoris vna particula per alteram declaratur. ita in legibus vel ſtatutis, vt eſt tex. no. in l. vtrum. ſ. de pet.
8 hęre. ¶ † Circa l. ſed & ſi certos. quęro, quid ſi legauit centum quos habebat pęnes ſe, & non dixit in tali arca, Rñdeo, videtur reliquiſſe vt quantitatē, non vt certum corpus pecunię. vt l. 1. §. pen. & ibi no. ſ. de dote pręleg. Et adde ad iſtam l. quod dixi in l. talis ſcriptura. ſ. eo. & l. cum res. in prin. Non ſunt alia.

ADDITIONES.

a ¶ In medio. Adde Alexan. conſ. 58. 3. li.
b ¶ De argento. Adde Lu. ſing. ſuis. fol. 14. & hoc fauore pię cauſæ.

---

1 *Verbum poſitum cauſa augendi, non inducit diminutionem.*
2 *Poſita ad diminuendum, non inducunt augmentum.*
*Legans omnes ſeruos ſuos cum peculio, videtur etiam legare ſeruos non habentes peculium.*
3 *Qui omne dicit, nihil excludit.*
4 *Quid ſi non dixit omnes, ſed ſimpliciter ſeruos meos.*
*indefinita æquipollet vniuerſali.*

LEX LV.

a
1 SI cui [a] ſerui. † Verbum poſitū cauſa augendi, non inducit diminutionē. hoc dicit. facit ſ. de fund. inſtru. l. ſi mancipia. de au.
2 & argen. leg. l. ſi quis legauerit aurum. † Sic ecōuerſo poſita ad diminuendū non inducunt augmentum. ſ. eo. l. legata inutiliter. & eſt arg. iſtius tex. Si aliquis impetrauit prębendam cum dignitate, & vacet prębenda ſine dignitate, poſſit eam acceptare. ¶ In tex. ibi, [qui nullum peculium habent.] videbatur contrarium, habebat quoſdam ſeruos habentes peculium, & quoſdam non habentes, quòd legando ſeruos ſuos cum peculio, videatur ſenſiſſe duntaxat de habentibus

ADDITIO.

a ¶ Si cui. Vide quod voluit Oldr. pro intellectu huius l. conſi. 132.

tibus peculium, ſed non eſt verum ꝙ illa verba, cum peculio,
fuerint appoſita cauſa augendi, non enim veniret peculium in
legato, niſi fuiſſet expreſsè dictum, non ergo inducunt taxatio-
3 nem, & hoc ſi legauit omnes, †. quia qui omne dicit, nil exclu
4 dit. vt l. Iul. ĵ. ti. 2. † Quid ſi dixit ſimpliciter ſeruos meos cũ pe-
culio? adhuc puto idem, vt non intelligatur. ſ. habẽtes peculiũ,
ſed tam habentes quàm non habentes, & primos vnà cum pe-
culio, ſecundos ſine peculio, quia indefinita æquiparatur vlī. vt
l. ſi pluribus. de leg. 2. Glo. ſignat cõtrariũ de l. cum certus. de vi-
no triti. & oleo leg. dic. ꝙ ibi erant verba appoſita cauſa taxatio
nis, ſicut in ſimili in l. nuper. de leg. 3. hic cauſa augmenti.

---

1 *Repetitio legatorũ facta expreſsè a ſubſtituto, qualiter facta intelligatur.*
2 *Legata relicta ab inſtituto, an cenſeantur repetita a ſubſtituto vulgari, ſi non fuerunt expreſſe repetita.*
3 *Si legata erant relicta ab inſtituto ſub cõditione, an repetitio facta a ſubſtituto de eiſdem legatis intelligatur cum eadem conditione.*
4 *Si Titius accuſatur de adulterio, quia cognouit Bertam vxorem Sempronij, & ipſe reſpondendo inquiſitioni confiteatur ſe cognouiſſe dictam Bertam, an ſit fundata intentio accuſatoris.*
*Reſponſio in dubio intelligitur ſecundum interrogationem præcedentẽ.*
5 *Cõditio appoſita in inſtitutione, an cẽſeatur repetita in ſubſtõne vulgari.*
*Conditio appoſita in inſtitutione, an cenſeatur repetita in legato, vel prælegato eidem facto.*
6 *Si lego tibi centum a pupillo inſtituto, & ab eius ſubſtituto lego centum quinquaginta, intelligitur computatis illis centum. & nu. 7.*
7 *Quid ſi legatur a diuerſis hæredibus ſuccedentib. in diuerſis portionibus.*
8 *Si legaui tibi fundum a pupillo, & a ſubſtituto pupillari eundem fundum legaui tibi & Titio, & ſubſtitutus adiuit ex pupillari, non debetur tibi niſi pars fundi.*
9 *Si egiſſes contra pupillum, & totum fundum fuiſſes conſecutus, & poſtea extet conditio ſubſtitutionis, debebit agere Titius cõtra te poſſeſſorẽ.*

1 §.Si a filio impubere. † Repetitio legatorũ fa
cta expreſsè a ſubſtitu-
to. intelligitur facta purè licèt præceſſerint legata ꝯditionalia,
quia non cenſetur repetita conditio. Itẽ ſi impubes deceſſit an-
te aditam hæreditatem, legata ab eo relicta debentur tanquàm
ex primis tabulis, non tanquam ex ſecundis, licèt fuerint repe-
tita a ſubſtituto pupillari, niſi quatenus fuerint repetita cũ aug
mento, vel cum diminutione h. d. cũ princ. l. ſeq. Et aduerte, qa
in hac l. ſolũ declaratur, an intelligatur repetita conditio. In l.
autem ſeq. de hoc non agitur. Item iſte §. loquitur quando p̄-
ceſſerunt legata cõditionalia, & repetita fuerunt purè, ſeu ſim-
pliciter, lex autem ſequens in princ. debet intelligi qñ p̄ceſſe
rũt legata pura, & ſequuta eſt ſimiliter repetitio pura vel ſi fue-
runt conditionalia, & extiterat cõditio in vita pupilli, & ſic in-
cæperunt ab eo deberi. & poſito ꝙ non fuiſſent repetita à ſub-
ſtituto pupillariter, tamen ab ipſo fuiſſent præſtanda, tanq̃ ab
hærede pupilli, & ex perſona pupilli, & ſic ex primis tabulis.
Repetitio ergo ab eo facta fuit ſuperflua, nec propter ipſam de
bentur, & ſic non ex ſecundis tabulis. Et iſta inueſtigatio eſt vti
lis ꝑꝑ id quod dicit gl. in l. quid ergo. in gl. quæ inci. ſ. ex primis.
In fi. item in iſto §. poteſt poni ꝙ ſubſtitutus ſucceſſerit ex pu-
pillari tacita, quia vtrobique eſt eadem ratio. Sed in l. ſeq. vt pro
cedat quod ibi dicitur in prin. oportet intelligere, ꝙ ſucceſſerit
ex pupillari. quia ſi ex vulgari legata non incæpiſſent deberi a
pupillo, & ſic non deberentur ex primis tabulis, & hoc etiam
voluit gl. 2. huius §. ¶ In tex. ibi. [deinde mortuus eſt.] ſ. pendẽ-
te cõditione legati. ſm Iac. de Arena, & ſubſtitutus ſucceſſit ſi-
bi ex pupillari. & idem ſi non extitiſſet hæres, & ſucceſſiſſet ex
tacita vulgari, vt hic in gl. 3. quæ inci. [ſubaudi.] ¶ In tex. ibi. [pu-
rè.] i. ſimpliciter. ſi. n. appoſuiſſet hoc verbum purè, non habe-
ret dubitationẽ. ¶ In tex. ibi. [ſtatim.] i. non ſpectato euentu cõ
ditionis. Dy. videbatur tenere contrarium, quaſi repetendo le-
gata cenſeatur repetiiſſe cum omni eorum qualitate, ſed certè
facile fuiſſet ſibi hoc dicere ſi voluiſſet, & ſi non dixit fauore le
gatorum, præſumitur voluiſſe repetere qualitatem, quæ habe-
bat legatum ſuſpendere. & poterat ipſum nullum reddere, ſed
aliam qualitatem, q̃ tenderet ad augmentum benè cenſeretur
2 repetijſſe. † Pone exẽplum in princ. l. & aduerte hic ꝙ habemus
tres vel quatuor materias. vna eſt an legata relicta ab inſtituto
cenſeatur repetita a ſubſtituto vulgari, ſi non fuerũt expreſsè re
petita. & hæc non eſt materia huius §. ſed l. licèt Imperator. ĵ. e.
3 † Secunda eſt materia ſi legata relicta erant ab inteſtato ſub cõ
ditione, an repetitio facta a ſubſtituto de eiſdẽ legatis intelliga-
tur cum eadem conditione. & hæc eſt mã huius §. in qua eſt di-
cendum ꝙ aut fuerunt expreſsè repetita à ſubſtituto, ſed ipſa
lex ſubintelligit petitionem. vt in d. l. licèt, & tunc ſubintelligit
cũ eadem conditione. vt l. cum pater. §. ab inſtituto ĵ. de le. 2. &
iſte non eſt caſus hic. aut ipſe teſtõr expreſsè repetiit, & tũc nõ
ſubintelligitur repetita conditio, ſiue erat talis quæ legatum vi
tiaſſet, vt ŝ. eo. l. ſi quis a filio. ſiue non vitiaſſet, vt eſt caſus hic.
In hoc. n. non eſt dr̃ia, ſed in præcedenti caſu qñ ſubintelligit re
petita, benè eſt differẽtia, quia ſi nõ vitiat, tũc repetita intelligi-
gitur. vt ŝ. dixi. Si aũt vitiaret, ſecus. vt no. ĵ. eo. l. ab exhęredatis.
§. fi. ſi autẽ fuiſſet expreſsè repetita cõcluſio illa eſſet expectan-
da, ſi non vitiaret legatum, ſed ſi vitiaret, gl. hic dicit idem, ſed
malè loquitr̃, imò tunc legatum vitiatur. vt in d. l. ſi quis a filio.
4 in prin. vbi glo. dicit ꝙ eſt quædam nugatio. ¶ † Et iſte tex. indu-
citur ad qõnem per Bar. ad quam ſp allegatur. ſi Titius accuſatẽ
da adulterio, quia cognouit Bertam vxorem Sempronij, & ip-
ſe reſpõdendo inquiſitus confiteatur ſe cognouiſſe dictã Ber-
tam, an ſit fundata intẽtio accuſatoris? & dr̃ ꝙ nõ, quia nõ pro-
pterea vr̃ confeſſus, quòd ſit vxor Sempronij, quia illa verba di
ctam Bertam, referuntur ad ſubſtantiam illius, non ad qualita
tem. ſicut hic dicendo, dicta legata nolo deberi a ſubſtituto, nõ
intelligitur cum eadem qualitate, ſecus ſi fuiſſet confeſſus om
nia & ſingula in inquiſitione contenta ſm eundem Barto. qui
allegat ad hoc l. fi. de fideicom. lib. Sed contra ipſum in primo
mẽbro facit, quia illa verba dictã Bertam, vñr referẽda ad ſub-
ſtantiam cũ omni ſua qualitate. arg. ĵ. de ali. & cib. leg. l. a filio. §.
teſtator. Et per eũdem Bar. in l. j. ĵ. de receptato & l. j. §. fi. ſi fami.
fur. feci. dica. & quia reſponſio in dubio intelligitur ſecundum
interrogationem pręcedentem, vt ſic interrogans reddatur cer
tus, vt Inſti. de inu. ſtip. § præterea. & l. ſi defenſor. §. j. de interro.
actio. & iſtam partem puto veriorem in corpore iuris, licèt cõ-
a muniter aduocati & procuratores videãtur ſequi dictum Bar.[a]
ad quod parum facit iſte tex. quia hic ceſſat ratio de qua ſupra,
5 & agitur de fauore legati. † Alia eſt materia, an conditio appo-
ſita in inſtitutione cenſeatur repetita in ſubſtitutione uulgari.
& de iſta dic vt in l. quæ conditio, de cond. & demon. & l. ſed &
ſub conditione. de hære. inſti. Alia eſt an conditio appoſita in
inſtitutione cenſeatur repetita in legato vel prælegato eidem
facto. & de hoc dic vt l. auia. & l. cum ſeruus. de condi. & demõ.
6 In l. quid ergo. in princ. † No. quòd ſi lego tibi centum a pupil-
lo inſtituto, & ab eius ſubſtituto lego centum quinquaginta, ꝙ
intelligitur computatis illis centum, & ſic nõ debes habere cc.
quinquaginta, vt hic colligitur in ver. [quod verò concurrit.] &
centum habes ex perſona pupilli, quinquaginta verò ex perſo-
na ſubſtituti, ſi pupillus adiuit hæreditatem. & ſubſtit. adiuit ex
pupillari. aliàs totum haberes ex perſona ſubſtituti, quia non
incępiſſent deberi a pupillo. ¶ Sed opp. ꝙ imò conſequaris to-
ta quinquaginta poſtquàm a diuerſis hæredib. legaui. vt ĵ. pro-
7 xi. §. Sol. ibi fuit dictuꝫ quòd inſolidũ a quolibet, hic nõ. Itẽ † ꝯ.
quòd idem ſi non fuit dictum, vt infra titu. j. l. ſi pluribus. §. ita.
Sol. & tene menti. ibi quando a diuerſis hæredibus ſuccedenti-
bus in diuerſis portionibus. hic qñ ab inſtituto & ab eius ſub-
ſtituto, qui ſuccedit in eadem portione. & ſic idẽ eſſet quo ad
hoc in ſubſtituto vulgari. & hoc tene menti perpetuo. Et adde
ad ea quæ dixi in l. planè. §. j. ŝ. eo. quod no. Bart. in l. cum centũ.
ĵ de adi. leg. Dy. verò aliter vr̃ ſoluere, ꝙ hic loquatur qñ legatũ
factum a ſubſtituto fuit factum cum repetitione primi, puta
Titio cui legaui centum a pupillo, lego centum quinquaginta
a ſubſtituto. & ſi ſimplr̃ legaſſem centũ quinquaginta, deberet̃
ſibi prima quantitas integra, & ẽt ſecunda, vt in ꝯrio. & ad hoc
allegat l. non ad ea. de cõdi. & demõ. Sed magis placet qđ ŝ. di
xi. vt in diſtinctione procedat quod hic dr̃ per rationem. ŝ. di-
8 ctam. ¶ † Item no. in ver. [ſed & ſi repetierit.] ꝙ ſi legaui tibi fun
dum a pupillo, & a ſubſtituto pupillari eundem fundum le-
gaui tibi & Titio, & ſic reperij legatum a ſubſtituto cum dimi
nutione. ŝ. vero cũ augmẽto, ꝙ nõ debetur tibi niſi pars fundi,
hoc intellige poſtq̃ extitit caſus ſubſtitutiõis, & ſubſtitutus adi-
uit ex pupillari. poſt verò debetur tibi totus fundus, quia totus
fuit legatus, & conditio legati facti Titio nondum extitit, vnde
non diminuitur legatũ tuũ. viuente ergo pupillo potes totũ pe
tere, licèt gl. hic ſup verbo (debeatur,) dicat contrarium. & malè
ſm Dyn. ſed ſi nõ petiiſti, & nõ petis a ſubſtituto, non debet̃ ti-
bi niſi pars, & illa debet̃ ex perſona pupilli a quo cępit deberi
totum, & licèt nunc diminutio ſit facta, altera pars tñ debetur
Titio ex pſona ſubſtituti, & ex ſecundis tabulis, & hæc eſt intẽ-
tio huius tex. ꝑꝑ quod dicit Dyn. ꝙ non eſtis collegatarij, qm̃ a
diuerſis hæredibus eſt vobis factum legatum, & ſic non eſſet ĩ
ter vos ius accreſcendi, ſi poſtea Titius repudiaret partem ſuã.
per l. pe. de vſufru. accre. Certè idem vr̃ ſi ab eodem hærede pri-
mo legatur tibi totus fundus, poſtea legatur altera dimidia il-
lius fundi, quia cenſetur adempta a toto. vt in l. cum qõ. C. de le
ga & ſic non eſſent collegatarij eiuſdem rei, nec in eadẽ re cõ-
curritur, ſed cuilibet debetur ſua dimidia ac ſi tibi primo fuiſ-
ſet legata vna dimidia, & poſtea Titio alia dimidia. vt ŝ. eo. l. pla
nè. in fi. quo caſu nec re eſſent cõiuncti, ſed verbis, quia in diuer
ſis orationibus. ita ſubtiliter voluit Bart. in l. re coniuncti. de le-
9 ga. 3. in 3. col. † Quid autem in caſu huius l. ſi egiſſes contra pu-
pillum, & totum fundum fuiſſes conſecutus poſtea extat con-
ditio ſubſtitutionis, ꝯ quem debebit agere Titius, an ꝯ ſubſti-
tutum? dic ꝙ non, ſed contra te poſſeſſorem, quaſi hoc caſu vi
dearis fuiſſe grauatus. vt C. de cadu. tol. l. j. §. ſin autẽ diſiunctim.
ver. ſi verò non omnes. ſed quãdo peruenit ad ſubſtitutum, ab
ipſo peti debet, & ita intelligatur hic, & benè. Aduerte quia iſta
ſunt ſubtilia, & malè declarata per Bar.

A D D I T I O.

a ¶ Dictum Bar. Pro quo facit conſilium Anch. conſ. 400. & Lud. Ro. conſil. 455 quod hic a nemine allegatur.

1 *Cum relinquitur eidem ab eodem, & a diuerſis hæredibus, perinde eſt ac ſi relictum foret in diuerſis teſtamentis. Idem ſi relinquatur alicui, & ſeruo ſuo eadem res.*
2 *In caſu huius §. ſi legatarius primo conſequutus eſt fundum, non poteſt poſtea petere æſtimationem, concordent ergo hæredes inter ſe, & tradãt ſibi fundum, & eludent intẽtionẽ teſtõris qui voluit ipſum ius habere.*
3 *Si teſtator nõ dixit quòd qu libet hæres teneatur inſolidum vel quòd vterque ſolidum rem præſtet legatario, qualiter tunc teneatur.*
4 *Si mihi & filio, vel ſeruo meo legatum eſt, valet legatum vtriuſque & potero petere, & conſequi etiam ex perſona filij, vel ſerui.*

L E X L V I.

Q Vid ergo.
1 §. Si quis duos. † Cùm relinquitur eidẽ ab eodẽ, & a diuerſis hæ-
redibus, perinde eſt ac ſi relictum foret in diuerſis teſtamentis.
Idem ſi relinquatur alicui & ſeruo ſuo eadẽ res. h. d. & no. hanc
2 cõparationem, quia no. eſt ſm Bal. ¶ † In tex. ibi. [atque ſi duo
bus teſtamẽtis legatũ eſſet.] & ſic debebitur res & æſtimatio, ſi
cut qñ ab eodẽ hrde relinquitur eadẽ res duob., hoc acto ꝙ cui
libet præſtet inſolidũ, vt ſ. eo. l. ſi plurib. in fi. nã & ita eſſet ſi in di
uerſis teſtis idẽ fundus eidẽ perſonę legatus eſſet, qa ex vtroque
teſtõ deberetur. vt ſ. eo. l. planè. §. j. ver. ſed ſi duorum. ſi tñ legata-
rius primo cõſequutus eſt fundũ. nõ põt poſtea petere æſtima
tionem. pp regulam de duabus cauſis lucratiuis. vt ibi no. & ẽt
gl. hic no. ſecus econuerſo. Concordent ergo inter ſe iſti hęre-
des, & tradant ſibi fundũ, & eludent intentionẽ teſtõris, qui vo-
3 luit ipſum bis habere. † ¶ Sed opp. ꝙ imò etiã ſi prius vnus ſol
ueret æſtimationem, alter liberaretur, quia iſti vidẽtur duo rei
debendi, quorũ vno ſoluẽte alter liberatur, vt eſt ẽt tex. ſ. eo. l. ſi
ex toto § 1. Sol. & no. ſi teſtator ſolũ diceret, ꝙ quilibet teneatur
inſolidum, vel lego a quolibet inſolidũ, procederet cõtrariũ, ſed
hic dixit plus, ꝙ quilibet eorum præſtaret inſolidum, & ſic nõ
ſunt correi, quia nõ tenentur ad idẽ, ſed ad diuerſas res, & vno
ſoluente alter nõ liberatur, ſi incipit ab æſtimatione. ſi aũt a re,
non liberatur ex eo ꝙ ſint correi, ſed propter regulam de duab.
cauſis lucratiuis. Quid aũt ſi neutrum iſtorum fuiſſet dictum?
Reſpondeo ſi res erat hæreditaria quilibet tenetur pro hæredi
taria portione quam habet. vt j. eo. l. ſi fundũ ſub conditione. §.
ſi libertus. Si verò nõ hæreditaria, quilibet tenetur inſolidum,
& vno ſoluente alter liberatur, quia ſunt duo rei debẽdi, & hoc
probatur in l. ſi tibi homo. §. 1. j. eo. tit. de quo ẽt in l. hic allega-
ta. in gl. pro contraria. j. ti. 1. l. Męuius. §. eũ. dic vt ibi. Sed cõtra.
ꝙ imò ẽt ſi non fuit dictũ ꝙ quilibet teneatur inſolidum, nihi-
lominus quilibet tenetur præſtare inſolidũ, poſtq̃ quilibet per
ſe fuit grauatus. vt j. tit. j. l. ſi pluribus. §. j. Sol. iſtud verum quan
do legatum conſiſtit in quantitate, quæ põt multiplicari, vel in
genere. Sed quæ ſ. dixi. & etiam tex. iſte loquitur qñ legata fuit
4 certa ſpecies a diuerſis hæredib. Tene menti. ¶ † In tex. ibi. [vale
ret legatũ vtriuſque.] & ſic ex vtroque potero petere, & conſe-
qui tam ex perſona filii, vel ſerui, quia ſic eſſet, ſi in teſtis diuer-
ſorũ eadẽ res fuiſſet ab vno legata mihi. & ab altero ſeruo meo.
vt j. eo l. ſi ſeruus legatus. §. j. nẽc refert iſto caſu, quid prius fue-
rim cõſequutus. nam ẽt ſi prius rem, poſſum agere ad æſtima-
tionẽ ex perſona alterius, quia non ob. regula de duabus cauſis
lucratiuis cum habuerunt oriri ambę in perſona eiuſdẽ de di-
recto, licèt habeãt p obliquũ, prout no. gl. in l. planè. §. j. quę inci
pit hæc vera ſunt. per d. l. ſi ſeruus legatus. §. 1. ſecus in caſu præ-
cedenti, quia ibi in perſona eiuſdem de directo habuerunt ori-
ri, quia eidẽ a quolibet hęrede factum fuit legatũ. Nõ ſunt alia.

1 *Si res legata deſijt poſſe præſtari ſine alia culpa hæredis vel mora, etiam facto ſuo, liberatur hæres, niſi quatenus in cauſam ſibi neceſſariam foret conuerſa, quia tunc teneretur ad æſtimationem, ſecus ſi interueniente alia culpa eius in faciendo, vel in non faciendo.*
2 *Si aliquis fecit pacem cum alio, & promiſit ipſum non offendere ſub certa pœna, poſtea ille fuit bannitus, & ex forma ſtatuti poteſt impunè offendi, ſi ille ipſum offendat, non incidit in pœnam pacis fractæ.*
3 *Hæres tenetur ſeruum legatum liberare a noxa.*
4 *Hæres cogitur eſſe procurator legatarij antequam rem tradat, vt ipſam liberet, & defendat ab alio moleſtante, & adhibeat diligentiam quam adhiberet ſi eſſet ſua, non tamen tenebitur eam tradere legatario, niſi refundat quod ipſe ſoluit pro ea.*
*Sic & venditor antequam tradat.*

1 §. Si hæres hominem. † Si res legata deſiit poſ
ſe præſtari ſine alia cul
pa hęredis, vel mora, etiã ſi facto ſuo, liberatur hæres, niſi qua-
tenus in cauſam ſibi neceſſariã foret conuerſa, quia tunc tene-
retur ad æſtimationẽ, ſecus ſi interueniente alia culpa eius in fa
ciendo, vel in non faciendo. h. d. vſque in fi. l. quod vltimum de
clara, vt dixi ſ. eo. in l. cũ res. in fi. Et primo loquitur qñ hęres nõ
fuit in culpa, licèt eius facto perierit. vſque ibi, [ſed ſi noxę.] Se-
cundo qñ fuit culpa commiſſa in faciendo, vel in non facien-
do. Et de primo ponit duo exempla. De ſecũdo vnum. vſq; ibi,
[ſed ſi mortuum.] Tertiò reddit ad primũ caſum qñ non fuit
in culpa, tñ res fuit cõuerſa in cauſam neceſſariã hrdi. vt in ſe-
pul. defuncti, & tunc diſtinguit vſque ibi. [Itẽ ſi ſeruũ.] Quarto
2 quando fuit in dolo, vſq; in finẽ. † Facit princ. huius §. ꝙ ſi ali-
quis fecit pacem cum alio, & promiſit ipſum nõ offendere ſub
certa pœna, poſtea ille fuit bannitus, & ex forma ſtatuti banni
tus põt impunè offendi, ꝙ ſi ille ipſum offendat, vel occidat nõ
a incidat in pœnã pacis fractę, [a] quia promiſſio ſua intelligit̃ fa-
cta ſub condõne, niſi ſuperueniat cã pp quam poſſit & mereat̃
impunè offendi, & fuit qõ diſputata per Iac. de Bel. de quo vide
per Bar. in q. diſputata, q̃ inci. Luc. ciuitatis, & per Io. An. in mer
cu. in rła fruſtra. de reg. iur. ¶ Sed opp. ꝯ iſtũ tex. ꝙ licèt hrs non
fuerit in dolo, vel in culpa, vel in mora, ſi interfecit ſeruum me-
rentem, nihilominus quia facto ſuo perit, non liberatur, vt ſ. eo.
l. cętera. in fi. cũ l. ſeq. & l. ſi ſeruũ. in prin. de verb. obl. & j. in ver.
[ſed ſi animal.] Sol. verũ eſt hoc, qñ res debita nõ pbuit ſibi cau
ſam quia erat debita res inanimata, vel animal irrationale, qđ
dolũ nõ põt cõmittere, ſed hic ſeruus debitus prębuit cãm pro
3 pter eius maleficiũ. & excuſatur hrs. † ¶ Itẽ no. in ver. [ſed ſi no
xę.] qñ heres tenetur ſeruum legatũ liberare a noxa. Sed cõtra
de l. ſi a ſubſtituto. in fi. ſ. eo. glo. ſoluit duobus modis, & quęli-
bet eſt bona, ꝙ hic teſtator ſciebat illũ eſſe obligatũ pro noxa, vt
ibi dixi. Ibi ignorabat, vt j. eo. l. ſi res obligata. Vel ſi ponimus ꝙ
ignorabat. vtilius erat ipſum liberare, q̃ dare ꝓ noxa. Et ſic not.
4 ꝙ hęres † cogitur eſſe procur. legatarii antequàm rẽ tradat, vt
ipſam liberet, & defendat ab alio moleſtante, & adhibeat diligẽ
tiã quam adhiberet ſi eſſet ſua. Nam nõ tenebitur eã tradere le-
gatario, niſi refundat, quod ipſe ſoluit ꝓ ea, vt j. eo. l. domos. &
hoc ẽt probatur in ver. [Item ſi ædes.] vbi tenetur cauere de dã
no infecto. & ſic venditor antequàm tradat, tenetur diligentiã
& cuſtodiã adhibere quã adhiberet in ſuis, aliàs tenetur de cul-
pa in l. quod ſæpe. § ſi res. de cõtrahẽ. empt. ¶ In tex. ibi, [nõ ut
carnẽ præſtet &c,] ſubaudi tantũ, vt per hoc liberetur, cùm pe
rierit facto ſuo, ſed ſi ſine facto ſuo liberaretur, ſi res erat teſtato
ris cõpelleretur tradere id quod ſupereſſet ex re legata. vt j. tit. j.
l. mortuo. cũ ibi no. & ſ. eo. l. ſi grege. in fi. Et ſi fuit hic cõſequu-
tus corium & carnes, & poſtea petat pretiũ, tantò minus debe-
bit conſequi quantũ habuit ex illis, vt l. ſi ſeruus. §. boue. ſ. de cõ
di. fur. Non ſunt alia, quia hic gl. ſunt nullius valoris. ideo &c.

A D D I T I O.

a ¶ Particularia Adde Ludo. Ro. conſi. 190.

1 *Legata facta cum verbis diffamatorijs non valent.*
2 *Dicitur eſſe pęna vel odiũ teſtatoris, quòd ſua diſpoſitio habeatur pro non ſcripta, vel non valeat.*
*Lex habet odio, ꝙ quis diffamet illũ cui legat, vel reliquit, et propter hoc irritat eius voluntatem odio ipſius.*
3 *Statutum ſi punit diffamantem alium, non dicitur diffamare, qui ſtat in verbis generalibus, ut dicendo, talis eſt vnus malus homo, ſecus quando deſcendit ad ſpeciem, ut dicendo, quòd eſt homicida, vel adulter.*
4 *An etiam debeat deſcendi ad magis particularia.*

L E X L V I I.

1 T Vrpia legata. † Legata facta cũ verbis diſ
famatoriis legatarii nõ va-
lent. h. d. quia ſunt cõtraria legato, cũ illud fiat fauo-
re & grã legatarij, & illa verba innuũt, ꝙ ſit indigna
tione teſtatoris, ſed nõ ſic ſunt ꝯria exhæredationi, iõ eã non ui
tiant. ut l. 3. §. j. de lib. & poſth. ¶ In tex. ibi [odio ſcribẽtis.] † No.
2 ſm Doct. ꝙ dr̃ eſſe pœna, vel odiũ teſtõris, ꝙ ſua diſpõ habeatur
ꝓ nõ ſcripta, vel nõ valeat. Itẽ ꝙ lex abominat̃, & hẽt odio ꝙ qs
diffamet illũ, cui legat, vel reliquit, & pp hoc irritat eius volun-
3 tatem ipſius. ¶ † In gl. ibi, [aut in genere.] inducit Bar. hãc gl.
ſi ſtatutũ punit diffamantẽ aliũ, ꝙ non dr̃ diffamare qui ſtat in
verbis gñalibus, dicẽdo, ꝙ talis eſt vnus malus homo, ſed qñ de
ſcendit ad ſpeciem, dicendo ꝙ eſt homicida, vel adulter, vel u-
4 ſurarius, & ſimilia. † ſed adhuc hoc non ſufficeret in accuſatio-
ne, vel in exceptione ſed deberet deſcendere ad magis particu-
a laria. [a] & dicere cũ quo vel ꝯ quem & quo tempore, vel loco
talia ſunt commiſſa, vt l. libellorum. de accuſ. Tene menti.

A D D I T I O.

a ¶ Fractæ. Adde Ludo. Ro. conſi. 183.

1 *Defectus conditionis inualidę legatum non vitiat.*
2 *Si relinquitur alicui mulieri ſub conditione, ſi nupſerit arbitratu talis, talis conditio reijcietur, & poteſt nubere ſine arbitratu illius, & conſequitur legatum, non tamen niſi nubat.*
*Quid ſi relinquitur ſub conditione ſi nupſerit, de conſilio talis.*

1 §. Si Titiæ legatum. † Defectus conditionis in-
ualidæ legatũ nõ vitiat. h.
2 d. ¶ † Præmitte ꝙ ſi relinquitur alicui mulieri ſub condõne ſi
nupſerit arbitratu talis, iſta cõdõ reijcitur, qa ẽ impeditiua ma-
trimonij. Poſſet. n. ille nõ arbitrari, vel iniquè arbitrari. & ſic in-
duceret uiduitatem. vt j. de condi. & demon. l. cum tale. §. ſi arbi
tratu. unde poteſt nubere ſine arbitratu illius, & conſequetur
legatum. nõ tamen niſi nubat. hoc. n. facere tenetur ſicut ĩ ſi. de
3 condi. inſti. l. quæ ſub conditione. §. quoties. † ¶ Quæro quid ſi
relinquatur ſub ꝯditione ſi nupſerit, de conſilio talis? dicit Pet.
hanc ꝯditionẽ non eſſe remittendam, quia hoc non eſt ꝯrium
matrimo-

matrimonio, imò conuenit, cũ in talibus exquirendum ſit con-
ſilium amicorũ. vt in l. in copulandis. & in l. 1. C. de nup. & vr̃ ca
ſus in l. Theopompus. j̃ de dote preleg. & ſic ſi nuberet non re-
a quiſito conſilio, [a] non deberet cõſequi legatum. Nec obſt. hoc
quia hic dixit arbitratu, quo caſu ſi valeret, teneretur requirere,
ſequi arbitramentum illius, ſed quando dixit de conſilio ſuffi-
cit quòd requirat & quòd ille poſſet eam trahere ad ſuam ſen-
tentiam. iuxta ea quę habentur in c. olim. de arbi. Tene menti.

ADDITIO.

a ¶ Conſilio. Adde eundem conſi. 83.

1 **§. Sed & ſi ſerui.** † Si cõditio poteſtatiua deficit per caſum, non deficit relictum. h. d.
Et cõcordat l. quę ſub cõditione. §. quoties. ſ̃. de condi. inſt. ſecus
in conditione mixta. vt in l. in teſtõ. de condi. & demon. & dic vt
ibi plenè per Bar. & in l. j. C. de inſti. & ſubſt. Quid autem in mo-
do mixto, ſi non ſtat per legatarium: ſed per caſum? dic idem
quod in primo caſu. vt j̃. eo. l. ſi fundum per fideicommiſſum. §.
Iul. & j̃. tit. j. l. Lucius. §. quiſquis. & ſic plus nocet defectus condi
tionis mixtę quàm modi mixti. ¶ In tex. ibi, (ſi eum manumi-
ſiſſes.) Iſta conditio pro tanto merè dicitur poteſtatiua, quia pẽ
det ex voluntate tua duntaxat, non enim poteſt ſeruus contra-
dicere nec recuſare ciuitatem Romanam, vt in l. fi. C. de manu.
teſta. Sed quare defectus huius conditionis non nocet legato?
Reſponde, quia teſtator cenſetur voluiſſe quòd duntaxat pen-
deat ex voluntate legatarii poſtquàm eſt merè voluntaria, non
autem a caſu fortuito. Cum ergo per legatarium non ſtetit, ſed
per caſum, non deficit relictum, ſed quando eſt conditio mixta
dependens ex voluntate legatarii & alterius, ſeu ex caſu fortui-
to, vt ſi Alexandriam iueris, uoluit quòd penderet ex illo caſu
uel uoluntate, & ideo ſi deficit caſu uel quia ille nolit, deficit re
lictũ. ¶ In fi. glo. ibi, [& tunc agitur l. Aquil. contra occiſorem.]
& legatum deficit, licèt ſit conditio poteſtatiua, quia legatarius
non uidetur damnificari, poſtquàm poteſt recuperare ęſtima-
tionem legati ab illo occiſore, ſed ſi ille eſſet non ſoluendo, le-
gatum non extingueretur, ne legatarius ſit in damno, ut ibi no.
& idem ſi factum tertii impedientis eſſet licitum, & ſic legata-
rius contra illum non haberet regreſſum, ut infra de conditio.
& demonſtratio. l. Titius ſi ſtatuas.

**§. Si pars hæredum.** Nominati per nomina pro pria tenentur uiriliter, ſed ſi
per appellatiua, pro hereditariis portionib. h. d. Et dicuntur ap-
pellatiua tam nomen hęres, uel hęredes, quàm etiam alia, puta
filii, uel fratres. ut infra ad Trebe. l. Lucius. §. Męuia. Et declara
iſtum §. ut hic plenè no. Bar. & in l. antepen. de duobus reis. Sed
quare ſit hic differẽtia an pars, uel omnes ſint grauati? dic quòd
in primo caſu raró contingit quin propriis nominibus expri-
mantur, aliàs non poſſet cognoſci qui ſint grauati, & qui non,
& nomina propria faciunt teneri eos uiriliter, ſed in ſecundo
caſu ut plurimum grauantur ſine expreſsione propriorum no-
minum, & ſic tanquam hęredes.

2 *Clauſula non obſtante aliqua lege in contrarium diſponente, non poteſt ap poni in aliquo actu, niſi a principe.*
*Nemo niſi ſolus princeps poteſt cõmittere cauſam vt cognoſcatur ſimpliciter & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij, vel appellatione remota.*
3 *Si teſtator inſtituit hæredem ſi non põt valere iure teſtamenti propter defectum ſubſtantialium, non valebit etiam iure codicillorum ſi apparet ipſum voluiſſe teſtari, & quid ſi dixit non obſtante aliqua lege.*
4 *Si fecit teſtamentum vel inſtitutionem coram ſeptem teſtibus habilibus, & dixit quòd volebat ſuam diſpoſitionem valere iure codicillorũ duntaxat quo iure valebit.*
5 *Teſtator an poſſit faceee q̧ actio ex teſtamento quæ durat xxx. annis tollatur per lapſum decem annorum, vel minori tempore ipſo iure.*
6 *An poſſit fieri per teſtatorem, vel contrahentes quòd actio perſonalis vel etiam realis quibus præſcribitur certo tempore a iure præfixo, ſaltem vt tollatur ope exceptionis, non præſcribatur vllo tempore, ſed ſemper poſſint exerceri.*
7 *Si teſtator dixit, volo. hæredem conueniri in loco domicilij, & non in alio loco, an hoc non obſtante poterit in alio loco conueniri.*
8 *An poſſit facere quòd obligatio finiatur conditione adueniente.*
*Mors legatarij põt facere, ut obligatio, quæ nõdũ nata eſt, nõ naſcatur, ſed poſtquã eſt nata, non poſſet mors legatarij facere vt ipſo iure finiatur.*
9 *Solennitatem introductam in teſtamentis condendis merè ob fauorem publicum, non poteſt teſtator tollere.*
*Quid in his quæ ſunt introducta meré in fauorem teſtatoris, ut eius uoluntas ſeruetur, & præſtetur cautio legatorum relictorum in diem, vel ſub condi. quòd illa poſſit tollere, & eodem modo hypothecam tacitam inductam pro legatis, & idem in tranſlatione dominij rei legatæ.*
*Idem in his quæ inuenta ſunt fauore hæredis.*
10 *Inducta vt auferatur materia delinquendi, vt cautio fructuaria de vtendo arbitrio boni viri, & illam non poteſt teſtator tollere.*
*An teſtator poſſit remittere confectionem inuentarij.*
11 *Illa poteſt teſtator facere in ſuo teſtamento, & illis poteſt derogare quæ poſſunt contrahentes, & quibus renuntiare, vel derogare poſſunt, & quæ illi non poſſunt, nec teſtator, & quæ ſint.*
12 *An poſſint partes facere quòd a ſententia arbitri poſſit appellari.*

## LEX LVIII.

1 **NEmo poteſt.** † Teſtator non poteſt tollere formã traditam à iure in te-
ſtamentis condendis, nec poteſt alterare naturam
actionis ex teſtamento, quæ eſt perpetua reſpectu tẽ
poris, & generalis reſpectu locorum, in quibus hæres ſortitur
domicilium, vt faciat ipſam finiri tempore certo, vel incerto, vel
reſtringatur ad certum locũ. h. d. in effectu ſ̃m quod intelligunt
glo & declarant. Et primo ponitur iſta regula generalis, quam
glo. intelligit in his quæ concernunt formam, & per conſequẽs
ſubſtantiam & eſſentiam teſtamenti, quia forma dat eſſe rei. Se
cundo illam probat per argumentum à maiori, quia ſi non po-
teſt alterari materia actionis ex teſtõ, in qua nõ conſiſtit totalis
ſubſtantia teſtamenti, ſed eſt quidã effectus ex teſtõ productus,
multò minus poteſt alterare illud in quo conſiſtit tota ſubſtan-
tia. i. forma, qm̃ omnis virtus potentior eſt in cauſa q̃ in cauſato
vt l. digna vox. & quod ibi no. per Doc. C. de leg. Si ergo nõ põt
immutare cauſatum, multò minus cauſam, & q̧ non poſſit al-
terare actionem ex teſtõ, probat tribus exemplis. Scđa ibi, [quia
2 nec.] ¶ † In glo. prin. ibi, [ſiue hoc dicat in genere.] nam clauſu-
la illa. ſ. nõ obſtante aliqua l. in cõtrarium diſponente, non põt
a apponi in aliquo actu, niſi a principe [a] qui poteſt legem tollere
non ab inferiori magiſtratu quantũcunque magno, vt à præfe-
ctis prætor. vt in l. forma. C. de offi. præfec. præto. vel legato de
latere. vt no. gl. in c. ſtatuta de hær. lib. 6. & ſic non pñt commit-
tere cauſam, vt cognoſcatur ſimpľr, & de plano ſine ſtrepitu, vel
figura iudicii, vel app. remota. ſed ſolus princeps hoc poteſt,
multo minus põt illa clauſula apponi à priuata perſona. ſ. teſta-
3 tore, vel à cõtrahentibus. vt hic. ¶ † in fi. gl. ibi, [ſed ibi erat vo-
luntas ſolennis. [dic clarius. q̧ per ſuperiora verba non poteſt
facere vt valeat eius diſpõ, prout voluit valere. ſ. iure teſtamẽti,
ex quo deficiunt ſubſtantialia, ſed iuris in[illegible]rpretatione bñ ope-
rant dicta verba vt valeat eo. iure quo valere põt. ſ. codicillorũ,
ſi ibi adſit tanta ſolẽnitas q̃ ſufficit ad codicil. & ita loquiť ꝯriũ.
ſed ſi dicta verba nõ fuiſſent appoſita, tunc ſi apparet ipſum vo
luiſſe teſtari, vt quia inſtituit hæredem. ſi non poteſt valere iure
teſtamenti pp defectum ſubſtantialium, non valeret etiam iure
codicillorum, poſito q̧ valere poſſet, vt in l. non codicillum. C.
de teſta. & ſ̃. de iure codi. l. j. quia ius interpretatur, q̧ non volue-
rit valere niſi eo modo quo credidit valere, & quod diſpoſuit
vt valeret. Sed qñ appoſuit dicta verba, ius præſumit q̧ voluit
valere vel illo modo, vel alio quo põt. Et in hoc eſt notabilis il-
la l. codicillis. in §. fi. ſicut qñ iurauit. vt l. cum pater. §. filius ma-
4 trem. j̃. tit. j. ¶ † Sed quæro, quid econuerſo ſi fecit teſtamentum,
vel inſtõnem coram vij. teſtibus habilib. & dixit q̧ volebat ſuã
diſpõnem valere iure codicillorũ duntaxat, quo iure valebit?
Reperio Dy. diſputaſſe vel cõſuluiſſe in qõne q̃ inci. quidã pr̃-
fa. Et Io. And. refert in addi. Spe. de inſtru. edi. §. compendioſæ. ĩ
addi. quę incipit ad intellectũ. quod nihilominus valebit iure te
ſtamẽti poſtquã põt, quia hoc fauorabilius eſt, non obſtãte, q̧
voluerit ꝯrium, quaſi hoc non potuerit. arg. huius l. Sed in ꝯriuꝫ
vr̃ eſſe caſus in l. fi. C. de codi. vbi ſi dixi q̧ volebat valere iure te-
ſtamẽti & codicillorũ, eſt ĩ electiõe ĩſtituti quo iure vult valere,
an directo, an obliquo. & hoc mihi vel ius vr̃. Nec ob. iſta l. nam
non põt facere vt defectus formę nõ noceat, vt hic, ſed bene põt
facere, vt adhibitio formæ non proſit. primum enim ideo non
poteſt, quia fuit introducta ob publicam vtilitatem forma teſta
menti, ad tollendum materiam Fal. vt in l. fin. C. de fideicom. Si
ergo poſſet facere vt forma non requiratur, faceret contra pu-
blicam vtilitatem, & derogaret iuri publico; quod eſſe non de-
bet. vt in l. teſtandi. C. de teſta. & in l. ius publicum. ſup. de pact.
Sed ſi adhibetur ſolennitas & forma, & ſic ſatisfit iuri publico,
relinquatur arbitrio ſuo, an velit teſtari, vel codicillari non. n. l.
cogit ipſum ad teſtandũ ſi non vult, ſed bene cogit ad adhiben-
5 dam ſolennitatẽ ſi vult. ¶ † In gl. ſeq. poſt principium ibi, [nõ. n.
per hoc finitur actio.] ſcilicet ipſo iure nec ciuilis obligatio, ſed
naturalis q̃ oritur ex voluntate teſtatoris bene finitur, qm̃ defi-
cit voluntas poſt tp̃s. ſicut videmus in pacto de non petendo per
quod tollitur naturalis, & remanet ciuilis, & etiam actio. vt in l.
Stichum. §. naturalis. de ſolu. & plenè no. in l. ſi vnus. §. pactus ne
peteret. ſ̃. de pact. ideo autem ciuilis non tollitur ipſo iure, qm̃
ſe habet ad modũ characteris qui imprimitur corpori cum fer-
ro cãdenti. ita & obligatio perſonalis imprimiť animæ, ſeu oſſi-
bus. vt dicit gl. in l. quis ergo caſus. de peculio. & l. 3. pro ſo. Sicut
ergo character qui imprimiť corpori, non poſſet imprimi ad tẽ
pus, vt eo lapſo finiatur, acſi non fuiſſet impreſſus. ita nec iſte
qui imprimitur animæ, niſi tollatur remedijs iure inuentis, vt
Inſti. qui. mo. tol. obl. in prin. bñ tñ poſt tẽpus poteſt obiici exce
ptio

ADDITIO.

a ¶ Principe, Intellige vt per eundem conſi. 225. Ludo. Roma, conſi. 59. Alex. conſi. j. 5. li. conſi. 101. Ab. conſi 67. & conſi. 110. Ang. conſi. 271. & per Rapha. Cu. conſi. 177. Fulg. conſi. 63 & 167. per Signo. conſi. 22. per d. Car. cõſil. 25. Item non poteſt pater tollere primogenito ius primogenituræ quia iure naturali diuino & conſuetudinario ſibi debetur ſecundum Abba. conſi 3. & Old. conſi. 114.

ptio doli.vt ĩ.ſequitur in gl. quia venit ꝯ voluntatem defuncti,
ſicut ſi obijceretur exceptio facti ſi quis ſe obligaret vſq; ad cer
tum tempus,hoc acto ꝙ poſt tempus non teneretur,vt in l.eũ
6 qui ita.§.qui ita.de verb.obl.¶† Sed quæritur quid econuerſo,
an poſſit fieri per teſtatorem vel per ꝯhẽ. ꝙ actio perſonalis vel
etiam realis quibus præſcribitur certo tempore iure præfixo ſal
tem vt tollantur ope excep.non præſcribatur vllo tempore,ſed
ſemper poſſint exerceri? videtur ꝙ non,arg.a contrarijs,quia ſi
non poteſt fieri vt finiatur aliter quàm lex diſponat, ergo non
debet poſſe fieri vt perpetuetur aliter quàm diſponat lex.in cõ-
trarium videtur caſus in l. ꝙ ſi nolit. §. quid ſi ita. de ædil. edict.
Iſtud dubium mouet hic Dyn.& Bart.ponit in l.j.ĩ.de vſuca.&
& tenet ꝙ vſucapioni triennij quæ fuit introducta merè in fa-
uorem vſucapientis, poſſit renunciari per regulam l. ſi quis in
conſcribendo.C.de pact. ſed præſcriptioni xxx. anno. quæ fuit
introducta odio non petentis non poſſit renunciari per regulã
quæ ponitur in l.tamẽ ſi.ad Mace.Et idem in præſcr.lon.temp.
quæ fuit introducta partim in fauorem præſcribentis , partim
odio negligentis,quia licèt poſſet renunciare ſuo fauori,nõ põt
a renunciare fauori alterius.dic vt ibi [a] no. Venio ad aliud exem-
7 plum de loco.¶† In gl.ibi,(vbi habet domicilium.) ſubaudi de
præſenti vt benè conueniant ea quæ ſequuntur in gl.Item ſub-
audi & non in alio loco.dicit ergo gl.ꝙ non obſt.iſtis verbis po
terit mero iure conueniri in alio loco, ſubaudi idoneo, in quo
ſcilicet ſortiatur forum,vt vbi eſt maior pars hæreditatis,vt dixi
s̃.eo.in l.cum res.maximè ſi in loco domicilij nõ reperitur, ſed
bene reperiatur vbi eſt maior pars hæreditatis, vt in ſim.habe
tur in l.j.s̃.de eo quod cer. lo. Similiter poterit conueniri mero
iure in alio loco,in quo re, & facto mutauerit domicilium, &
ſic in nouo domicilio , vel coram nouo iudice poſtea acquiſito
permutatur qualitas perſonæ ſuæ, quia de laico factus eſt cleri-
cus,vel de pagano miles,obſtabit tamen in omnibus prædictis
exceptio,ſicut in caſu præce. quia venit contra voluntatem de-
functi certè videtur ꝙ ſi malitioſè faciat prædicta,quia nõ per-
mittit ſe reperiri in loco domicilij, poſſit cum effectu conueni-
ri in alio loco idoneo,vt in d.l.j.de eo quod cert.lo.& hoc credi-
tur fuiſſe de mente defuncti, vt non vtatur malitia, & idem vi-
detur ſi mutauit forum malitioſè. tamen hoc non eſt ita clarũ,
niſi mutauerit poſtquam fuerit præuentus.vt l. ſi quis poſtea s̃.
de iud. Et vide omnino circa iſta exempla de loco quod not.in
8 l.in bonæfidei.in fi.s̃.de eo quod cer.lo.per Bar.¶† In gl.ibi.(Itẽ
quod dicit.ſ.conditio tacita.) ſ.vt lego centum annua ex tali fun
do.nam ſubintelligitur conditio ſi ibi naſcantur.vt in l.j.de con
dit.& demon.§.fin.innuit ergo gl.ꝙ ſi ibi non naſcantur aliquo
anno,non finiatur ipſo iure obligatio , ſed ope except. Sed hoc
ſecundum eſt verum pro illo anno, ſed ſi naſcantur in annis ſe-
quentibus,fit reſtauratio,& non ob.excep. & ſic iſtud exemplũ
non eſt bonum,nec etiam ſequens.quod loquitur quando con
ditio apponitur ad inchoationem obligationis. nam tunc ſine
dubio impedit natiuitatẽ eius ipſo iure,vt l.cedere diem.de ver.
ſig. Tene ergo tertium exemplum, qñ apponitur ad expiratio-
nem vel finiendã obligationem iam natam , puta ꝙ hr̃s teneat
quouſq; nauis ex Aſia venerit,non vltra,ſicut enim qñ apponit
tp̃s certum nihilominus durat mero iure poſt tp̃s , vt in primo
exemplo,ita qñ apponitur concluſio quæ continet tp̃s incertũ,
vt in iſto,& probatur in l.iiij.s̃.de ſeru.quod dic vt ibi dixi anno
præterito,obſtabit tñ exceptio.vt ibi no. ¶ In gl.ibi, [C.eo.l.fi.]
dic ꝙ benè faceret teſtator vt dñium rei legatæ duret apud lega
tarium ad tp̃s,& poſtea reuertatur ad hęredem.& ita loquitur il
la l.quia dñium non ita imprimitur oſſibus legatarij,ſicut obli
gatio perſonalis paſſiua imprimitur oſſibus hæredis. ¶ In glo.
ibi,[ſed mors legatarij interuenit.] dic clarius, ꝙ mors legatarij
bene põt facere vt oblĩo,quæ nondum nata eſt non naſcatur, vt
in legato annuo,quod pro primo anno eſt purum, pro ſequen-
tib.conditionale,vnde mortuo legatario pro ſequentibus non
incipit naſci actio quæ prius non erat nata,& ita loquitur ꝯriũ
ſed poſtq̃ eſt nata, non poſſet mors legatarij facere,vt ipſo iure
finiatur,vt ſi legatarius dixiſſet ꝙ legatarius poſſet agere quouſ-
que vixerit, nam nihilominus poſt eius mortem durabit actio,
agna.vel ſi. Sol.intellige ſm Bal.idem qñ pater ſimpľr recepiſſet, quo caſu filij ēt vocantur, vt in tit.qui feu.da.poſ.§.cum verò contra. Ita tñ ſi ſunt hæredes patris, non aliter, vt in contrario. ſed agnati etiam ſi non ſint hæredes, dum tñ ſit antiquum, ſed non initiatum in perſonam morientis, aliàs non ſuccederent, licèt filij bene ſuccedant. Idem dico ſi dixiſſet pro ſe, filiis ſuis, & hrdibus, vt no. Bar. in l.vt iuriſiur.§.ſi liberi.de oper. lib. ¶ In tex.ibi, [in ea cã durauerit.] quia non fuit ſibi relicta libertas. vnde non efficitur ſui iuris per mortem dñi eo modo quo filius per mortem patris, ſed remanet in dñio hæreditatis, vnde acquiritur hæreditati iacenti, & per eã poſtea hæredi adeunti, vt ĩ.ſequitur. ¶ In tex.ibi. [liber eſſe iuſſus fuerit.] inſtituto extraneo hærede. nam tunc inter mortem dñi & adi.hæreditatis eſt dare medium, & in illo medio iſte ſeruus eſt adhuc ſeruus cũ dies libertatis relictæ non cedat, niſi adita hæreditate. vt C. đ cad.tol.l.j.§.in nouiſſimo vnde adhuc eſt idem hic ꝙ ĩ ſuperiori caſu, qñ nõ fuit relicta libertas, & h.d. vſque ibi. [præterquã.] Si aũt fuit inſtitutus neceſſarius hrs, vt alius ſeruus illius dñi, vel ēt filius in ptãte, tunc ſtatim mortuo dño ipſo iure acquiritur inſtituto hæreditas, & ſic non eſt dare medium inter mortẽ dñi & aditionem hæreditatis ſuæ, & eodem tpe & inſtãti cedit dies relicti facti ſeruo poſt mortem dñi, & ſic reperit ipſum liberũ, vnde ſibi acquiritur, & non hæredi dñi. ſed contra, quia iſta tria ſimul concurrũt, & eodẽ tpe, nec vnũ eſt altero prius vel poſterius, & ſic legatum factũ ſeruo nõ reperit ipſum liberũ factũ, ſed in actu liberationis, ſicut alibi dicit gl. Lupus exit ſyluã, ſed nondũ exiuit, in l.arboribus §.de illo.ſ̃.de vſufr. Ita iſte cũ cedit dies legati ſibi facti, exit ſeruitutẽ, ſed nondum exiuit. ergo ſibi non debet acquiri. Sol.tex.voluit hic ɔ̃rium ſoluere circa fi. ut licèt concurrant, nec vnũ ſit altero prius vel poſterius reſpectu tpis, tñ fauore legati, vt ſeruo acquiratur in ordine intellectus, fingitur prius factus liber, & per poſterius cedere dies legati ſibi facti. & ſic allegatur iſte tex.ad q.de puncto, de qua ēt ꝑ gl.in l.ſed & partus.§.fi.in vlt.glo.ſ̃.quod me.cau.per Pe.in l.Arethuſa.de ſta.hom.& per Barto. hic qui diſtinguit.

1 *Si ſeruo pure legato relinquitur libertas ſub cõditione, primũ legatũ redditur conditionale in euentum contrariæ conditionis. Si verò in diem certum, vel poſt mortem legatarij, totaliter extinguitur.*

2 *Legatum pure factum, ſi adimitur ſub conditione, ceaſetur ſub contraria conditione factum.*

*Tacita conditio impedit tranſmiſſionẽ legati, ſicut expreſſa, et quid ſi perueniat ex diſpoſitione legali.*

3 *Sicut quando pure relinquitur libertas ſeruo legato, legatũ extinguitur. Idem quando in diem certum.*

4 *Caſus in quo relictum factum poſt mortem tertij reputatur potius in diẽ, quàm conditionale.*

5 *Si relinquo Titio ſeruum vſq; ad annũ, & poſt annũ volo ꝙ ſit liber, an legatum ſerui valeat vſque ad annum.*

1 §. Si purè. † Si ſeruo purè legato relinquit̃ libertas, ſub condõne, primum legatum redit̃ conditionale in euentum contrariæ condõnis. Si vero in diem certum, vel poſt mortem legatarij, totaliter extinguitur. h. d. & multò fortius ſi purè nec refert quid eorum præcedat fauore libertatis, vt ĩ.tit.j.l.ſi idem ſeruus. dummodo valeat relicta libertate,
2 alias dic vt ſ̃.eo.l.ſeruum filij.§.ſi idem ſeruus. ¶ † No.j. ꝙ ſi legatum purè factũ adimitur ſub condõne, cenſetur ſub contraria condõne factum, vt ĩ. quando di. leg.ced.l.quod purè. & l. aliquando.de condit.& demon. Sed cõtra extra glo. quia verba inducta ad diminutionem non important augm̃, ſeu contrarium effectum, vt l.legata inutiliter.ſ̃.eo. ergo ademptio conditionalis importat dationem ēt cõditionalem. Sol. vt dixi in l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.ſup.eod. nam iſta datio non prouenit, ex ademptione, ſed ex primo legato purè facto, quatenus ei nõ adimit̃, & ex illa debet peti. ideo tex. hic cautè loquitur, dum dicit (ſub contraria condõne valet legatum) .i. firmum remanet. ¶ Item no.in ver. (& ideo) ꝙ tacita conditio impedit tranſmiſſionem legati, ſicut expreſſa, nam contraria condõ non fuit expreſſa, ſed tacitè ſubintellecta. Sed contra de l.conditiones; q̃ extrinſecus. de cond.& dem. Sol. tacita condõ proueniens ex voluntate teſtatoris, quæ colligitur ex verbis ab eo prolatis, a contrario ſenſu vel alio modo idem operatur ꝙ expreſſa, & ita loquitur hic cum concor. Sed proueniens ex diſpõne legali, non reddit legatum conditionale, quo ad diei ceſſionem, & tranſmiſſionem, vt in contrario, quia dicitur extrinſeca .i. ex teſtamẽto nõn proueniens, ſed prima ſic, & tetigit in l.Stichum q meus
3 erit.ſ̃.eo. ¶ † Tertio no.in ver. (ꝙ ſi quidem) ꝙ ſicut qñ purè relinquitur libertas ſeruo legato legatum extinguitur, idem qñ in diem certum, puta poſt annum. ſed contra, nam illud fuit inductum fauore libertatis. ſed nunc nullus fauor eſt, ꝙ legatum ſerui ſtatim extinguatur, qm̃ ſeruus non potuit conſequi libertatem ante lapſum diei. nõn.n. intereſt ſua cui ſeruiat, an hæredi, an legatario. deberet.n. legatum ſtare firmum vſque ad euẽtum diei, & tunc finiri, vt l.fi.C.de leg.& ſic interim legatarius habebit commodum, & tñ iſte tex. probat contrarium, & ſic legatarius non habet, ſed hrs. Iſtud ɔ̃rium eſt difficile, & male videtur poſſe ſolui, niſi dicamus ꝙ intereſt ſua non habere mutare dñiũ, poſtq̃ perueturus eſt ad libertatem, ſed hoc intereſſe non concernit libertatem, & quouſque habet ſeruire, nõ eſt conſiderandus fauor eius. vnde põt aliter ſolui, q̃ hic contingit. quia libertas fuit relicta directo. quo caſu ſi valeret legatum, & ſic tranſiret dñium in legatarium, non poſſet adueniente die competere libertas, quia non potuit relinqui ſeruo alieno. & quia talis ſeruus remanet libertus orcinus .i. teſtatoris, a quo euellitur dñiuꝫ, non aũt euelleret a legatario, & ſic remaneret libertus legatarij. Si ergo relinqueretur libertas per fideicõmiſſum præſtanda legatario, bene valeret legatum vſque ad tps. & procederet contrarium per l.cum quo §.is qui.in fi.infra ad le.
4 Fal.& per l.periculũ.§.fi.ĩ.tit.j.& hic in gl.fi. ¶ † Vltimò not. hic in fi. caſum in quo relictum factum poſt mortem tertij reputatur potius in diem q̃ condõnale. Si.n.eſſet condõnale, legatum ſerui non extingueretur ſtatim, ſed in euentum cõditionis, vt ĩ prin.§.& hic in fi. ſtatim extinguitur, ſed contra de l.hæres meꝰ. de condi.& dem.& l.quibus diebus.§. quidam Titio. vbi eſt cõditionale, quia nõ eſt certum an legatarius ſuperuiuat illi, poſt cuius mortem factum eſt legatum, vel non. Solu. verum eſt regulariter, fallit hic, & rõ fallentiæ eſt, quia legatarius non põt conſequi emolumentũ ex legato ſerui viuente ſeruo ſed in primo caſu huius §. ſic, quia ſi deficeret alia condõ libertati appoſita, remaneret legatum ſerui penes eum, ſed hic in fi. ſi deficeret, quia ſeruus moreret̃ ante legatarium, nullũ commodũ remaneret penes legatarium. debet ergo inſpici an condõ libertatis poſſit deficere viuente ſeruo, & tunc legatum ſerui non reuocatur, ſed ponitur in ſuſpenſo: an non, & tunc ſtatim extinguitur. Ratio aũt extinctionis eſt eadem, quæ in caſu præcedenti, quia relinquitur libertas directò, ſecus ſi per fideicommiſſũ, vt in glo. ſed rõ diuerſitatis inter primum caſum & vltimum ẽ illa, quam ſ̃.dixi. ¶ In vltima glo.ibi [vel fideicõmiſſum ab hærede præſtandum.] quo caſu ſi valeret legatum, non poſſet hæres libertatem præſtare, quia non eſt dñs. ideo legatum ſerui reuocatur, ſicut & qñ relinquitur directo, ſecus qñ a legatario pręſtanda eſt, vt in contrario. ſed quidam dicunt, quòd etiam ibi loquitur in libertate directo relicta & ita ſonat ibi litera, & ad iſtum tex. reſpondent fatendo, ꝙ etiam ibi reuocatur legatum
5 ſerui, ſicut hic. quod dic vt ibi not. per Bar. † Prædicta qñ legatũ ſerui eſſet purè ſeu ſimpliciter factum, & poſtea relicta eſſet libertas directò purè, vel in diem, ſed ſi relinquo Titio ſeruum, vſque ad annum, & poſt annum volo ꝙ ſit liber, nõ video quare legatum ſerui non debeat valere vſque ad annum, cùm appareat de voluntate mea, ꝙ nolui ipſum habere commodum pro illo tempore, nec ſum mihi contrarius in aliquo, ſed cùm relinquo purè vel ſimpliciter, videor velle ꝙ perpetuò habeat, cùm vero poſtea relinquo libertatẽ poſt tps, volo ɔ̃rium, & ſic mihiipſi contrarior. ideo hoc ſm prævalet, & reuocatur primũ ſtatim, ꝓꝑ rationeꝫ tñ, quàm ſup.tetigi. ꝙ qñ relinquitur libertas directo, debet auelli dñium a teſtatore. poteſt dici ꝙ in legatarium non tranſeat, ſed dũtaxat commoditas pro illo tempore, vel ſi dicimus quòd tranſeat finito tempore, redit dñium ad hæreditatem. vt l.fi.C.de leg.& eodem inſtanti auellitur ab ea, & efficitur liber, & ſic nihil obſtabit. Non ſunt alia.

1 *Seruo proprio nomine legato poteſt quis legare, & dies ſecundi legati cedit ab adita hæreditate.*

2 *Dies legati facti ſeruo legato, quare non cedit a morte teſtatoris, & dies legati facti ſeruo, ſic.*

LEX LXXI.

1 SEruo legato. † Seruo proprio nomine legato põt quis legare, & dies ſecundi legati cedit ab adita hæreditate. h.d. Si autẽ non eſſet alteri legatus ſeruus, non valeret legatum ſibi factum ſine libertate quia non eſſet cui poſſet acquiri, vt ĩ l.ſerui.C. de lega. ſed qñ alteri legatur, acquiritur legatario, &
2 hoc vult iſte tex. ¶ † In glo.ibi, [§.in nouiſſimo,] ſed quare dies legati facti ſeruo legato, nõ cedit a morte teſtatoris, & tñ dies legati facti ſeruo bñ cedit a morte teſtatoris? Gloſ. in §.nouiſſimo. ſentit iſtud contrarium, & vult in effectu, ꝙ ideo primum legatum non cedit niſi ab adita hæreditate, qa ſi cederet, nõ ualeret, quia non eſſet cui acquireretur, nam licèt dies legati facti de ſeruo cedat a morte teſtatoris, & ſic legatarius efficiatur dominus ſerui, hoc tñ non verè, ſed fictè, vt in j.gl.præcedenti, & iſtud fictum dñium non eſt ſufficiens, vt per eundem ſeruum eidem legatario acquiratur legatum ſeruo factum. vnde cum nec legatario nec ſeruo poſſit acquiri, non valet, ſicut ſi non foret alteri legatus, ſoli.n. hæreditati legantis acquireretur, in cuius vero dominio extitit iſte ſeruus, & ſic ab eadem hæreditate ſibiipſi videretur legatum factum, ſed poſt aditam hæreditatem legatario ſerui acquiritur dñium vere, ideo per ipſum poteſt ſibi acquiri legatum fundi. Et ex hoc, quia non cedit ante aditam hæreditatem, ſequitur ꝙ iſte ſeruus ante aditã hæreditatem efficeretur liber, puta erat factus liber, & iacente hæ-

reditate

reditate extitit conditio libertatis, adita poſtea hæreditate legatū acquirerēt ſibi, nō legatario ſerui. nec obſtaret regula Catoniana, q̄ non habet locū in relictis, quorū dies cedit ab adita hæreditate. & h. d. tex. in l. cū legato. j. qñ di. leg. ced q declarat hunc articulū. ¶ In gl. ibi, [quo cedit dies legati.] .i. quo moritur is qui legauit huic ſeruo Dy. ¶ In glo. ibi. [ante aditam hæreditatem.] .ſ. dñi, qui ſeruū legauit alteri, tunc acquiritur hæreditati ipſius dñi penes quem verum dñium ipſius ſerui legati adhuc erat, licèt penes legatarium eſſet fictū: nam iſta pñt ſimul ſtare, vt patet in l. in ſuis. de lib. & poſth. dominium aūt verum ſufficiens eſt, vt acquiratur hæreditati legatum factū ſeruo à Titio. ſed fictum legatarij non, vt ſ. dixi. Sed aduerte, quia licèt acquiratur hæreditati dñium, adita poſtea hæreditate, tenebitur hæres ſeruum legatum tradere legatario vnà cum dicto legato ſibi acquiſito. ita vult glo. in l. ꝙ ſeruus. infra titu. j. Pet. autem voluit contrarium C. de vſufr. leg. l. fi. Sed Bart. tenet gl. in l. ꝙ ſeruus.

1 *Alienatio rei ſub conditione legatæ uires legati non perimit.*
2 *Res ſubiecta reſtitutioni ſub conditione, poteſt interim alienari, ſi non eſt alienatio probibita, aliàs ſecus, & quid hodie.*

1 §. Si ſeruum. †Alienatio rei ſub cōditione legatæ vires legati non perimit. h. d. ¶ In tex. ibi, [hæres alienauerit,] & ſic tranſtulit dñium, quod erat apud eū pendente conditione legati, ſed ea exiſtente reuocatur alienatio, quia reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptatoris, vt l. lex vectigali. ſ. de pig. & redit dñium ad legatarium. Si tñ teſtōr expreſsè ꝓhibuiſſet alienari non valuiſſet alienatio ab ipſo principio, & hoc vult glo. quæ fortè non eſt alibi. j. tit j. l. cum pater.
2 §. libertis. ¶ † Res ergo ſubiecta reſtitutioni ſub condōne poteſt interim alienari, ſi non eſt alienatio ꝓhibita, aliàs ſecus. gl. tñ dicit hoc verum iure iſto, hodie verò ēt ſi non ſit prohibita à teſtatore, prohibetur à lege, & ſic non valet alienatio, ꝑ auth res q̄. C. communia de leg. quæ gl. ꝑ omnes reprobatur quia per illā auth. nihil immutatur de iure veteri quātum ad potentiā alienandi. Sed ſolum excipiuntur aliqui caſus, in q̄bus poteſt fieri alienatio, etiam vt perpetuò valeat, & non reuocetur, tam autē iure digeſtorum q̄ Codicis valebat interim alienatio, ſed exiſtēte conditione reſoluebatur, & ita etiā hodie eſt prçterq̄ in caſibus illius auth. in quibus valet, & non reſoluitur. ¶ In gl. j. ibi, [manumittere nō poteſt.] quia ſi valeret manumiſſio, non poſſet adueniente conditione retractari, fauore libertatis, ſed alia alienatio ſic, vnde no. quòd difficilius conceditur id quod difficilius reuocatur. vt ſupra de minoribus. l. ſi ex cauſç. §. fin. & not ſupra de noxa. l. ſi noxali, & C. de condi. ob cauſam. l. ea lege.

1 *Ille agit ex legato, cuius itereſt, licèt ad eū verba legati nō fuerūt directa.*
2 *Si teſtator mandauit hæredi ꝙ ſponſo vel genero nomine filiæ daret dotē, ꝙ de æquitate etiam gener vel ſponſus fauore dotis agere poterit.*
3 *Statutum ſi excludit fœminas extantibus maſculis, licèt non diſponat maſculos ſuccedere, tamen hoc tacitè diſponere videtur, cum ipſorum contemplatione fœminas excludat.*
4 *Caſus in quò verba cōditionalia diſpoſitionē inducunt, regulariter cōtra.*

1 §. Si teſtator. †Ille agit ex legato, cuius intereſt, licèt ad eum verba legati non fuerunt directa. h. d. ¶ In tex. ibi, [non creditores.] niſi appareat, ꝙ eorum ꝯtemplatione ſit relictum, vt no. ſ. eo. l. ſi cui. §. ſi Titio. quod dic vt ibi plene dixi: debent ergo creditores agere contra quēlibet ex hæredibus pro portione hæreditaria, non contra ſolum grauatum actione ex teſtō. ¶ In tex. ibi [quorum intereſt hoc fieri,] ſed etiam creditorum intereſſe poteſt. Et poſſunt vnū vel duos inſolidum conuenire, & non habeant agere contra quemlibet, ſed dic non tantum quantum intereſt cohæredum, & ideo in dubio magis præſumitur relictum contemplatione cohæredū q̄ creditorum. l. fideicommiſſa. §. interdum. j. de leg. 3. Et adde hic l. cum ab vno. j. tit. j. vbi eſt caſus ſpecialis, & ſingularis, in quo etiam alio non apparente creditor poſſet agere contra grauatum ex teſtō. ¶ In tex. ibi? [non ſolum.] reſpondet tacitæ obiectioni, quo poſſunt agere cohæredes, qui non fuerunt in hoc
2 grauati, & rñdetur ꝙ alibi hoc contingit. ¶ † In tex. ibi, [non. n. gener, aut ſponſus,] cui fuerat dos promiſſa per teſtatorem, & ſubaudi tm̄, vel dic de rigore, ſed de equitate etiam gener, vel ſponſus fauore dotis hoc caſu agere poteſt. vt j. de conditio. & demon. l. Titio centum. §. Titio genero. ſecus in primo caſu huius §. & ad hoc d. l. cum ab vno. Et per iſtum tex. cum ſimili de-
3 terminat Bar. in l. fi. j. ad Tert. ¶ † Si ſtatutum excludit fœminas extantibus maſculis, licèt non diſponat maſculos ſuccedere, nihilominns tacite diſponere videtur, cum ipſorum contempla-
4 tione feminas excludit. ¶ † Et ſic eſt caſus in quo verba conditionalia diſpoſitionem inducunt, regulariter contra, vt ſ. ſi qs omiſ. cau. teſt. l. ſi quis ſub conditio. In glo. quç incipit ibi, [ſic j. ſol. ibi ſtipulatio.] ex qua per virum non acquiritur vxori. vt C. ſi quis alte. vel ſibi. l. multum intereſt. Dy. ¶ In glo. ibi [hic legatum,] in quo inſpicitur voluntas teſtatoris, & ille mentaliter prçſumitur voluiſſe legare illis, quorum plus intereſt, vt d. §. interdum. Pet. de Bellaperti. ¶ In fi. glo. ibi, [de libe. leg. l. 3. in fi.] ſolue, vt dixi in l. ſi cui. §. ſi Titio, quia ibi alius teſtator legauit creditori meo id quod debeo, hic verò ego, quo caſu diſtingue vt ibi dixi. Tene menti.

1 *Hæres non tenetur liberare rem legatam à ſeruitute prædiali.*
2 *Si alius habebat vſumfructum, vel vſum in fundo quem tibi legaui, an hæres meus tenebitur illum redimere, & ipſum tradere pleno iure.*
3 *Venditor, an teneatur tradere fundum liberum.*

1 §. Si fundus. †Hæres non tenetur liberare rem legatam à ſeruitute prædiali h. d. Intellige ēt ſi teſtator ſciebat eam deberi. nec ob. l. ſi res obligata. ſ. eo. vt ibi
2 dixi. ¶ † Sed an à ſeruitute ꝑſonali? pone enim ꝙ alius habebat vſumfr. vel vſum in fundo, quē tibi legaui, an hr̄s meus tenebit illum redimere & ipſum tradere pleno iure? diſtingue, an pertineret ad ipſum hæredē, & indiſtinctè tenet tradere pleno iure, etiā ſi teſtator hoc ignorabat, vt l. cū filius. §. dominus. j. tit. j. aut ad alium, & tunc diſtinguitur prout in l. ſi res obligata. quod dic
3 vt plenè. no. in l. Mæuius. §. fundo. j. tit. j ¶ † Quid autem in venditione, an vēditor teneatur tradere fundum liberum? dic vt in l. quòd ad ſeruitutes. de. euic. & l. cum venderes. de contrahen. emp. Sequitur §. ſeruus, & iſtum caſum habuiſti, ideo breuis eſt

§. Seruus, qui. Concordat l. ſeruūs ſ. eod. & facit ad quæſtionem, de qua ibi dixi, & ibi vide, ideo non expedit inſiſtere.

1 §. Si res quæ. †Si ſeruus legatus eſt in fuga ſine culpa hæredis, tenetur hæres duntaxat cauere de proſequendo ipſum, & de reſtituendo cum ad eius manus peruenerit. h. d ſed cuius expen. tenetur proſequi? dic vt ſ. eo. l. cum ſeruus legatus, & dixi in l. cum res. circa prin.

1 *Hæres poteſt retinere ſeruum legatum quouſque ſibi ſatiſfiat de noxa per eum ſibi commiſſa, & fundum legatum quouſque ſibi reintegretur ſeruitus per ſucce. extin.*
2 *Si res, in qua vel pro qua ius habebā ad me peruenerit, cū onere alteri reſtituendi, poſſum per retentionem conſeruare mihi ius meū, quod erat extinctum quouſque reintegretur vel indemnis conſeruatur.*
3 *Quando hæredi competebat aliquod ius in re legata antequam ſuccederet teſtatori, an poſſit ſibi illud ius conſeruare aduerſus legatarium ſi per ſucceſſionem fuerat extinctum.*
4 *Si emi fundum tuo mandato, vel ſeruum, & mihi traditur, acquiritur dominium mihi, licèt per actionem mandati tenear tibi tradere.*

## LEX LXXIII.

1 SI ſeruus. †Hæres poteſt retinere ſeruum legatū quouſque ſibi ſatisfiat de noxa per eū ſibi commiſſa, & fundum legatum quouſq; ſibi reintegretur ſeruitus per ſucce. extin. h. d. Bal. & ſic no. ſecundum Bart. † ꝙ ſi res, in qua, vel pro qua ius habebam, ad me peruenit cum onere alteri reſtituendi, poſſum per reſtitutionē conſeruare mihi ius meum quod erat extinctum, quouſque reintegretur vel indemnis conſeruetur. quia perinde eſt acſi ad me non perueniſſet, ex quo habeo alteri reſtituere, & ſic reuocabiliter peruenit, facit l. non quocunque. infra eo. & l. debitor. j. ad Treb. ¶ Venio ad caſum, in gl. j. ibi, [vt aliqua ſit dubitatio,] nam ſi purè legaſſet, nullo modo extingueretur actio furti, vel ſeruitus competens hæredi, quia nullo tempore fuiſſet hæres dñs rei legatæ, vt ſ. eo. l. legatarius. §. j. & de fur. l. à Titio. Dy. & ſic non eſſet neceſſaria reintegratio, vt no. ſ. de ſerui. l. Papi in vlti. glo. ibi. §. dominus. ¶ † Circa iſtum arti. qñ hæredi competebat aliquod ius in re legata anteq̄ ſuccederet teſtatori, an poſſit ſibi illud ius conſeruare aduerſus legatariū, ſi per ſucceſſionem fuerat extinctum, diſtingue. aut erat ius ſeruitutis prædialis, & indiſtinctè poteſt ſibi cōſeruare, nec tenetur fundum tradere liberum legatario, ſiue teſtator ſciebat illam ſeruitutē deberi hæredi, ſiue ignorabat, vt hic in ver. ]nam & ſi fundus.] qa ſi deberet ſeruitutem cuidam tertio, non teneretur hæres eam ab illo tertio redimere, vt ſ. l. proxima. §. ſi fundus. & illud tenetur facere in ſua perſona, quod eſſet facturus in perſonam alterius, arg. in l. frater à fratre. verſi. porrò ſ. de cond. inde. aut erat ſeruitus perſonalis vſufr. & indiſtinctè non poteſt iſtud ius ſibi retinere, imò tenetur illum fundum tradere pleno iure, etiam ſi teſtator ignorabat illud ius hæredi competere, & credebat ſe dñm pleno iure, vt in illo §. dñs. quia vſufr. eſt pars dominii, vñ ſi teſtator legaret rem hæredis pleno iure, valeret legatum, & teneretur hr̄s eam tradere, etiam ſi teſtator hoc ignorabat, & credebat eſſe ſuam, vt j tit. j. l. vnum ex familia. §. ſi rem. ita & ſi erat hæredis pro parte integrali proprietatis. vel vſusfru. arguendo de toto ad partē, & iſta vr̄ ratio illius §. dñs. ita vr̄ ſi pro parte quota. Nec ob. l. ſerui electione. in fi. ſ. eo. vbi legatum reſtringitur ad partem ſolam, quam habebat teſtator, quia illud eſt verum qñ alius q̄ hæres habebat alteram partem, ſecus qñ hr̄s. aut erat ius obligationis, vel hypothecæ, vel quia erat obligata pro noxa, & tunc adhibet diſtinctionem, quæ ponitur in l. ſi res obligata. ſ. eo. eo caſu, quo teneretur eā liberare ab extraneo, teneatur etiam liberare à ſe. Sed eo caſu, quo non ab illo, tunc nec a ſe. Et ideo primus caſus huius l. debet intelligi qñ teſtator ignorabat ſeruum dediſſe noxam hæredi, ſecus ſi ſciebat, qa tunc teneretur ipſum liberare ab extraneo, vt dixi in l. ſi à ſubſtituto. in fi. ſ. eo. Sed ſecundus caſus, qui loquitur de ſeruitute, in-

telligitur

4 telligitur ĩdiſtinctè, ſiue ſciebat, ſiue ignorabat.¶†Vltimò no.
hic ibi dum dicit. [nec diſſimile] ꝙ ſi emi fundum tuo manda-
to, vel ſeruũ. & mihi traditur, acquiritur dñium mihi, licèt per
actionẽ mandati, tenear tibi tradere, aliàs.n.non extingueret
ius quod habebã in eo cuius ɔ̃rium hic patet, ꝙ extinguit. ſed
habeo retentionem, vt reintegret vel conſeruet indẽnis. hoc in
telligitur verũ, qñ emi ſimplr, vt ẽt no. ĩ l. res ex mãdato. de acq.
rer. do. & l. ſi ita quis. §. Seia. de verbo. obl ſecus ſi tuo noĩe, quia
tunc recta via facta traditione acquireretur tibi dñium, & poſ-
ſeſſio. l. per procuratorem. C. de acqui. poſ. Tene menti.

---

1 *Legatum domus ſimpliciter factum, valet ſi teſtator reliquit domos in pa trimonio, ſed ſi non reliquit, an valet tanquam eluſorium.*
2 *Legatũ domus nõ valet, ſi teſtator non habebat niſi vnam, & hẽbat filios.*
3 *Legatum habitationis, quid importet.*
4 *Si teſtator legauit habitationem vxori, & reliquit domos in patrimonio, poteſt vxor petere, ꝙ ſibi conducatur alia, ſed tenetur habitare in vna ex illis, prout hæres elegerit, & arbitrio boni viri conueniat.*
5 *Quando legatur proprietas domus, an erit in libera optione hæredis. ſi domos teſtator reliquit in patrimonio, vt poſſit dare deteriorem.*
6 *Quid ſi habebat palatia, & domum paruam, quæ ſufficiebat vni viduæ, cui fuit legata domus ſimpliciter.*
7 *In legatis earum rerum quæ habent terminos facto hominis, electio an ſit hæredis, & quid in his, quæ habent certos terminos a natura, & numero 5. vide tamen nu. 8.*
8 *Si res mediocris eſt eligenda, non eſſet differentia, an eſſet electio hæredis, vel legatarij.*
9 *Quod dicitur hic de legato domus, an habeat locum in legato fundi.*

LEX LXXIIII.

1 SI domus. †Legatũ domus ſimplr factũ, valet
ſi teſtator reliquit domos in pr̃imo
nio, ſed ſi non reliquit, non valet tanquã eluſoriuꝫ.
2 h. d.¶†In tex. ibi [ex his quas teſtator habebat ] Sed
quid ſi non habebat niſi vnam, & de illa non eſt veriſimile, ꝙ
ſenſerit, qa reliquit filios, qui illam domum ingrediebant? pu-
3 to ꝑinde eſſe acſi non reliquiſſet, vt non valeat legatũ.¶†Quid
ſi dixit lego habitationeꝫ? Rñdeo, aut nihil adiũxit, & vr̃ domũ
legare, qa frequẽter hoc verbũ pro domo ponit. aut dixit lego
habitationẽ vnius domus, & tunc vr̃ legare commodũ habita-
tionis, tex. eſt & gl. & ibi Guli. de Cu. in l. cũ antiqtas. C. de vſufr.
ideo non vr̃ adhibẽda diſtinctio, de qua hic. Sed hæres teneatur
indiſtinctè legatario ſoluere penſionẽ vnius domus ſm quali-
tatem legatarij, & hoc frequẽter ɔtingit in vxorib. quia relinqt
habitatio, qa teſtõr dubitat, ꝙ non poſſit habitare cũ hæredi-
4 bus.†Dicit tñ Bal. in l. in annalib. C. de leg. ꝙ ſi teſtõr reliquit do
mos in pr̃imonio, non põt vxor petere, ꝙ ſibi cõducat alia. Sed
tenet habitare in vna ex illis, prout hr̃s elegerit, & arbitrio boni
viri ɔueniat, ar. l. cum filio. de leg. 3. vbi verba intelliguntur ſm
5 qualitatem perſonæ ad quam referunt.¶†Sed quæro, qñ legat
an erit in libera optione hæredis ſi domos reliquit in patrimo
nio, vt poſſit dare deteriorem? tex. hic in ver. velle innuit ꝙ ſic,
quia non importat arbitrium boni viri. Nec obſt. l. legato gñali
ter, quia ibi in his quæ habent certos terminos a nã, vt equus,
vel aliud animal, æquius tñ vr̃ hanc intelligi ſm illam, vel ꝙ in-
6 ſpiciatur perſona legatarij.¶†Quid. n. ſi habebat palatia, & do-
mum paruam, quæ ſufficiebat vni viduę cui fuit legata domus
ſimpliciter? certè æquum eſt, vt remaneat illa contenta, & non
7 petat ſibi non conuenientem.¶†In gl. ibi, [ſenſit tamen de cer-
ta ] hoc ideo dicit glo. quia aliàs eſſet electiò legatarij, ex quo re
liquit domos in patrimonio. l. legato gñaliter. cuius ɔ̃riũ hic dr̃
in tex. Sed iſte intellectus non eſt bonus, quia tunc vr̃ de certa
ſenſiſſe, qñ expreſſit nomina, vt domos Seianas. cũ haberet plu
res ſic noĩatas. l. ſi quis a filio. §. ſi quis plures. s̃. eo. & l. idem Iul.
§. Seio. Sed tex. hic dicit, neque adiectũ ſit, &c. & ſic patet ꝙ non
nominauit, ergo non ſenſit de certa. Præterea ſi ſenſiſſet de cer
ta, valeret legatum, ẽt ſi non reliquiſſet in patrimonio domos,
dummodo ſenſerit de certa de certis, vt domum Seianã, & cõ-
ſtat ꝙ ſenſit de illa Titij, qui habebat plures Seianas. Nec ob. ɔ
trarium, quia ibi in his, quæ habent certos termioos a nã, ĩ qui
bus non eſt magna dr̃ia inter pretium vnius, & alterius. vnde
non multum grauatur hęres ſi legatarius hẽt optionem. hic in
his quæ habent terminos facto hoĩs in quibus põt eſſe magna
diſtantia inter pretium vnius, & alterius. vnde poſſet eſſe ma-
gnũ damnũ hæredis, ſi legatarius haberet electionem. iſtã ratio
8 nẽ ponit glo. in l. hæredes. fa. erciſ. & Bar. hic ſequitur.†Sed ſi di
cimus, ꝙ mediocris ſit eligenda, non eſſet dr̃ia, an eſſet electio
hæredis, vel legatarij, quia ſemper recurretur ad arbitrium bo
ni viri, ideo tex. eſt ſatis dubius, & vr̃ dicendum quòd primo di-
xi, ꝙ ſit in libera optione hæredis.¶In gl. fi. in princ. ibi [qm̃ nõ
natura &c.] quia ſi a nã, valeret, licèt nullam ſpẽm reliquiſſet ĩ
pr̃imonio. l. legato gñaliter, vt ſi legauit hominem, vel equum
in genere, ideo in Sticho vel alia re mobili habente terminos a
facto hominis, idẽ eſſet ꝙ in domo, ſi legaret gñaliter, & non rè
periretur in patrimonio ſm Ang. ſed ſatis videt durũ fateri. po
ne ꝙ legauit eccleſiæ calicem, vel platenam. iſta hñt terminos
a facto hoĩs, non a nã, & ſic non valebit legatum, quod eſt abſo
num. l. Titia. §. j. de aur. & arg. leg. vnde non extendam vltra ter-
minos, & in legato facto eccleſię ꝑ dignitatẽ legatarij fit inter
9 pretatio in maiori, vt dixi in l. ſi ſeruus. §. fin. per d. l. Titia. ¶†In
gl. ibi. [domus & fundus] gl. nõ vr̃ facere dr̃iã inter domũ & fun
dũ, & tñ in l. legato gñaliter. facit dr̃iam. dic ꝙ ĩ hoc nõ eſt dr̃ia,
qa tã domus, ꝗ̃ fundus habẽt terminos a facto hominis, non a
nã. Sed in alio eſt dr̃ia, qa legatũ fundi gñale nõ valet, ẽt ſi fun-
dos relinquat, ſed legatũ domus ſic, ſi relinquat, aliàs non, ut
hic. Pet. tñ dixit in fundo diſtingui, vt hic in domo. quod magis
placet, vt ibi dixi licèt Bar. teneat gl. vt ipſe plenè no. in l. ita ſti-
pulatus. de ver. obl. ꝑdicta, qñ nõ ſenſit de certa domo, vel fun-
do gñali valeret ſi ſenſit de certa de certis. l. legato gñaliter. §. ſi.
ſecus ſi de certa de ĩcertis, vt lego domũ Seianã, cũ nullã Seianã
reliquerit. nec apparet ꝙ ſe retulerit ad Seianã alicui⁹ hominis,
qa eſſet oĩno incertũ legatũ. l. ſi fuerit. de reb. dub. in princ.¶ In
glo. ibi, [ſed ar. ɔ̃ ] ſ. ꝙ legatũ valeat. licèt nihil reliquerit in pa-
trimonio in his, ꝗ̃ nõ hñt terminos a nã. ſed ſolue, vt in gl. quia
aliud in quãtitatib. in quib. eſt dare modũ certũ vel mẽſurã ſꝫ
conſuetudinẽ loci, vel perſonæ. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. s̃. e. Si tñ
reliquit in patrimonio, de illo põt hæres ſoluere inuito legata-
rio, nec compellitur hæres emere in foro, vt not. Bar. in d. l. 3. de
vino triti. & oleo lega. & l. Titia. §. j. de aur. & arg. leg.

---

1 *Pro re legata euicta non præſtita cautione, agi põt ex teſtamento, & ante quam euincatur officium iudicis pro cautione de euictione imploratur.*
2 *Vbicunque quis de euictione tenetur, ibi poteſt etiam compelli cauere cum ſimplici cautione, & quando etiam cum fideiuſſore.*
3 *Si hæres tradidit rem legatam non præſtita cautione, an poſſit legatarius cautionem petere.*
4 *Quid in emptore & venditore, & in quibus differat. nu. 5.*
5 *Emptor non agit de euictione, niſi re euicta, & quid in legatario.*
6 *Quinque caſus in quibus hæres tenetur legatario de euictione. nu. 7.*
*Aliud eſt legare rem, aliud poſſeſſionem.*
7 *Emphyteuta ſi legauit rem emphyteuticam, licèt morte eius finiatur emphyteuſis, & non valeat legatum, tamen hæres poſſidens tenetur ſaltẽ tradere poſſeſſionem.*

1 §. De euictione. †Si euincitur res legata, pro qua
hęres non cauit de euictione, agi
põt ex teſtõ ad eandem rem, ac ſi non fuiſſet tradita, & cũ peti
tur res legata in iudicio, põt officium iudicis deſeruiens actioni
ex teſtõ implorari, vt compellatur cauere de euictione, & tunc
ſecuta euictione põt agi ex ſtipulatione. h. d. Primo. formatur
vna quæſtio, ſecunda ibi, [& regulariter.] Secundo præmittitur
vna regula vſque ibi. [ cæterum.] Tertio ex illa regula infert re
ſponſionem ad qõnem formatam. Et aduerte bñ, quia famo-
ſus eſt iſte §. forma caſum, vt conueniat principium cum fine,
& rñſio cum interrogatione, ꝙ legatarius petiit legatum in iu-
dicio, & cum eſſet in cã condemnatus petebat legatarius, ꝙ cõ-
pelleret cauere de euictione hæres dicebat non debere compel
li, quia non erat de hoc grauatus in teſtõ, & quia in libello for-
te non erat petitum. Iuriſcon. præmittit, ꝙ ſi eſſet res tradita ex-
tra iudiciũ nulla data cautione, ſecuta euictione, legatarius poſ
ſet agere ex teſtõ ad eandẽ rem, ergo nec re integra compellen
2 dus eſt cauere, quia † vbicunque quis de euictione tenetur, ibi
põt compelli ẽt cauere, vt patet in venditore. s̃. de euic. l. 2. & l.
ex empto. §. fi. de act. emp. & de rerum permu. l. j. non dico cum
fideiuſſ. ſed ſimplici cautione. l. illud. de euict. niſi in caſibus ibi
no. ita hic debebit condemnari, vt caueat, & euictione ſecuta
poterit conueniri ex ſtipulatione. Nec ob. ꝙ non fuit grauatus,
nam ꝑ hoc non competit actio ex teſtõ, ſed põt implorari of-
ficium iudicis deſeruiẽs actioni propoſitæ ad rem. Nec obſtat
ꝙ non fuit petitũ a princ. quia ſufficit ꝙ poſtea dubitat. Vel dic,
ꝙ illud procederet in emergentibus poſt litis conte. ſed ea quę
ꝑ prius habẽt originẽ, debent a principio deduci. l. ædiles. §. itẽ
ſciendũ. de ædil. edi. & l. ſi quis miſſum. §. iudex. de dam. infect.
¶ Sed opp. extra gl. ꝙ non teneatur indiſtincte cauere, quia nõ
tenetur de euict. indiſtincte. vt hic no. in glo. mag. Reſpondeo,
fateor contrariũ, & dico ꝙ hæres cũ de euictione cauet, põt op
ponere, ꝙ cauet eo ipſo, quo de ipſa teneretur, non aliter, argu
mento notariorũ in l. prætor. §. j. de dã. infe. Et ſi ſimpliciter ca-
uet, intelligitur cauiſſe in caſibus in quibus tenet s̃. eo. l. ſi lega-
ti ſerui noĩe. ſecundum ſecundã lect. Doctorũ. vbi iſta ſunt ne-
ceſſaria licèt per gl. & Doc. non tangantur.¶ In glo. j. ibi, [ non
illud euincitur,] quia ſi fuiſſet euicta ſine iudicio, non ageret le
gatarius de euictione, ſicut nec emptor l. non vtique. de rei ven.
l. atqui nã. §. cum me abſente. s̃. de neg. ge. ẽt ſi per compromiſ-
ſum & ſniãm arbitri. l. ſi dictum. § ſi compromiſero. de euic. ni-
3 ſi aliud fuerit expreſſe actum.¶†In glo. ſeq. pro eius declaratio
ne quæro. ſi hæres tradidit rem legatam non pręſtita cautione,
an poſſit legatarius cautionem petere? gloſ. determinat, quòd
non, quia non põt peti iure actionis. cum teſtator non diſpo-
ſuerit de ipſa, ſed petitur offi. iudicis deſeruiente actioni ex te-
ſtamẽto quæ pro legato proponitur. Sed facta traditione actio
eſt ſublata, quia ſolutione &c. ergo &c. C. depoſiti. l. 4 gloſ. iſta
reprehenditur, quia licèt poſſit implorari officium mercena-
rium, põt tñ intentari ex teſtõ pro eadẽ re, acſi nõ eſſet tradita

cum

cum deficiat ius cautionis , quod totam rem concernit, & ſic
pōt res peti,licèt non ſit euicta,& licèt ſit penes legatariū , non
vt rē.ſed vt cautionē conſequatur.l.ēt.de ſol.& l. Iul. §. j.de ver.
ob. Nec ob.l.4.vbi actio prima non pōt intentari,quia verū eſt
vt ꝯſequat̃ vſuras vel acceſſiões, q̃ veniebāt officio iudicis mer-
cenario, quia ſunt res diuerſę à principali,ſed vt conſequat̃ cau-
tionē ſic, quia concernit rē, quaſi non videatur tradita , ex quo
pōt euinci,& de euictione nō eſt cautum. Præterea glo. dicit ꝙ
per traditionem legati actio ex teſtō ſit ſublata,quod nō eſt ve-
rū qn̄ tenetur de euictione, quia re euicta non poſſet intentari,
& tex.hic vult ꝯriū.tunc ergo eſt ſublata, qn̄ non pōt euinci,qđ
apparebit ex poſt facto. per prædicta videtur ꝙ ſi hæres offert le
gatum nō tenetur legatarius recipere,niſi caueat eo caſu , quo
tenetur,& ſic nō cōſtituit legatariū in mora,imo ipſe eſt in mo-
ra ex quo petitur. & ſi periret, non liberaret̃ hr̄s ; ſed teneret̃.l.
cū res.s̄.eo.iunctis his q no. Bar. in l. qui ſolidū. in prin. j̄. titu.j.
¶Sed opp.ꝯ tex. dum dicit de euictione ſecuta rē eſſe petendā,
4 imò debet agi ad intereſſe.l.venditor hoīs. de euict.¶†Sol. aliđ
in emptore aliud in legatario, quia differunt in pluribus, nam
venditor facta tradōne liberatur ab actione ex empto , qua te-
netur tradere, vt no.gl.in auth. ſacra. C. ſi aduer. vend. ēt ſi erat
aliena,& poterat euinci quia nō tenet̃ niſi tradere.l.j. de re. per
mu.hr̄s verò non liberat̃ eo caſu , quo tenet̃ de euictiōe , & res
pōt euinci,vt probat̃ hic,dum dicit poſſe cōueniri eadē actione
quod non eſſet ſi eſſet ſublata. Itē vēditor facta traditione , pōt
conueniri,vt caueat directò , abſq; eo ꝙ petatur eadem res.l.2.
de euict. quia iuris actione venit cautio in ꝯctu emptionis.l.ex
empto.de act.emp.hæres verò non pōt directò conueniri. vt ca
ueat,quia hoc venit officio mercenario,& rō eſt , quia actio ex
empto eſt bonæfidei. vn̄ in ea oīa veniunt , quæ eſt æquum ve-
nire.ſed actio ex teſtō eſt ſtricti iuris,licèt quantum ad moram,
& actiones pp moram hēat inſtar bonęfidei. l. in minorum.C.
in qui.cau.in inte.re.non eſt ne.non ergo veniunt in eadem ni-
ſi diſpoſita à teſtatore. Alia verò q̃ eſt æquum venire , ueniunt
5 officio iudicis , & ex diſpōne legis.¶†Item emptor non agit de
euictione,niſi re euicta.l.hr̄e.de euic.ſed legatarius poteſt agere
ēt anteq̃ euincatur,ſi conſtaret eſſe alienā, & eſſet caſus quo hæ
res teneretur redimere à dn̄o.quia nō eſt liberatus cum tenea-
tur ad dandū,& non dedit.licèt tradiderit.l.cum quis.§.ſi homi-
nem.de ſolu.& ſupra e.l.ſi à ſubſtituto. §.j. Itē quarto & vlti.qa
ſtante euictione emptor agit ad intereſſe. d. l. vēditor hoīs. ſed
legatarius agit ad rem.acſi nō eſſet tradita, vt hic eſt caſus. ¶In
gl.ſi.magna in prin.ibi,[& nihilominus ex teſtō. ] quia per ſtip.
de euic. non eſt ſublata iure nouationis actio ex teſtō , cum ex
neceſſitate fuerit interpoſita, vt voluit glo. in ſimili. s̄. de proc.l.
non ſolum.in prin. poſt med. magnæ gl. ēt iure iſto.hodie cla-
rum eſt per l.ſi. de noua. gl. verò hic aliam vr̃ aſſignare rōnem
quare non ſit ſublata actio ex teſtō. ſ. ne ſn̄ia lata pro legatario,
in qua fuit hæres condemnatus,vt caueret legatario,noceat ꝯ l.
euidenter cum alijs alleg.in gl.de excep.rei iudi. Si pro actione
ex teſtō, quæ habet inſtar bonæfi. haberet ſolum actionem ex-
ſtipulatu,quæ eſt merè ſtricti iuris ſed ratio iſta eſt inſufficiens:
quid.n. ſi ſine officio iudicis hæres cum tradit de euictione , ca-
6 uiſſet,nam fieret nouatio,vt innuit iſta glo. quod eſt falſum.†In
gl.ibi,[& no.ſm Ang.] Ex iſta diſtinctiōe gl collige quatuor ca-
ſus,in quibus hæres tenetur de euictione. Primus ſi conſiſtit in
genere. Secundus quādo in ſpē teſtatoris. Tertius qn̄ in ſpē alie-
na,& teſtator ſciebat. Quarto qn̄ ignorabat . Primo caſu tenet̃
ſm glo. quia tenet̃ hæres dare ex natura oblīonis , & taliter vt e-
uelli non poſſit s̄.eo.l. ſi à ſubſtitutio.§. j. vnde magis tenetur ex
nã obligationis q̃ ex titulo, quia eſt titulus lucratiuus,in quo ſo
let euenire euictio.l. Ariſto.s̄.de dona.ſimile no. in l.qui concu-
binam.j̄.tit j. in §.hæres. per quod dicit Bar.ſi venditio conſiſtat
in gn̄e,vt vendidi decem corbes vini , teneretur venditor tranſ-
ferre dn̄ium ex natura obligationis. Nec haberent locum leges
dicentes venditorem teneri ad nudam traditionem , ex quo ſe-
quitur,ꝙ etiam anteq̃ euinceretur,ſi conſtaret alienum, poſſet
agi l.cum quis. §.ſi hominem. de ſol.gl.tn̄ debet intelligi qn̄ le-
gatur vnum de genere, non totum genus , ſed ſi totum genus,
puta legat quis oēs ſeruos,vel peculium,vel hæredita. tunc eui-
cto vno de genere,non teneretur hæres per not. in l.j. de euict.
¶Item procedit glo in genere generaliſſimo , ſecus in ſubalter
no,vt ſi legauit vnum ex equis ſuis.hoc intellige qn̄ nullus erat
ſuus,ſed putabat nam tunc idem,ꝙ ſi conſiſteret in ſpecie,arg.
in l in rōne. §.tametſi.ad l. Fal.ſed ſi aliqui erant ſui aliqui non,
& tradidit de non ſuis , teneretur de euictione , ſicut in genere
generaliſſimo,quia eſt eadem ratio. Secundo caſu ſm glo. non
eſt tractandum de euictione , quia non pōt euinci niſi iniuria,
& tunc hæres de euictione non tenetur. Tu dic ꝙ pōt euinci, nō
iure dominij, ſed hypothecæ,& tunc dic, vt s̄.eo. l. ſi res.ſi autē
iure dominij, tunc aut hæres fuit in culpa.& hæres tenetur l.ex
ceptione.cum ibi no. de fideiuſ.vt ſi noluit oſtendere inſtrumē
te,tunc reſpectu iudicis ſn̄ia non eſſet iniuſta,ſed re ipſa, ſi non
eſſet in culpa glo.& Doct.dicunt ſententiam non nocere hære-
di hoc intelligo ſi non fuit citatus,nec fuit in iudicio,alias tene
retur,quia videretur ꝯ ipſum lata,vt dixi s̄.e.l.ſi ſeruus plurium,

§.j.¶In tertio caſu,qn̄ teſtator legat rem alienam ſcienter, hæ-
res tenetur de euictione l.cum alienam.C.de leg. quia tenetur
eam redimere à dn̄o,& facere accipientis.j̄.eo.l. hmōi. §. q ſer-
uum.vn̄ anteq̃ euincatur,agi pōt ſi non eſt facta accipientis, ac
ſi nō eſſet tradita,vt dixi in primo caſu. fortius poſt euictionē,
dummodo hæredi fuerit lis denūtiata, & ſn̄ia lata fuerit ꝯ lega-
tarium præſentem & defendentē,aliàs ſecus.l.ſi fundus . & l. ſi
ideo.de euic.& hæc vera.niſi teſtator habuiſſet ſpem probabilē,
ꝙ res deberet effici ſua,& ſpes deficit.quia legatū eſſet nullum,
& nō veniret euictio.l.ſeruum filij.in princ. s̄.eo. ¶Item proce-
dunt prędicta,qn̄ teſtator in re illa nullum ius habebat, aliàs il-
lud tm̄ vr̃ legaſſe,vt in fi.huius l.ideo ſi euinceretur , à ratione
iuris quod non habebat,nō veniret euictio, per l.quod in rerū.
§.j.s̄.eo.& l.Sticho.de vſufr.lega.ēt ſi illud ius morte teſtatoris
7 finiebatur,vt in dictis iuribus no. ¶†Sed opp.ſi teſtator rē poſ-
ſidebat vr̃ hæredi ſufficere,ꝙ rem tradat,quaſi tm̄ ius poſſeſſio
nis legaſſe videatur. Sol ſm Bal.in l.cum alienam . nō eſt verū ,
quia aliud eſt ius in re aliud poſſeſſio, quæ licèt ſit ius quoddā.
l.peregrè.de acq.poſſ. nō eſt ius in re. immo eſt quid diuerſum,
à re.l.ſi duo.vti poſſi.in prin. Aliud ergo eſt legare rē,aliud poſ-
ſeſſionem,& legando rem, vr̃ legare rōne proprietatis,procede
ret tn̄ quod dixi,ſi ignorabat alienam,vt dicam in caſu ſequen-
ti.¶Quartus caſus eſt,qn̄ ignorabat,& diſtinguitur,aut legata
rius erat ꝯiuncta perſona,aut nō, primo caſu venit euictio, qa
eſt idem quod in præcedenti caſu ex cōiecturata mente defun-
cti. Fallit in l.cum pr̃.§.euictis.de leg.2.de cuius intellectu dic vt
ibi. Item fallit quando teſtator putabat rem eſſe ſuam ex aliqua
cā ſpāli,q̃ erat nulla,vel erat finita.ita dicit gl.hic quę in hoc re-
putatur ſingularis,& fortè non eſt alibi, nec bene iure probat̃,
& tn̄ cōiter tenetur, pone exemplū qn̄ erat nulla, quia emerat
rem pupilli ſine decreto,& putabat ſe dn̄m, cum nō eſſet . vult
iſta gl. ꝙ ſi legetur ēt ꝯiunctæ perſonæ,non valet legatū . Sed ꝯ
de l.cū alienā.vbi valet,licèt credat ſuam. Sol. lex illa limitatur
per hanc gl.qn̄ credebat ſuā ſimplr̃ & gn̄aliter,ignorādo ex qua
cā,quia eā reperit in hęreditate pr̄is,ſecus qn̄ ex aliqua cā certa
vt in hac gl.¶Definita pone exemplum in emphyteuta,qui le-
gauit rem emphyteuticam, cum morte eius finiretur emphy-
teuſis,quia non valet legatum, ſi aūt non erat ꝯiuncta perſona,
indiſtinctè non valet,ſi tn̄ hæres poſſidebat,tenetur ſaltem poſ-
ſeſſionem tradere,ita tenet gl.in d l.cum alienam . ¶Sed pone
ꝙ teſtator habebat à non domino,& ſic habebat actionem, de
euict.tradidit hęres poſſeſſionem quam habebat,euincitur à le
gatario,nō pōt agere de euictione ꝯ hæredem, quia fuit libera-
8 tus tradēdo poſſeſſ. † Sed an hæres teneatur cedere illam actio-
nem de euictione tam hoc caſu q̃ præcedenti , qn̄ dixi nō vale-
re legatum,& hæredem nō teneri de euictione? Gl.in l.ſi res.de
euic.tenet,ꝙ nō, licèt poſſit ſi vult . Et eſſet vtile legatario,vt ibi
patet,licèt hæredi ſi nō cedat,nō ſit vtile , quia ſi res nō euinci-
tur hæredi,ſed legatario,quia hēt cauſam lucratiuam , nec pōt
agere ꝯ hæredē de euictione,ſilr̃ nec hæres pōt agere , quia ſua
non intereſt, vt l.ſi is qui.de euic. Et qui pōt dici , ꝙ hæres tenea
tur cedere, tum quia alteri prodeſt,& ſibi non nocet,arg.in l.in
creditore.eo.tit.tum quia licèt legatum non teneat modo quo
teſtator voluit pp eius errorem,vt res fiat legatarij.tenet tamen
qūo pōt, patet in poſſeſſione quam hæres nūc habet , quia hr̄s
cogitur tradere,vt dixi , ergo ſi habebat actionem, debet illam
cedere. Sed quid eo caſu quo hæres tenetur redimere à domi-
no,redimit à nō domino, & dominus euincit , an hæres tenea-
tur de euictione ? dicit Pet. ꝙ non,ne iterum grauetur,arg.in l.
fideicōmiſſa.§.qui decem.j̄.tit.ij. ſed liberabitur cedendo actio-
nem contra illum,à quo redimit , intellige ſi ei fuit denuncia-
tum,legatarius tn̄ nō poteſt denuntiare,niſi ſit ſibi ceſſa actio .
Sed debet denunciare hæredi,& hæres illi,caſus eſt in d.l.ſi res.
Vltimò pōt dari quintus caſus , quando erat pro parte teſtato-
ris,& pro parte aliena, & hoc pōt contingere pluribus modis .
Primo ſi vnus habet directum dominium,alter vtile , vel vnus
proprietatem, alter vſumfruct. & ſic quilibet habebat partem
integralem,vel vnus dimidiam,alter dimidiā. In omnibus iſtis
aut erat communis cum hærede,& dic, vt j̄.tit.j.l.cum filius. §.
dominus.aut cum alio. tunc aut teſtator ſciebat , vel credebat
habere plenum ius,& illud tantum videtur legaſſe, & ſi euinca
tur ratione alterius;non tenetur hæres, vt s̄.dixi. Sed ſi credebat
nullum ius habere & legaret tanq̃ alienam , tunc veniret eui-
ctio,etiam ſi euincatur ratione iuris,quod non habebat , ſicut
ſi nullum ius haberet,& ipſe ſciuiſset.per no. in l.ſeruum filij .
§.j.& ibi dixi s̄.eo.& etiam in l.ſerui electione.§.ſi.

1 *Confitenti ſit præceptum & datur terminus ad ſoluendū , Item ex cauſa iuſta permittitur,vt ſoluatur æſtimatio pro ſpecie,ſecus ſi non eſt iuſta.*
2 *In confeſſum non ſunt partes iudicis in compellendo ipſum litigare,ſed in aſſignando ſibi terminum,ſicut ſi eſſet condemnatus .*
3 *An quis poſſit compelli inuitus litem conteſtari. & nu.2.*
4 *Per confeſſionem factam coram iudice,etiam non animo litigandi,inducitur præuentio iuriſdictionis , vt alius iudex ſe non poſſit impedire , & quid in cauſa criminali,*
5 *Qn̄ legatur res aliena ſcienter,hæres non tenetur redimere niſi iuſto prætio, &*

*tio,& quod ſit iuſtum pretium,iudex arbitrabitur.*
*Quid ſi hæres ſemel potuit habere iuſto pretio & noluit, & tunc nõ põt.*
6 *Si dominus non vult eam vendere,non tamen poteſt peti æſtimatio,quia non fuit legata,ſed debet peti res,æſtimatio verò erit in cõdemnatione officio iudicis,ſed legatum conſiſtat in facto,quia mãdat teſtator,ꝙ hęres rẽ mihi emat,tunc ſi eſt in mora,ſuccedit obligatio ad æſtimationẽ.*
7 *Aliud pro alio ſoluitur inuito creditore,ne fiat dura ſeparatio, & quãdo dicatur dura.*
8 *Si pater doctor relinquit filium hæredem,& legat alteri libros,filius ẽt doctor non auditur volens ſoluere æſtimationẽ,ne libri ab eo ſeparentur.*

1 §.In pecunia. †Cõfitenti fit ꝑceptũ & datᷣ terminus ad ſoluendũ.Item ex cã iuſta permit
titᷣ vt ſoluatᷣ æſtimatio pro ſpẽ,ſecus ſi nõ eſt iuſta.h.d.vſq; ad §.
2 fi.¶†No.ꝙ in ꝯfeſſum nõ ſunt partes iudicis,in cõpellendo ip-
ſum litigare.concor.l.ſi reus paratus. de ꝑcu.ſed in aſſignando
ſibi terminũ,ſicut ſi eſſet cõdemnatus,quia pro ꝯdẽnato hr̃,ſi
in iudicio confeſſus eſt.nõ ergo cogitur litẽ cõteſt. nec rñdere
libello ſimpliciter,quia tunc induceretᷣ litis ꝯteſt. ſed põt dice-
re,ꝯfiteor nõ aĩo litẽ ꝯteſt.ſed qñ non confitetur,ſed negat, nõ
põt dicta verba apponere inuito iudice & parte, ſed compellitᷣ
3 litẽ ꝯteſtari.l.j.§.quid ergo.de ven.inſpi.†Glo.tñ in auth.qui ſe-
mel.C.qũo & qñ iud.vr̃ ſentire contrariũ,ꝙ quis nõ põt præci-
sè compelli lit.conte.quia ſatis eſt ꝙ fiat cõtra ipſum miſſio in
poſſeſ.l.ſatis.de in ius vo.ſed hoc verũ ſi eſſet in domo, & nollet
exire,quia non debet extrahi & duci inuitus ad conteſtandũ.l.
plerique.eo.tit.ſed aliter põt compelli.ſ.captis pignoribus,&c.
aliàs eſſet in arbitrio rei actorem eludere,ne ad diffinitiuam ꝑ-
4 ueniat,quod eſſe non debet.¶† Et dicit Bald. per iſtum tex.ꝙ
per ꝯfeſſionem factam coram iudice,ẽt nõ aĩo litigandi, indu-
citur præuentio iuriſdic.vt alius iudex ſe non poſſit impedire,
ẽt in cã criminali.vnde ſi poſt confeſſionẽ factam coram uno
iudice ante formatam inquiſitionẽ, alter formaret inquiſitio-
nem,poteſt alter ſibi inhibere ne procedat, quia præuenit l.ſi
poſtea.de iudi.argu.iſtius tex.quia hic patet ꝙ iudex exequitur
confeſſionem.Idem in cauſa criminali,in qua confeſſus nõ hr̃
pro confeſſo,ſed debet condemnari.l.ſi confeſſus.de cuſto.reo.
poterit iudex poſt confeſſionem formare inquiſitionem & ꝯ-
demnare altero inuito,& an talis confeſſio faciat probationẽ,
5 dic vt l.capite quinto.ĩ.de adul.¶†Item not.qñ legatur res alie
na ſcienter,hæres non tenetur redimere niſi iuſto pretio.& qđ
ſit iuſtum pretiũ,iudex arbitrabitur.l.alieno.§ pe. de fideicom.
lib.l.qui concubinam.§.fi.de leg.3.Sed quid ſi hæres ſemel po-
tuit habere iuſto pretio & noluit,nunc verò nõ põt?vide gl.no-
6 tabilem in d.l.qui concubinaꝫ.§.fi.¶† No.ẽt,ꝙ ſi dñs non vult
vendere,nõ propterea poteſt peti æſtimatio,quia nõ fuit lega-
ta,ſed peti debet res,æſtimatio verò erit in condẽnatione offi-
cio iudicis,& hoc qñ fuit legata ipſa res; ſed ſi legatum cõſiſtat
in facto,quia mãdat teſtator,ꝙ rẽ mihi emat, tunc ſi hæres eſt
in mora,ſuccedit obligõ ad æſtimationẽ.quod dic vt l. Titia.§.
7 j.ĩ.tit.j.¶†Itẽ no.ꝙ aliud ꝑ alio ſoluitᷣ creditore inuito.ſ. ne fiat
dura ſeparatio,& tunc dr̃ dura,qñ filius a patre, vel frater a fra-
tre ſeparatᷣ quia ſequitur inhumanitas,ſed qñ alia res inanima
tas, ſecus,q̃q̃ ad eam habeatur affectio,vt in §.cum alicui.ꝑ quẽ
8 dicit Bal †Si pr̃ doctor relinquit filium hæredem, & legat alte
ri libros,filius etiam doctor non auditur volens ſoluere æſtima
tionem, ne libri ab eo ſeparentur,nec obſtat l.ſi in emptionẽ.
ſ.de mino.& l.libertus qui ſoluendo.de bonis liber.vbi hr̃ con-
ſideratio talis intereſſe,quia verum eſt, niſi per hoc veniretur
contra diſpoſitionem teſtatoris,vt hic.quod tene menti.

---

1 *Habens ius in re ſi eam legat,cenſetur illud tantum legaſſe, non autem, quod non habebat.*
2 *Res,in qua vnus habet dominium directum,alter vtile,ſimpliciter loquẽdo dicitur eſſe illius,qui habet directum,non illius qui habet vtile.*
3 *Caſus,in quo res mea poteſt mihi legari.ſ.quando legans habet in ea ius aliquod reale,& legatum importat,vt tale ius videatur remiſſum, & quid ſi alius,quàm legans habebat ius in re illa:*
4 *Proprietas rei dicitur eſſe apud illum, qui habet directum dominium, non apud illum qui habet vtile.*
*Emphyteuta,an poſsit rem illam legare ſine conſenſu domini:*

a
1 §.Si fundus. [a]† Habens ius in re ſi eam legat, cenſe
tur illud tm̃ legaſſe,non autem qđ non
habebat.h.d. Limita duobus modis.ſ.qñ erat ius quod pote-
rat tranſire in legatarium. nam ſi habeo ſeruitutẽ in fundo Ti-
tij,legando illum fundum,non videor legare tibi ſolum illam
ſeruitutem,q̃ debetur fundo dominanti,qui non eſt tibi lega-
tus,& ſic non poteſt in tranſire.l.,communia prædiorum. Vel
pone,ꝙ fundus ille erat obligatus,non videor ſentire de illo iu
re,quod erat occaſione debiti, quia illud non eſt legatum.vn-
de non tranſit hypotheca ſine perſonali. Alia limitatio eſt, ſi
ſciebam illud ius habere,vel credebam plenum ius habere.Se-
cus ſi credebam nullum ius habere, & legauit tanquam alie-
2 num,vt dixi in §.de euictione.& in l.ſeruum filij.§.j.¶†In text.
ibi,[municipium ſit.]No.ꝙ res,in qua vnus habet dñium dire-
ctum,alter vtile,ſimpliciter loquendo dicitur eſſe illius qui ha
3 bet directum,non illius qui habet vtile.¶.† Item no.caſum,in



quo res mea poteſt mihi legari,ſcilicet quando legans habet in
ea ius aliquod reale.nam eatenus non vr̃ mea, & legatum im-
portat,vt tale ius videatur remiſſum,vt infra eo.l.ſi tibi homo.
§.fi.Item ꝙ valeat ſi alius quã legans habebat ius in re illa,tunc
importat vt hæres illud ius cogatur redimere.l.ſi tibi homo.in
princ.& iſto caſu nõ curo quale ius ſit iſtud dñij, vel pignoris,
ſecus ſi eſſet ius ſeruitutis realis, nam ſi haberes ſeruitutem in
fundo meo,& legares mihi fundum,non valeret legatũ,nec vi
deretur remiſſa ſeruitus.l.Meuius.§.fundo.ĩ.tit.j.qm̃ per cõfeſ-
ſoriam,quæ pro ſeruitute cõpetebat,nõ poterat res a me auo-
cari. ſecus ſi erat ius per quod poterat auocari,vt hic.¶Itẽ not.
in verbo[proprietatem.] ꝙ proprietas rei dr̃ eſſe apud illum, q
habet directum dñium,nõ apud illum qui habet vtile. ille aũt
dicitur habere magis ius in re,q̃ dñium, & proprietatem. quæ
duo intelliguntur in potiori ſignificatu.ſ.in directo. Vñ Barto.
in l.ſi quis vi.§.differentia.ĩ.de acq.poſ.dicit,ꝙ quidã Vltramõ-
tani tenẽt,ꝙ de iure ciuili non reperitur vtile dominium, quia
omnia alia iura,quæ loquũtur de illo,qui ſ̃m vulgarem modũ
loquẽdi dr̃ hr̃e vtile dominiũ,dr̃ potius ius habere, licèt hẽbat
vtilem rei vend.ipſe tenet cõtrarium,& allegat aliquos text.ſed
4 iſte tex.facit pro illa opi. ¶ † Vltimò no ꝙ emphyteuta põt rẽ
illam legare ſine cõſenſu dñi,& eadem rõne donare, nõ ſic uen
5 ctus. in gl. in opponendo. ff. de pactis. † ꝙ ſi actor habet actionẽ,
licèt poſſit exceptione repelli, poteſt agere, nec dicitur nulliter
agere, & obtinebit, niſi reus excipiat, vt ibi patet. [ſed exceptio
ne doli, &c.] ſi autem non habet actionem mero iure, non po-
teſt agi. & debet repelli etiam non oppoſita exceptione, ſi con-
ſtat iudici ꝙ actionem non habet, vt hic cũ dicitur, [fundus ex-
6 cepta villa &c.] & eſt gl. in l. vbi pactum. C. de tranſac. † Item in
fine no. ꝙ locus exceptus de totalitate fundi cẽſetur facere fun
a dum per ſe non compræhendi in totalitate, & his diebus [a] alle-
gabam de facto, quia Imperator cõceſſit cuidam nobili immu
nitatẽ in caſtris ſuis, & voluit ꝙ eſſent ſeparata a territorio cu-
iuslibet ciuitatis, in quo ſunt ſituata, an per hoc in dictis caſtris
ſit conceſſum merum imperium? dixi ꝙ ſic, quia videtur feciſ-
ſe duo territoria vbi primo erat vnũ, vt hic colligitur, ergo im-
perium, quod erat in ciuitate cui ſuberat, vr̃ in illud trãſtuliſſe,
ne remaneat acephalum, ſicut quando de una prouincia facit
duas, quia quælibet indiget ſuo præſide, l. ſi eadem. ſ. de offi. aſ-
ſeſſ. & omnis iuriſdictio, & imperium quę erat penes vnã, diui-
ditur in quamlibet partem in totum, ſicut ſeruitus prædialis, di
uiditur in quãlibet partẽ in totũ, ſicut ſeruitus prędialis, diuiſo
prædio tranſit in quamlibet partẽ inſolidũ in l. via. cum l. ſeq.
7 de ſer. ruſt. præd. ¶ † Vltimò no. ꝙ appellatione ſuperficiei in
b dubio ĩcluditur ſolũ, vt hic in fine, & ſic appellatione vineę. [b] &
ſic eſt arg. ſi tibi vendo fundum excepta vinea, vel arbore, quæ
ibi eſt, vr̃ exceptũ ſolũ, & ſi legatur vinea & viuo teſtatore remo
ueatur vinea legatario, non debeatur ſolũ, quia fuit delegata
exceptio. in ꝯrium vr̃ caſus. ſ. eo. l. ſi quis legauerit, ſed ibi fuit
locutus per verba futuri tpis, vt lego vites, quę erũt tpe mortis,
vnde ſi tpe mortis non ſunt vites, nec poſſit dici vinea, nec etiã
ſolum, vr̃ in ꝯſequentiam excep. quia exceptio confertur in tẽ-
pus, quo non reperitur principale. ſecus qñ per verba præſentis
tpis, qa tũc reperit̃ vinea. ergo ſolũ venit ĩ excep. & poſtq̃ ſemel
eſt excep. licèt vites remoueãtur, nõ reincidit in legatũ. arg. hic.

ADDITIONES.

a ¶ His diebus. Vide eius conſi. 134. incip. notandum eſt. in primo impreſ-
ſis, vbi multa pulchra dicit.
b ¶ Vineæ. Appel. vineæ quid veniat, vide per Alex. conſi. 20. lib. 4.

---

1 *Grauati in re hæreditaria, cẽſentur grauati pro portione, quã habẽt in illa*
*nõ vltra. Itẽ æſtimatio teſtõris nõ attẽditur, ſi nõ cõcurrit cũ veritate.*
2 *Si teſtator legat uxori veſtes, vel iocalia, & dicit valere 200. & non va-*
*lens niſi centum, quòd vxor non poſſit petere, vt ſuppleantur ſibi cen-*
*tum, quaſi teſtator voluerit 200. legare: & econtra ſi valent 400. non*
*poteſt hæres retinere 200. quaſi voluerit legare niſi 200.*

1 §.ſi libetus. † Grauati in re hæreditaria, cẽſentur gra-
uati pro portione, quã habent in illa nõ
vltra. Item æſtimatio teſtatoris non attenditur ſi nõ concurrit
cũ veritate. h. d. ¶ In tex. ibi, [illum & illũ.] Iſta verba faciebant
dubium, quia cohęredes patroni videbantur grauati de dando
integros ſeruos, vnde licèt nõ haberent, niſi quinque vncias in
eis, quia in quinto tm̃ fuerunt inſtituti, videbatur, ꝙ a patrono
deberent redimere alia ſeptem. arg. in l. cũ alienam. C. de leg. ſed
ꝯriũ eſt, quia legatum põt reſtringi ad ſuas tm̃ partes, ſicut cũ
lego rẽ in qua habeo partẽ. l. ſerui electione. in fi. ſ. eo. & ſic non
obſtat l. cũ alienã. quia ibi non ſuberat cauſa reſtringendi, cum
in totum eſſent aliena: ſecus ſi conſtaret de voluntate defun-
cti, ꝙ traderẽt inſolidũ. ſ. eo. l. quid ergo. §. j. item videbatur idẽ,
quaſi illi ſerui videantur prælegati illis grauatis, cũ in eis graua
ti eſſent, cũ aliter tradere non poſſunt inſolidũ. arg. in l. Titia. §.
Seia. j. tit. j. & quod no. in l. alio. de ali. & cib. leg. in gl. tñ ꝯrium
eſt, vt uoluit gl. in l. Męuius. §. cũ qui. in prima glo. j. tit. j. nec ob
ſtat. §. Seia. quia ibi fuit grauatus vltimò moriens in re hæredi-
taria, nam per hoc vr̃ ſubſtitutus pręmorientibus, vt ſic poſſit
eam totã tradere, nec obſtãt no. in l. alio. quia ibi non ſuberat
cã reſtringi plus ad vnã partẽ, q̃ ad aliã: ſi aũt nõ in re hr̃ditatis,
ſed hæredis, vel extranei eſſet vnus hæres grauatus, cenſeretur
grauatus inſolidũ. l. Meuius. §. eum qui. j. tit. j. & l. ſi tibi homo.
§. eũ qui. cũ ibi no. Idẽ ſi in quantitate, quia totam põt ſoluere
de parte ſua. l. ab oĩbus. in prin. j. eo. & l. ſi pluribus. §. j. & qđ no.
in l. cũ pater. §. 1. eo. tit. & l. deducta. §. nummis. ad Treb. ¶ In fi-
a ne §. ibi, [verum pretiũ.] per iſtũ tex. determinant † Dyn. & alij
Doct. Si teſtator legat vxori veſtem, vel iocalia, & dicit valere
200. & non valent niſi cẽtũ, ꝙ vxor nõ põt petere, vt ſuppleãtur
ſibi centum, quaſi teſtõr voluerit cc. legare, & econtra, ſi ualent
400. hæres non põt retinere 200. quaſi voluerit legare niſi 200.

---

1 *Qui remittit uel compenſat, dare videtur.*
*Conditio licèt ſit implenda in forma, ſufficit tamen implere æquipollenter.*

1 §. Titio fundum. † Qui remittit, dare videtur. h.
d. Idem ſi compenſat l. Iul. de ꝯ-
di. & demon. & no. quod licèt cõditio ſit implenda in forma l.
Meuius. & l. qui heredi. de condi. & demon. ſufficit tamen im-
plere ęquipollenter, quia qui remittit, propriè non dat, quod
eſt dominium transferre. §. ſic itaque. Inſtit. de actio. quia libe-
rat, & non transfert, & tamen dare videtur fictione iuris, quia
pecunia fingitur primo ſibi ſoluta, deinde per ipſum tradita, &
iſti actus occultantur. l. 3. §. fi. de do. inter vir. & vxo. facit l. mu-
lier. ad Trebel. & quod Bart. no. in l. ab emptione. ſ. de pac. ubi
a dicit ſufficere fieri ęquipollenter. [a]

ADDITIO.

a ¶ Aequipollenter Facit quod dicunt Doc. maximè Fed. & Anch. cõſi. 307
ꝙ ſufficit remiſſio vſurarũ in foro cõſciẽtiæ facta per creditorẽ vſurario.

---

1 *In legatarium tranſit dominium quod erat apud defunctum, licèt defun-*
*ctus ignoraret, etiam ſi erat irreuocabiliter.*
2 *Quando quis legat rem ſuam tanquam alienã, inſpicitur, quod erat in ve-*
*ritate, nec inſpicitur an ſciret, vel ignoraret, ſed indiſtincte valet lega-*
*tum, tanquam factum de re propria, & quid econuerſo.*

§. Si

1 **§.Si Titius cui.** † In legatariū tranſit dñium quod erat apud defunctū, licèt defun-
2 ctus ignoraret, ēt ſi erat reuocabiliter.h. d. ¶ † Et ſic not. ꝙ qñ quis legat rem ſuam tāquam alienam, inſpicitur quod erat in veritate, nec inſpicitur vtrum ſciret, vel ignoraret, ſed indiſtinctè valet tanquam factū de re propria, ſecus econuerſo qñ de aliena tanquam de propria, quia tūc benè diſtinguitur vtrum ſciret, vel ignoraret l.cum alienam.C.de leg.¶In tex. ibi, [antequam ſciret.] nā ſi ſciuiſſet, cēſeretur legatū acceptaſſe, & ſic eſſet factus ſuus irreuocabiliter, nec eſſet tractandū de repudiatione, de qua ſubijcit.¶In tex.ibi. [& hæres Titij legatum non repudiauerit.] innuit ergo ꝙ repudiare poſſit ſicut defunctus. gl.tamen dicit ꝯ̃rium, quia non pōt in præiudicium legatarij, per l.ſi patrem.§.fi.quemad.ſer.amit.ſed pōt dici, ꝙ nō erit ſuū præiudicium, ſed hr̄dis, quia tenebitur ad æſtima. vel redimere ab hærede prælegantis, & hoc quidam tenent, ſed certè adhuc remanet præiudicium, quid.n.ſi plus affectat habere rem, & ille non vult vendere? & ſic plus placet opi. glo.quia ſi non valet repudiatio, pōt legatarius vendicare, ſicut poterat defunctus: ſed ſi hæres repudiaret propter aliquod cōmodum ſuum poſſet, licèt noceret legatario, l.ſi mihi & tibi.in prin.s̃.eo.& ibi tāgitur per Bar.& facit l.liberto octoginta.j̃.de bo.libe.

2 *Quando ſemel eſt nata actio pro legato, amplius non naſcetur, etiam contra diuerſam perſonam.*

1 **§.Si paterfa.** † Legata ab Imperatore relicta ſi cœperunt ab eo deberi, amplius non incipiūt deberi a ſubſtituto pupillari, & ex expreſſa repetitione, ſecus ſi nō inceperūt a pupillo deberi.h.d. Et ponit tres caſus. primus, qñ a pupillo fuerunt relicta purè, & purè repetita, & pupillus adiuit, ſecundo qñ a pupillo pure, a ſubſtituto ſub ꝯditione, & idem multo magis, tertiò econuerſo, qñ a pupillo ſub cōditione, & a ſubſtituto pure, & pupillus deceſſit cōditione pendēte adita hereditate, vel nō, & tūc incipiūt deberi a ſubſtituto ex repetitione expreſſa, & debentur tāquā ex pupillarib. tabulis, ſed ſi non eſſent repetita extante condōne debetur ex primis tabulis, & īueſtigatio eſt neceſſaria, cū agiť Falcidia ꝑ no.ī l.in rōne. §.qđ vulgò j̃.ad l.Fal.& no.quòd qñ incæperūt a perſona pupilli, poſſunt ēt deberi a ꝑſona ſubſtituti, quatenus ab eo plus eſ-
2 ſet relictū l.qđ ergo s̃. eo. in prin. † No. qñ ſemel eſt nata actio pro legato, amplius nō naſcetur, ēt contra diuerſam perſonam,

1 *Hæc verba vobis, vel alteri eorum, intelliguntur in defectum aliorum.*
2 *Si fiat compromiſſum in plures cum appoſitione iſtorum verborum, vt omnes, vel alter ipſorum poſſit negotium expedire, an vnus ſolus non poterit niſi in defectum aliorum non valentium, vel nolentium intereſſe.*
3 *Quid in vltimis voluntatibus, ſi teſtator plures faceret executores cum clauſula, vt omnes, vel vnus poſſit.*
4 *Diſiuncta poſita inter perſonas oneratas, reſoluitur in coniunctam, ſi ſola diſiuncta poſita fuit.*
5 *Si duo deponunt rem cum pacto, ꝙ eis vel alteri eorum reſtituatur, an depoſitarius teneatur vni reſtituere.*

1 **§.His verbis.** † Hæc verba vobis, vel alteri eorū, intelliguntur in defectū aliorū.h. d. notabiliter concordat l.heredes mei.§.fi.ad Trebel. vñ ſi lego pluribus, vel vni ipſorum, & tempore mortis meæ viuant oēs admittuntur omnes, vnus autē non admittitur niſi qñ vnus ſolus reperitur tempore mortis, ſed quid prodeſt hoc dicere? nam ēt ſi non fuiſſet dictum alijs mortuis viuo teſtatore, totum legatū eſſet viuentis. Solu. verum eſt per ius accreſcendi, & ex perſona mortuorum, & ſic cum onere illorū, ſed ſi fuit dictum vobis, uel uni ueſtrum aliis mortuis, illo ſuperſtite, non habet ille per ius accreſcendi, nec ex perſona illorum, ſed ſua, & ſic non tene-
2 tur ad onus illis iniunctum. † Et facit iſte tex. ſi fiat cōpromiſſum in plures cum appoſitione iſtorum verborum ut omnes, uel alter ipſorum poſſit negotium expedire. ꝙ vnus ſolus non poterit, niſi in defectum aliorum non valentium, vel nolentiū intereſſe, & ſic oportebit de hoc conſtare, ut in c. prudentiam. de offi.deleg. ſed in contrarium, ꝙ etiam in aliis nō requiſitis, & valentibus intereſſe, facit c.cum plures.de offi.deleg.lib. 6. & s̃.de arbitris.l.non diſtinguemus.in prin.vbi vr̄ caſus.ſoluit ſm̄ Bar.in l.hæredes mei.§.fi.ad Treb. Aut igitur de commodo illorum, qñ diſpoſitio collata eſt, & habet locum iſte tex.& ille §. aut igitur de onere iniuncto, & habent locum contraria, ideo ſi
a teſtator plures faceret executores, [a] vt oēs vel vnus poſſit, quia agitur de onere, poterit vnus alijs nō requiſitis, etiam ſi valeāt,
3 & velint intereſſe per iura in contrarium allegata. ſed † Ang. dicit ꝙ in vltimis voluntatibus poteſt dici, ſiue agatur de cōmodo, ſiue non, habeat locum iſte tex. ſecus in actibus inter viuos, ut in contrariis, & hoc poteſt tolerari, quia in actibus inter uiuos agitur vt actus ſtatim expediať, vñ nihil prodeſſet illa clauſula, niſi ſic ītelligatur, ſed ultima uolūtas differtur poſt mortē, vñ uidetur cogitaſſe ꝙ interim alii deficiant, & in illum caſum
4 prouidiſſe de uno. † Item no. ſm̄ Bal. limitationem l.pen. C.de uerb.ſig. ꝙ diſiuncta poſita inter perſonas oneratas, reſoluitur in coniūctam, quia eſt verū ſi ſola diſiuncta poſita fuit, ſecus ſi coniuncta, & poſtea diſiuncta, vt hic. nam diſiūcta ſtat proprie, quinimo hic ſi dixiſſet, & alteri eorum, poneretur pro vel, aliàs non importaret aliquid. arg. de vſufru.leg.l.ſi Titio fundum, & not. quòd dictio de, ponitur pro vel, & dictio cui, ponitur pro
5 alteri, vel vni. & inducitur in arg. † Si duo deponunt rem cum pacto quòd eis, vel alteri eorū reſtituatur, quòd depoſitarius non teneatur vni reſtituere, niſi appareat ꝙ alter nolit, vel non poſſit, ſed contrarium facit quod s̃. dixi de actibus inter viuos.

ADDITIO.

a ¶Executores. Adde vt per Soc, conſi, 9.

1 *Defectus conditionis appoſitæ libertati, validat legatum factum de ſeruo.*

1 **§.Cùm ſtatuliber.** † Defectus condōnis appoſitæ libertati, validat legatū factum de ſeruo.h. d. cum ſeq. §. & iſte primus loquitur quando fuerunt diuerſi teſtatores, quorum vnus legauit libertatem ſeruo, alter, ſ.hæres ipſius legauit ſeruū, tunc ſi deficit condō, ſub qua fuit relicta libertas, legatum ſerui valet. ſequens §. loquitur qñ idem teſtator legauit ſeruū ab vno, puta ab impubere, & libertatem eidem ab altero. ſ.ſubſtituto pup. nam cenſetur legata ſub condōne ſi ſubſtitutus ſuccedet, & per ꝯñs legatum ſerui factū a pupillo redditur ꝯdōnale ſub ꝯ̃ria ꝯdōne, ſi ſubſtituto locum non habebit s̃.eo.l.ſi poſt.§. fi. ideo ſi efficiatur pubes, incipit valere legatum, quia deficit condō libertatis. ſed ſi decedat impubes, deficit, quia extat conditio libertatis relictæ.

1 *Res effecta mea ex cauſa lucratiua reuocabiliter, non deſinit mihi deberi ab alio ex alia cauſa lucratiua.*
2 *Non cenſetur factum meum, quod poteſt a me auferri, & poſt quàm eſt ablatum, poſſum redire ad actionem primam.*
*Si eras debitor cum fideiuſſore, & dediſti rem in ſolutum, quæ fuit euicta, an poſſim redire contra fideiuſſorem.*

LEX LXXXIIII.

1 **NOn quocunque.** † Res effecta mea ex cā lucratiua reuocabiliter non deſinit mihi deberi ab alio ex alia lucratiua.h.d. ſecus ſi eſſet facta mea irreuocabiliter.l.omnes la ij.de act.& obl. quia duæ cauſæ lucratiuæ in eadem re, & perſona quantum ad executionem, non poſſunt concurrere, licèt executio fiat a diuerſis, ſed quantum ad originem ſic, quia diuerſi pñt eſſe mihi obligati ad eādem rem ex cā lucratiua, ſcilicet vnus ex teſtō vnius, aliter ex teſtō alterius, ſed vno ſoluente alter liberatur. ſecus quando ex cauſis non lucratiuis, vel vna lucratiua, alia non lucratiua.l.non eſt nouum.de act.empt.& l. ex ſtipulatione.de act.& obl. In eadem perſona paſſiue. & quātum ad originem non poſſunt concurrere, quia mihi obligatus ex cā lucratiua, illa obligatione durante nō pōt incipere mihi obligari ad illam rem ex alia cā lucratiua. l. ſi ſeruum.§.Stichum.j̃.eod. qñ incepit eſſe mea reuocabiliter, cenſetur non eſſe mea. quia poteſt abeſſe, ideo durat alia cā.h.d.l. iſta, quæ tractat tota de iſta mā. excepto §.qui Caium.& l.ſeq.de eadē tractat.& l.huiuſmodi.§.j.& pleniſſime & ſubtiliſſime per Bar. in l.Meuius.§.duob.de leg.2.¶In tex. ibi, [res facta fuerit.] ſupp. ex cauſa lucratiua, vt patet ex ſe, licèt regulariter ſit verū, quòd alia cā lucratiua extinguatur, non tamen ſemper.¶In text. ibi, [per traditionem.] i.ex cā donationis, licèt gl. dicat ex cā legati, ſed tunc non requireretur traditio.¶In text.ibi, [nempe agam ex teſtō,] ſupp. ſtatim anteq̄ mihi auferať. nam ſufficit, ꝙ poſſit auferri, vt ſtatim ſequiť in verbo [diſceſſurum ſit.] ſed in ꝯ̃rium ꝙ agere non poſſim donec extiterit ꝯdō, & ſi mihi ſit ablata, vt in fi. tex. gloſſella in hoc verbo ponit vtrunque intellectū, nec dicit quis ſit verior. dic quòd vterque eſt bonus, nā ēt antequā auferať, poſſum agere. non ad totalem æſtimationem, ſed quatenus minus valet ꝑꝑ dubium euentum. pone res valet xv. ſed quia pōt mihi auferri, nō reperireť q daret niſi x. petam ergo v. ſed poſtq̄ mihi ē ablata, ſi nihil primo fui ꝯſecutꝰ, agā ad xv. ſed ſi primo egiſſem & periſſez v. ꝯſecutus, re ablata, nō poſsē plus petere, qa ſi ꝯdō deficeret, & mihi nō auferreť, nō tenerer aliud reddere, vt probatur in l.ſi ſeruitus.in fi.de ꝯdi.fur. vr̄. n. hincinde empt.& vend. dubius euentus. facit s̃.eo.l.ſeruum filij.§.ſi ſtatuliberū.¶In tex.ibi, vt exiſtente cōdone, &c. ſ.legati a dño relicti. no. ergo ꝙ non cēſetur factū meum, qđ pōt a me auferri, & poſtq̄ eſt ablatum, poſſum redire ad actionē primā. Et induciť
2 ad q. ſm̄ Dy. † Si eras debitor cum fideiuſ. & dediſti rē inſolutū quę fuit euicta, ꝙ poſſim redire ꝯ̃ fideiuſſorem. Tu dic, aut eras debitor quantitatis, & nō poſſum redire, qa illa datio fuit q̄dā emptio.l.eleganter.de pig.ac.& emptor nō teneť trāsferre dñiū iō re tradita ſtatim fuiſti liberatꝰ a primo debito, & pecunia debita fuit ꝯuerſa in ꝑtiū. ergo fideiuſſor liberať, qa nō tenebať niſi pro prima oblōne, q̄ eſt extincta, & re euicta nō ago actione prima, ſed ex empto ad intereſſe d.l.elegāter. in qua fideiuſſor nō interceſſit, ſed ſi eras debitor in ſpē, tradēdo aliā non tuā, q̄ fuit euicta, poſsū redire ad actionem primā, tam ꝯ̃ te, q̄ ꝯ̃ fide-

iuſſorem, quia iſta datio habet vim permutationis.:l. libera. de
de ſen.& interlo.om.iud.& ibi no.& in permutatione tenetur,
quælibet pars transferre dñium.l.j.de rerum.permu.

---

1 *Res mea, quæ poteſt mihi auferri, poteſt mihi legari tanquam non mea.*
2 *Caſus in quo res mea poteſt mihi legari, ſed regulariter contra.*
3 *An attendatur qđ euiuere põt iure extraordinario reſtõis in integrum.*

1 **§.Si ex bonis.** † Res mea, q̃ põt mihi auferri, põt mi
hi legari tanquàm nõ mea.h.d. Sicut
ergo qñ res efficitur mea ex cã lucratiua reuocabiliter, non de-
ſinit mihi deberi ex alia cã lucratiua, q̃ erat orta tpe quo eſt effe
cta mea, vt in prin.l.ita ſi nõ erat orta, põt oriri poſtq̃ nõ erat fa
2 cta mea, ẽt ex cã lucratiua.h.d.& proſequitur eãdẽ mãm.¶† Et
no.caſum, in quo res mea põt mihi legari.rſr ꝯ l.mea res. de cõ
di.& demon.& loquitur qñ põt auferri iure dñij. Idẽ ſi iure hy
pothecę licèt a me cãm habuerit, l.ſi tibi homo.in prin. j. eod.
¶ In tex.ibi, [deinde poſtea euincantur.] ante ergo non poſsũ
petere, cũ eam habeam, niſi vt ꝯſequar quanto minus valet, qa
3 põt mihi auferri, vt dixi in præcedenti. † No.ergo hic, ꝙ attendi
tur qđ euenire poteſt iure extraordi. reſtit.in integr. ſed in ꝯriũ
facit l.Iuli.qui & a quib.vbi nõ ſunt cõſiderãdi tales caſus, ſed
dic verũ eſſe, niſi ſubſiſtat cã de p̃ſenti, pp quã poſſit euenire, vt
hic, quia vſucapta erat res abſenti cã reipublicæ, propter quam
reuerſus põt petere reſti. Et intellige ſecundũ gl. ꝙ teſtator ſcie
bat rem non eſſe ſuam, & legauit, vt alienam, alias non valeret
legatũ, non tñ quia res res erat mea, ſed propter errorẽ eius.

---

1 *Eatenus extinguitur obligatio ex cã lucratiua, quatenus res efficitur cre-
ditoris ex alia lucratiua, ſed quatenus ex oneroſa ſecus.*
2 *Vſusfructus quãdo reuertitur ad ꝓprietatẽ dicitur proprietarius in illo ha
bere cãm lucratiuã, quãdo pro illo nũquã aliquid abſoluit, alias cõtra.*
3 *Si ex forma ſtatuti ſoluitur gabella, de his, quæ quis acquirit ex cauſa lu-
cratiua, non de alijs, vel ſoluitur maior, an talis proprietarius ſoluet.*

1 **§.Fundus mihi.** † Eatenus extinguit̃ obligatio ex
cã lucratiua, quatenus res effici-
tur creditoris ex alia lucratiua, ſed quatenus ex oneroſa ſecus,
ponit duo exempla, vnũ de parte ĩtegrali, vt eſt vſusfr. aliud de
quota. Aduerte in tex.ibi.[legatus eſt.] ſ.a non dño. Dy. intelli-
git ſciente fundũ non eſſe ſuũ. ¶ In tex.ibi, [redemi.] ſub.a vero
dño. Dy.& cũ fundus valeret xv.iũcto vſufru.cũ ꝓprietate: emi
ſolã proprietatẽ pro decẽ, in illa ſola dicor habere cãm onero-
ſam, & agere poſſum ad rem, non vt illam cõſequar, ſed decem
quæ mihi abſunt.s.eo.l.planè.§.qđ ſi rem. non aũt poſſum pe-
tere v. pro vſufr. ſi ille reuerſus eſt ad me abſq; eo ꝙ aliud ꝑ eo
ſoluerim, vt per mortẽ, & capitis diminutionẽ venditoris, ſed
quid ſi non eſt reuerſus? certè cũ ſperaretur reuerti in omnem
euẽtũ, vr̃ ꝙ dẽat æſtimari interuſuriũ medij tpis, quia illud mi-
hi abeſt, & res mihi fuit legata pleno iure. ſ. ꝓprietas cũ vſufru.
¶ In gl.ibi.[hoc caſu vicem ſeruitutis obtinet.] dic melius ſ̃m
Dy. ꝙ vſusfru.obtinet vicẽ dñij.nõ totius, ſeu pleni, ſed partis,
quia tex.in d.l.4.de vſufru. dicit ꝙ vſusfru.eſt pars dñij.ſ.integra
lis, qa ex proprietate, & vſufru. conſtituitur plenum dñiũ. licèt
ergo ſim ꝯſecutus vſumfru.ex cã lucratiua, non tñ totũ fundũ
2 videor habere ex cauſa lucratiua. † No.ergo ꝙ qñ vſusfru. reuer
titur ad ꝓprietatẽ ſui, non dr̃ ꝓprietarius in illo hr̃e cauſam lu-
cratiuã, & hoc qñ pro illo nunq̃ aliquid ſoluit, vt erat hic alias
ꝯ, vt emi fundum pro xv.deinde tibi cõceſſi vſumfru. qui valet
v. licèt poſtea ad me reuertat̃, nõ dicor habere in eo cãm lucra-
3 tiuã, cũ ſemel ꝑ eo ſoluerim. † quod not. ad ſtatuta per q̃ qñq;
ſoluitur gabella de his, q̃ quis acquirit ex cã lucratiua, nõ de a-
lijs, vel ſoluitur maior, vt ẽt de iure communi fit, vt in tit. C. de
imponen.luc.deſcrip. & ſic eſt vtilis inueſtigatio huius §.

---

1 *Qui habet causã oneroſam in ancilla, cẽſetur etiã habere in partu eius.*
2 *Si ancilla erat prægnans antequam eam emerem, quòd tunc valeat legatũ
factum mihi, de eo quod naſceretur ex ea.*

1 **§.Iulianus.** † Qui habet cauſam oneroſam in ancilla,
cẽſet ẽt hr̃e in partu eius.h.d. qđ eſt verum
indiſtinctè ſi cõcepit poſtquàm acquiſiuit ex cã oneroſa, ſed ſi
tunc cũ acquiſiuit erat p̃gnans, diſtinguitur. aut pp hoc carius
emit, & idem, aut nõ, quia fortè ignorabatur, & tũc ſecus, vt po
tius videatur habere cãm lucratiuam, ita loquitur gl.hic, & l.ſi
quod ex Pamphila.j.ti.1. ¶ In tex. ibi, [ex cauſa lucratiua hr̃e.]
per cõſequẽs agere poſsũ ꝯ hr̃dẽ legantis nõ ut cõſequar par-
tum, cũ habeam, ſed vt habeam, qđ mihi abeſt propter partũ
facta comparatione ancillæ ad partũ, vt ſi ancilla valebat x. &
ꝓpter partũ emi xv. vt in l. ſi qđ ex Pamphila. vbi ponitur pra-
ctica huius §. vide gl. in d.l.ſi quod. quæ limitat iſtũ §. ut licèt ui-
dear habere cauſam oneroſam in partu, ſicut in ancilla, non tñ
eſt verum ꝙ partũ emerim, iõ euicto partu, non poſſum agere
ad culpam, quia nõ committitur, niſi cũ euincitur res vendita,
ſed ſolum act.ex empto ad intereſſe, quæ cõpetit ẽt pro re non
2 vendita, ſed accedente rei venditæ. † Item puto, qñ concepit pe
nes emptorem, legatum factũ de eo, qđ naſceretur ex Pamphi
la, non valet, quia nunquàm habuit originẽ validã, nec poteſt
acquirere, cũ ſit mea, & res mea nõ põt mihi legari, ſed qñ erat
p̃gnans anteq̃ efficeretur mea, iam incepit hr̃e originẽ validam
qa erat in rerũ natura, licèt nõ ꝑueniſſet ad lucẽ. nec erat meus,
vel ex re mea, vñ valuit legatũ, nec extinguitur, licèt poſtea ꝑue
nerit ad dñiũ meũ, & pro eo aliud ſolui, ſed ſi nihil ſolui, extin-
gueret̃, pp regulam de duab.cauſis lucratiuis, gl. ergo ĩ d.l. ſi qđ
ex Pamphila. inquantũ intelligit textũ iſtũ eo caſu quo cõcepit
penes emptorẽ, & legatariũ, non placet, pp id qđ s̃.dixi. nam gl.
vult, ꝙ poſſit peti ex teſtamento, ſed mihi videtur contrarium.

---

1 *Si id, quod debetur a diuerſis reis debẽdi, legetur diuerſis, videtur hæres
grauatus cedere vni actionẽ & de dando alteri æſtimationem, ſed ſi te
ſtator exigit ab vno, extinguitur legatum vtriuſque.*
2 *Qui actionem ceſsit vni, non poteſt alteri cedere.*
3 *Si habeo duos reos eiuſdẽ pecuniæ, poſſum legare, quod mihi debet vnus
ex eis, & contra illum cedenda eſt actio, non contra alium, & an facta
ceſſione alter liberetur.*

1 **§.Qui Caium, & Lucium.** † Si id, qđ de
betur a diuer
ſis reis debẽdi, legetur diuerſis, vr̃ hr̃s grauatus cedere vni actio.
& de dãdo alteri ęſtimationẽ, ſi ſed teſtõr exigit ab vno extingui
tur legatũ vtriuſq;.h.d.notablr̃. ¶ In tex.ibi.[alter litis ęſtimatio
nẽ p̃ſtare.] Rõ huius redditur in l.qui duos.j.e.tit.& ꝑ gl.s̃.e.l.ſi
ſic.§.fi. ſed quare nõ cedit hæres actionẽ cuilibet ipſorũ ꝯ illũ
correũ, cuius debitũ fuit ſibi legatũ? Rñdeo, quia ſi poſſet face
re, eẽt dicere, ꝙ quilibet poſſet cõueniri inſolidũ cũ effectu, qđ
eſſe non p̃t, iõ non cedit act.niſi ꝯ vnũ, & eſt in elect. ſua cui ce-
dat, cũ ẽt ſit in electione ſua ꝯ quẽ agat, & facta ceſſione ꝯ unũ,
nõ poteſt alteri cedere ꝯ alterũ, & quia hoc cõtingit facto ſuo,
quia ceſſit, primo tenetur alteri cedere æſtimationẽ. nam qñ fa
cto hæredis contingit, ꝙ res legata extinguitur, ad æſtimationẽ
2 tenet̃, ẽt ſi ignorãs fecit, l. cętera.§.fi.s̃.e. † & allegat̃, ꝙ q act. ceſ-
a ſit, primo vni. nõ põt alteri [a] cedere, nã ſi hoc ꝓcedit in duobus
reis, in quib. eſt dare duas obligationes, & actiones, ꝙ facta ceſ
ſione ꝯ vnũ nõ põt fieri ꝯ alterũ, fortius in vno creditore ſ̃m Ia.
de Are.& alios, quod eſt verũ ſ̃m Bar. ut in ſ̃m nõ trãsferat̃ vti
lis actio: nã poſtq̃ ꝑ primã ceſſionẽ actio directa ſemel produxit
vtilẽ, q̃ translata fuit in unã per alteram ceſſionẽ, amplius non
poteſt ꝓducere aliã. ſed cũ directa ſibi remanſerit, quã põt intẽ
tare, niſi in trib.caſib.l.3.de don. poteſt in illa conſtituere procu
ratorẽ ſimplicẽ, vel in rẽ ſuã, & admittet̃ eo caſu quo admittere
tur cedens, & ſi eſt hoc in vno debitore, fortius in diuerſis, licèt
3 ſint duo rei debendi, vt in caſu huius §. ¶ † No. ergo hic ꝙ ſi ha
beo duos reos eiuſdẽ pecunię, poſſum legare, quod mihi debet
unus ex eis, & ꝯ illũ cedenda eſt actio, non ꝯ alium. Itẽ facta ceſ
ſione alter liberatur, ſed ꝯ, nam ſi ageret ꝯ unũ, & ſnĩam obti-
neret, alter non liberaretur, niſi facta exacti.l.fi. de fideiuſ. ergo
multò minus ur̃ ſola ceſsione liberari? Rñdeo qñ egi ꝯ unum,
iõ non liberatur alter, qa niſi ille ſoluat, poſſum ad aliũ redire,
ſed ſi ceſsi ꝯ unũ, non poſſum ꝯ aliũ redire in præiudicium ceſ
ſionarii, qui ceſsionarius ꝯ alium agere non poteſt, ſed ſolũ ꝯ il
lum ꝯ quẽ facta eſt ceſſio. intellige tñ ut s̃.dixi. in trib.caſibus il-
lius l.3.& uide Bar.in d.l.qui duos.& Bal.in l.1.de act. & oblig.

ADDITIO.

a ¶ Alteri cedere. Adde quod uoluit Soci.conſi. 18.

---

1 *Duæ cauſæ lucratiuæ poſſunt concurrere in diuerſis rebus, etiam quo ad
execu. & in diuerſis partibus eiuſdem rei.*
2 *Regula de duabus cauſis lucratiuis, non procedit, niſi in vna re.*

1 **§.Cum mihi Stichus.** † Duæ cãæ lucratiuæ
p̃nt concurrrere in di-
uerſis reb.ẽt quo ad exec.& in diuerſis partib.eiuſdem rei. h. d.
cũ l. ſeq. p̃nt ẽt in eadem re cõcurrere diuerſis tẽporibus. ita ꝙ
una originem habeat poſtquàm facta fuit executio ex altera,
& finita ſit v.g.donaſti mihi rem, poſtea deſiit eſſe mea, deinde
mihi promittitur ex cã donationis, vel leg. põt incipere deberi,
quia incipit habere poſt cãm primo finitã, vel ſi legaſti mihi
ſub conditione, & interim ſit effecta mea ex cã lucratiua, & ea
finita deſinat eſſe mea, nam ea conditione exiſtente incipit de-
beri ex cã legati, quia non poteſt dici, ꝙ cõcurrerit eodẽ tempo
re cũ prima. l.exiſtimõ.de verb.ob. poſſunt ẽt cõcurrrere in per
ſonis diuerſorũ, licèt ueniat ad alterũ per indirectũ.j.eo. l. ſi ſe-
ruus le.§.1.& l.ſi is qui Stichũ.de act.& ob.ſ̃m Doc.ibi. ¶ In tex.
ibi.[duorũ teſtĩs.] ſ.vnius non dñi, qui legauit ſciẽter, & alterius
dñi, & ab hr̃de dñi ſui conſecutus Stichũ, videbatur ꝙ ꝯ hære-
dẽ non dñi non poſſum agere, vt conſequar Pãphilũ, quia lega
tũ alternatiuũ cẽſetur unũ pp vnã ſolõnẽ.l.ſi ex toto.s̃.e. ſed cer
2 tè licèt ſit vnũ legatũ, ſũt tñ duę res, † & rl̃a de duab.cauſis lucra
tiuis nõ ꝓcedit, niſi ĩ vna re ſʒ an hr̃s nõ dñi poſsit liberari ſoluẽ
do ęſtimationẽ Stichi, q̃ legatarius iã erat ꝯſecutus, ſi ñ vult ſol
uere Pãphilũ? Rñdeo ſic, ſi eius erat electio, nã ſolutio Stichi nõ
dẽt p̃iudicare hr̃di alterius.l.ſi Stichũ aut Pãphilũ. de ſol.ĩ prin.

---

1 *Licèt onus fideicommiſſi legatario iniuncti æquiualeat legato, nihilominus
legatum valet.*
2 *Legatum relictum ſub cõdõne, ſi legatarius cauerit de aliquo dãdo, vel fa
ociend*

*ciendo,aſſimilatur legato,cui i vim modi,vel fideicõmiſſi onus iniũgitur.*
3 *Aliud eſt legare ſub condõne ſi aliquid dederis,vel feceris, aliud legare ſimpliciter,& poſtea iniungere onus per uiam modi, vel fideicommiſſi, & an legatarius tranſmittat,ſi decedat antequam caueat.*
4 *Legatum non valet quando onus æquiualet,quaſi non contineat vtilitatẽ, & quid ſi non continet,nec ſperatur continere vtilitatem.*
5 *Si quis ex forma legis vel ſtatuti vel contractus tenetur aliquid facere,tenetur taliter facere,quòd valeat,& quid ſi eſſet pupillus, vel mulier qui tenetur ad aliquid.*
*Qui promiſit alteri vendere,vel facere inſtrumentum de aliqua re,debet taliter facere,quòd valeat,& cũ debitis, & vſitatis ſolennitatibus.*
6 *Iura quæ dicunt quòd alter alteri ſtipulari nõ poteſt, debent intelligi quãdo ſimpliciter ſtipulatur,& non valet niſi ſtipulantis interſit, & tunc quando intereſt,ſtipulator agit.*

LEX LXXXVI.

1 Huiuſmodi. † Licèt onus fideicõmiſſi legatario iniunctũ æquiualeat legato nihilominus legatum valet.h.d.ſm Dy.vel dic vtilius ſm Bar.
2 † legatũ relictũ ſub pdõne ſi legatarius cauerit de aliquo dãdo,vel faciẽdo,aſſimilat legato, cui in vim modi vel fideicõmiſſi onus iniũgitur.h.d. primũ ſummarium Dy.pbatur in prin.vſq; ibi,[queadmodũ.] ibi pbatur ſm. ¶In tex.ibi.[queadmodũ.]qđ ſ.dictũ eſt legatum hoc valeret.intellige,vt valeat,& ſit tale quale ſi eſſet relictũ non expreſſa pdõne, de cauendo,& poſtea per uiã modi vel fideicõmiſſi onus fuiſſet iniunctũ:nã ẽt tunc legatarius non admitteretur ad petendum niſi cautione preſtita, de implẽdo modũ, vel fideicõmiſſum. l. quib.dieb.§.fi.& l.ſi tibi legatũ.de leg.3.in 3.car.& tñ illa tacita pdõ cautionis non ſuſpendit ſubſtantiã legati, ſed executionẽ, ſeu petitionẽ eodẽ modo ſi exprimat,quaſi nihil opereẽ expreſ
3 ſio, cũ fiat mõ quo ineſt.ſ.e.l.3.† Ex hoc ſequitur,ꝙ licèt legatarius decedat anteꝗ caueat,ad hrdẽ ſuũ tranſmittit legatũ cũ onere implendi modũ,vel fideicõmiſſum,qđ non eſſet ſi legatũ eſſet pdõnale,qđ tene menti ꝑpetuò. Aliud ergo eſt legare ſub pdõne ſi aliquid dederis,vel feceris,quo caſu eſt pdõnale,aliud legare ſimplr,& poſtea iniungere onus ꝑ viã modi,vel fideicõmiſſi,vel legare ſub pdõne,ſi caueris de dãdo,qa hoc caſu ſic dr legatũ purũ quantũ ad ſubſtantiã.l.libertas.§. hæc ſcriptura.de manu.teſt.& mortuo teſtatore ſtatim cedit dies, licèt petitio ſuſpendat,ſed hoc vr̃ mihi verũ,ſi onus cau.adiectũ condõnaliter concernat verbum executiuũ,vt erat hic,[hæres meus Titio cẽtũ dato.] nã condõ ſi cauerit,pcernit verbũ dato,iõ non ſuſpendit ſubſtãtiã,ſed executionẽ,ſi aũt pcerneret ſubſtãtiã, vt verbũ lego,vt lego centũ,ſi caueris hrdi meo de dãdo ei centũ &c.putarẽ legatũ eſſe conditionale,qa pditio pconcernit ſubſtantiam legati,& ſic non exprimitur eo mõ quo ineſt.ſ.eo.l.ſi ita.§.illi ſi volet.ad pdicta bñ facit l.muto.§.j.de tute.& l.ꝑtor.in prin.de colla.bo.in quib.patet,ꝙ interdũ pditio non hẽt vim pditionis, ſed monitionis,qñ inerat ẽt ſi non fuiſſet expreſſa,& non concernebat ſubſtantiã,ſed executionẽ, & exprimebatur mõ quo
4 inerat. ¶† Sed op.ꝯ ſummariũ Dy.ꝙ legatum non valet,quãdo onus æquiualet,quaſi non ptineat vtilitatẽ,ſ.eo.l.ſinautẽ,& qđ no.in l.ſi res obligata.Sol.ibi qñ nõ ptinet, nec ſperat,& poſſet ptinere,ſi ille cui erat dandũ,repudiaret, vel viuo teſtatore, moreretur,nã remaneret legatum legatario ſine onere,licèt ſecus eſſet ſi nõ vt legatarius,ſed ut executor effectus.l. ſi quis Titio.ꝟ.tit.j.in 2.car.¶In gl.ibi.[ſed videt prius legatarius grauari.] ſ.quàm cõmodũ ſentiat,qđ videt ꝯ l.Labeo.C. de fideic.& l.Imperator.ꝟ.tit.j.& ſ.eo.l.fideicommiſſum.gl.huius timore, ſoluit duob.modis.primo fatendo ꝯrium, & dicit, ꝙ primo debebit conſequi legatũ,& poſtea cauebit,quod eſt falſum.nã ẽt ſi conditio non eſſet expreſſa,non admitteret niſi cautione præſtita, vt in ll.ſ.alleg.fortius,ſi eſt expreſſa.Iõ ſoluit ſecũdo mõ, ꝙ nõ grauatur ſi non vult,hęc vera,quã ſic declara.ꝑ viã modi, vel fideicommiſſi nõ põt quis in plus grauari, ꝗ commodũ ſentiat: nã ſi valeret grauamẽ,poſſet cogi implere inuitus, ẽt antequam commodũ ſentiat,cũ modus inducat diſpõnẽ,& act.ex teſtõ vt impleat l.fi.C de his,quæ ſub modo leg.qđ eſſet inconueniẽs, ſed ꝑ viã conditionis poteſt grauari anteꝗ commodũ recipiat, quia conditio non inducit diſpõnem,nec act.l.ſi quis ſub conditione,ſi quis omiſ.cau.teſt.vñ nõ pcellit pciſè,ſed ſponte implet,ſi vult cõmodũ,& ſic eſt coactio cauſatiua,vr̃ tñ gl. pcedere in prima ſolutione,qñ ſolutio eſſet implenda de eo,qđ relinquit,vt lego tibi cẽtũ,ſi de illis pſtruxeris capellã,vñ non poteſt implere niſi percipias,vñ magis vr̃ importare modũ,qui eſt implendus poſt quęſitũ emolumentũ, ideo poſſes petere.arg.l.ſi verò non remuneràdi.§.fi.ſ.man.& l.inſulã.in fi. loca. vt ſic potius iſpiciatur effectus,ꝗ verba.ad quod facit,qđ not.in l. quib. §.fi.& l.j.de condi.& demon. per Bar. circa modũ cognoſcendi
5 pditionẽ vel modũ. ¶† In gl.ibi.[vel dic cauet hrdi, ſi ſic ut ualeat &c.]iſta gl.allegatur notabiliter ad duo. primo,ꝙ ſi quis ex forma l. vel ſtatuti,vel pctus tenetur aliquid facere, tenetur taliter facere ꝙ valeat,ideo ſi eſſent pupilli,vel mulieres,tenebuntur adhibere conſenſum tutorũ, uel conſanguineorũ. Item tenebũtur iurare non venire ꝯ ratione minoris ætatis,vt ſic actus valeat, & non poſſit retractari. Et eodem modo, qui promiſit alteri vendere,vel facere inſtrm de aliqua re, debet taliter facere ꝙ valeat & cũ debitis,& vſitatis ſolẽnitatib.aliàs nõ videretur
6 feciſſe.l.nõ putauit.§.nõ quæuis.de pſtab. † Itẽ ꝙ oĩa iura q̃ dñt,
a ꝙ alter alteri ſtipulari nõ põt[a] debẽt intelligi qñ ſimpliciter ſtipulatũ,na nõ valet niſi ſtipulãtis interſit, & tũc qñ intereſt,ſtipulator agit.nõ ille cui eſt dãdũ vel faciẽdũ. Nec ẽt illi cedẽda eſt actio,ſi ſtipulator nõ vult.ita intelligiẽ l. ſtipulatio.§.alteri.& §.ſi inſulã.de ver.ob.ſed ſi ſtipulaẽ nomine illius,valet,ẽt ſi non interſit,& ſi hẽt mãdatũ, vt procurator,ſi nõ hẽt,vt neg.geſt.qa eſt pinde acſi ille cuius nomine gerit,geſſiſſet: qa is gerit cuius noĩe gerit,ſicut is poſſidet cuius noĩe poſſidet.l.quod meo.ꝟ.de acq.poſ.& tũc tenebiẽ ſtipulator cedere act.mand.ſi hẽbat. vel neg.geſt.ſi non hẽbat,& ſecuta ſit ratihabitio.l.ſi ego.ſ.de neg. ge.iõ ſis cautus cũ recipis noĩe alieno,ꝙ dicas,ꝙ ſtipularis vice & noĩe illius,& ita faciũt hodie notarij,& ad hoc allegaẽ iſta gl. In caſu aũt huius l.non eſt neceſſe,qa hęredis intereſt ꝙ ſeruet volũtas teſtatoris.l.his pſequenter.§.ſi fa.erciſ.licèt eius pecuniariter non interſit.l.ſi tibi legatum.ꝟ.tit.2.licèt ergo hrs nõ dicat,vice vel nomine talis cui eſt faciendũ vel dandũ,ſed ſimpliciter,promittis dare vel facere tali, valeret ſtipulatio propter ſuum intereſſe, non dico ꝙ compellatur illi cedere, poſtquam non recepit nomine illius, poteſt tamen ſi vult.

ADDITIO.

a ¶Poteſt. Adde vt per Bar.conſi.incip.Gilius fuit confeſſus.

1 *Duæ cauſæ lucratiuæ ex teſtamento duorum, qui reputantur loco vnius, iudicantur acſi ex teſtamento vnius procederent.*
2 *Si in teſtamento duorum qui non reputantur idem, eadẽ res ſit legata alicui,ſi prius legatarius fuit conſecutus æſtimationem, poſſet ex teſtamẽto alterius rem petere,ſed ſi fuit conſecutus rem,non poteſt poſtea petere æſtimationem.*

1 §. Si Sempronius. † Duæ cauſæ lucratiuæ ex teſtõ duorum, qui reputantur loco vnius,iudicanẽ acſi ex teſtõ vnius procederent. h.d.Nã ſicut ſi in eodẽ teſtõ qs pluries eandẽ rem vni legaret non deberet niſi ſemel.C.de leg.l.cũ qõ.qa non cenſeret pluries legaſſe, ſed pluries locutus.l. Meuius.§.cũ qui.in fi.ꝟ.tit.j.ita ſi in teſtõ defuncti,& in teſtõ hęre.eadem res vni pluries eſſet legata.iõ ſiue rem fuerit conſecutus ex teſtõ vnius,nõ põt agere ex teſtõ alterius,vt pſequaẽ æſtimationẽ. ſiue econuerſo primo eſſet æſtimationẽ pſecutus,& hoc dr̃ hic.non ſic,ſi idem non reputareẽ.
7 l.planè.§.ſed ſi duorum.ſ.e.† Et ſi prius fuiſſet pſecutus æſtimationẽ,poſſet ex teſtõ alterius rẽ petere,licèt econuerſo nõ ſic , ꝑp regulã de duab.cauſis lucratis, vt ibi no.ecce caſum.¶In gl. 2.ibi,[duplicare legatum nec potuit.]immo nõ potuiſſet legando æſtimationem,cũ primus teſtator legaſſet fundũ.nã legatarius ex teſtõ hrdis poſſet ẽſtimationẽ conſequi,ex.teſtõ alterius rẽ.l.ſi alij fundum.de vſufr.leg.& l.fundum Cornelianũ.de noua.ſed legando eundẽ fundũ,fateor,ꝙ non poſſet duplicare, ẽt ſi teſtator expreſſe dixiſſet.vt dixi ĩ l.planè.§.j.per l.Lucius.§. impuberi.de leg.2.ſed ſecus in quantitate, quæ duplicationem recipit,ſed ſpecies non, tene ergo ſe.quia in dubio vr̃ voluiſſe duplicare,& ſic legare æſtimationem , ſed potius ſe exonerare & legare pro eo,quod tenebatur ex teſtamento Sempronij.

1 *Debitor generis re ablata perempta liberatur ope excep.*
2 *In legato generis electio eſt hæredis, quando in hæreditate nullæ ſpecies in eo contentæ reperiuntur,aliàs ſecus.*

1 §. Si cui homo. †Debitor generis re ablata perempta liberaẽ ope excep.h.d.Sed quare non ipſo iure? Rñdeo,quia non dr̃ perempta res debita, cũ in obligatione generis nulla ſpẽs ſit in obligõne,licèt quælibet ſit in ſol.vt no.in l.Meuius.§.duobus.de leg. 2. ſed debitor liberaẽ interitu rei debitæ ſi non præceſſit mora vel culpa.l. ſi ex legati cauſa.de ver.ob.ideo ſecus eſſet ſi conſiſteret in ſpẽ,quia liberaretur ipſo iure,ẽt ante obligationẽ.vt hic in gl. ſed in obligõne generis,iõ requiritur obligõ, quia genus perire nõ põt. l. incendiũ.C.ſi cer.pe.& re ablata perempta liberaẽ potius ex æquitate,ne mora creditoris noceat debitori,ꝗ de rigore, & iõ liberatur ope excep.quia omnis exceptio fundatur in æquitate.
2 l.qui exceptione.de doli excep.¶Vltimò dñt Doc. ꝑ hunc tex. melius ꝗ ꝑ alium probari,ꝙ in legato generis electio eſt hrdis, qñ in hrditate nullæ ſpẽs in eo cõtetæ reperiuntur,aliàs ſecus. l.legato gñaliter.ſ.e.itẽ intellige iſtũ tex. qñ ſine cã legatarius recuſauit,qa ſeruus oblatus erat mediocris, & ſine vitio. alias nõ eſſet in mora,nec ſibi obſtaret exceptio, ita inuit gloſſella ſcda.

1 *Actio ex teſtamento durat ad rem ſi eſt tradita non perfectè.*
2 *Legatarius ædium põt adueniente conditione ex teſtamento agere ad eaſdem ædes,non vt eas conſequatur,cũ habeat,ſed vt conſequatur quod deficit,ſ.ſeruitutem,nec aliter abſoluitur hæres niſi reintegret,*
3 *Si hæres traderet ſeruum debilitatum ſui culpa,durat actio ad eundẽ ſeruum,vt conſequatur legatarius pretium deteriorationis.*
4 *Qñ deficiat ius ſiue ſit actio bonæfidei,ſiue ſtricti iuris, durat actio ad eãdẽ rem,ſed quando traditur deteriorata,quia non deficit ius, diſtinguitur*

*ſunt inter act. bonæfi. & ſtricti iuris, & tunc nõ durat eadem, ſed datur noua actio, vel de dolo, vel in factum, & quid in actione ex teſtamẽto.*

1 **§. Ædes quibus.** † Actio ex teſtõ durat ad rem ſi
eſt tradita nõ perfectè. h.d. ¶ In
tex ibi [legatæ ſunt,] ſcilicet ſub condõne ſm Dy. & ſic pendẽ-
te conditione hæres adeundo effectus eſt dñs ædium dominan
tium, vñ cũ ẽt ſit dñs ædium ſeruientium, cõfuſa fuit ſeruitus.
l. ſi quis ædes. de ſerui. vrba. prædi. adueniente tñ ɔdõne cũ ędes
dñantes ſint ad legatarium puenturæ, reintegrari dẽt ſeruitus,
quia tales dandę erant, quales erant apud defunctum, ſed hoc
factum non fuit. & fuerunt traditæ cũ diminutione iuris ſerui
tutis, iõ legatarius non dr̄ habere plenum legatum, ſed ſi purè
eſſent relictæ, hęres dñium non acquiſiuiſſet, ſed recta via tran
ſiſſent in legatarium. l. a Titio. de ſur. & ſic extincta non fuiſſet
2 ſeruitus, & tranſiſſet cũ illa nec haberet locum iſte §. ¶ † In tex.
ibi [ex teſtõ agere.] ſubaudi eaſdem ædes, nõ vt eas conſequa-
tur, cum habeat. ſed vt conſequatur, qđ deficit. ſ. ſeruitutẽ, nec
aliter abſoluitur hęres niſi reintegret, vt in ſimili. j. proxi. §. fin.
3 ad hoc l. etiam. de ſolutio. & l. Iulia. §. j. de verb. obl. ¶ † In tex.
ibi. [nam & eum.] probat per argumentum a minori, nam ſi
hæres ſeruum traderet debilitatum ſui culpa, duraret actio ad
eundem ſeruum, vt conſequatur pretium deteriorationis. for-
tius in præcedẽti, qñ deficit ius. nam qñ deficit ius, ſiue ſit actio
bonęfid. ſiue ſtricti iuris, durat actio ad eãdem rem. d. l. Iulia. &
l. etiam. ſed quando traditur deteriorata, quia non deficit ius, di
ſtinguitur inter actionem bonęfi. & tunc idẽ. l. 3. §. ſi reddita. cõ
mod, an ſtrict. iuris, & tunc non durat eadem, ſed datur noua
actio, vel de dolo, vel in factum. l. & eleganter. §. nõ ſolum. ſ̃. de
dolo & l. exhibitionis. C. ad exhi. tamen hic licèt actio ex teſta-
mento ſit ſtricti iuris, quia habetur inſtar bonæfi. durat ſicut a-
ctio bonæfidei. d. §. ſi reddita. fortius ergo durat quãdo in re tra-
dita deficit ius ſeruitutis, vel cautionis nõ pręſtitę. Cætera vide
per Cy. in d. l. exhibitionis. & Barto. in d. l. Iul. & d. § ſi reddita. &
l. qui ſibi. de ſol. intellige hic quando legatarius recipit ignorã-
ter ſeruum deterioratum, aliàs videretur remittere, vt no. in l.
in hac. de triti. in quadam gloſſella.

---

1 *Legatario ementi ab hærede rem ſibi legatum ignoranter, quibus remedijs ſuccurrendum.*
2 *Si hæres rogatus eſt poſt eius mortẽ Titio hæreditatem reſtituere, & interim Titius emit ab hærede aliquas res, an conditione extante, habere poſſit hęreditatem, & etiam pretium recuperare.*
3 *Obligatus ex teſtamento, dicitur obligatus ad dandũ, non ſimpliciter ad tradendum, ideo ſi non dederit, licèt tradiderit, poteſt iterum conueniri, vt det, quod regulare eſt in omni qui eſt obligatus ad dandum.*
4 *Quando legatum eſt in diem certam, non tranſit dominium ante diem.*

1 **§. Qui ſeruum.** † Si legatarius rem legatam igno-
rans emit ab hr̄de, & eam poſtea
ex teſtõ fuit conſecutus, aduerſus petitionẽ pretij hẽt, & exce-
ptionẽ doli, & ſi iã ſoluit, petere põt per actionẽ ex empto: ſed
ſi fuerit ɔſecutus ex ɔ̃ctu empt. põt vt pretiũ rehabeat intenta-
re actionẽ ex teſtõ ad eandẽ rem, & hæres ab ea nõ abſoluitur,
niſi pretium reſtituat, & ẽt rem legatarij facit. h.d. Et Bar. repu-
tat difficilẽ, & difficultas conſiſtit in ɔ̃rio qđ formatur ad fi. de
act. emp. l. cui res. per quam vr̄, ꝙ licèt rẽ habuerit ex contractu
emptionis, detur actio ex eodem ɔ̃ctu. ſ. ex empto ad recupera-
tionẽ pretij. quaſi ſibijpſi euicerit, & in hoc tex. dr̄, ꝙ datur actio
ex teſtõ ad eandem rem, & per indirectum ɔſequitur pretium.
gl. fi. magna laborauit, & poſuit diuerſos intellectus, ſed omni-
bus reiectis, quod hr̄ in fi. gl. ꝙ habet duplicem actionem ex em
pto, rõne pręd. cta. vt l. contraria. vel actione ex teſtõ agat ad rẽ.
quaſi non videatur rem habere, donec habeat pretium. l. plane.
§. quod ſi rem. ſ̃. eo. iſte eſt caſus hic. examina iſtã materiam, vt
ibi dixi, & vide in addi. Spec. de emp. & vend. §. tertio loco. circa
2 fi. nam iſte tex. loquitur de re ſpecialiter legata. † Quid ſi hæres
rogatus eſt poſt eius mortẽ Titio hr̄ditatem reſtituere, & inte-
rim Titius emit ab herede aliquas res, an conditione extãte poſ
ſit habere hr̄ditatem, & ẽt pretium recuperare? quidam ꝙ non,
quaſi videatur emiſſe dubiũ euentũ, quia poterat conditio defi
cere, ſi Titius moreretur ante hr̄dem. arg l. ſi iactũ. de act. emp.
Contrariũ ibi determinat recitans op. legiſtarum in hoc, quia
eſt eadem rõ, quæ eſt in re particulariter legata. & allegat l. Im-
perator. §. fi. j. tit. j. Et aduerte. quia iſte tex. ponit tres caſus. pri-
mus eſt vſque ibi, [quod ſi pretio.] & in iſto res erat integra ex
vtroque latere, cũ peruenit ad notitiam legatarij, ꝙ ſeruus erat
ſibi legatus, quia nec ſibi fuerat ſeruus traditus, nec pretium ſo-
lutum. In ſecundo erat integra ex parte venditoris, ſed empto-
ris non, quia ſoluerat pretium vſque ibi, (quod ſi iudicio.) In
tertio ex neutra parte erat integra, quia iam ſeruus ex cã vendi-
tionis fuit traditus. & pretiũ ſolutũ, & poſtea peruenit ad eius
notitiam ꝙ erat ſibi legatus, vnde quia tunc hẽt ſeruũ ex ɔ̃ctu,
vr̄ ꝙ pretium nõ poſſit repetere, quia ex quo fuit ſibi impletus
contractus, ipſe ẽt implere debuit, ſed ɔ̃rium dr̄, quia nõ vr̄ im
pletũ ex quo ex alia cã debetur emptori, vnde ex illa cã ex qua
nõ habet poteſt agere, vt recuperaret quod ſibi abeſt. Et aduer-
te, quia ſeruus non erat teſtatoris, nec heredis, ſed teſtator poſſi
debat, & ſciebat alienum & ſic valuit legatum, & hęres tradẽdo
ex cã emp. non tranſtulit dñium, quia non habebat, & tñ fuit
liberatus ab actione ex ẽpto, qua tenebatur ſolum tradere, ſed
nunc cũ conuenitur actione ex teſtõ, tenetur ſeruum facere ac
cipientis, & a dño redimere, & vltra hoc pretiũ reſtituere, aliàs
non dẽt abſolui. quaſi non impleuerit cãm teſti, & poſtea fiat
3 executio in pretio. ita intellige tex. in fi. ¶ Et ſic no. † ꝙ obliga-
tus ex teſtõ dr̄ obligatus ad dandum, non ſimplr̄ ad tradendũ,
ideo ſi non dederit, licèt tradiderit, põt iterũ conueniri, vt det,
nam hoc eſt regulare in omni qui eſt obligatus ad dandum. l.
cũ quis. §. qui hominẽ. de ſol. & l. fi. de condi. ob cãm. de hoc di-
xi. ſ̃. eo. l. ſi a ſubſtituto. §. fi. licèt Bar. ibi videatur ſentire ꝙ tenea
tur ad tradendum, quod non placet ꝑ hunc tex. ¶ In prin. §. ibi
[ignorans.] h.d. ideo quia ſi ſciebat, & legatũ erat purũ, emen-
do ab hr̄de vr̄ repudiare, vt no. ꝑ Bar. in l. qui Romę. §. duo fra-
4 tres. in 12. q. ff. de verb. ob. & tetigi. in l. planè. §. ſi rem. ſ̃. eo. ¶ † In
gl. ibi, [vel in diem.] tenet ergo gl. ꝙ qñ legatum eſt in diẽ certã,
nõ tranſit dñium ante diẽ, & iſta eſt cõis opi. per l. Sempronius
attalus. de vſufru. leg. quia l. non facit executionẽ ante diẽ, ſicut
nec Iudex faceret, & ſicut nec pendente conditione. ¶ In gl. ibi.
in fi. [non defuncti.] poſſet dici, ꝙ immo erat defuncti, & lega-
tũ erat purũ. & ſic trãſiuit dñium, & tñ valuit emptio, quia nõ
erat legatarij irreuocabiliter & perfectè ante legati acceptatio-
nem. vñ qua rõne res mea reuocabiliter põt eſſe mihi obligata
l. in bello. §. ſi quis ſeruum. de cap. licèt ſecus, qñ irreuocabili-
ter. l. neque pignus. de reg. iur. eadem rõne poſſum emere, licèt
ſecus, qñ reuocabiliter perfectè. l. ſuæ rei. de cõtrahen. emptio.

---

1 *Si pater dotem quã promiſerat genero ꝓ filia leget filiæ, ſemel ẽ ſoluẽda. vel ipſi, vel alteri, ideo niſi concordent, neutri ſoluere cõpellitur hæres.*
2 *Qui legauit genero aliud quàm promiſit pro dote, quia promiſit ſpeciem, & legauit quantitatem, vel econuerſo, ꝙ vtrunque debeat ſolui genero, & quid ſi dixit ſe legare pro dote.*
3 *Si teſtator primo legauit, deinde promiſit dotem, & ſoluit, an filia poſſit petere legatum.*

1 **§. Cùm pater.** † Si pater dotem, quam ꝓmiſerat.
genero pro filia leget filię, ſemel eſt
ſoluenda, vel ipſi, vel alteri, ideo niſi concordent, neutri ſoluere
compellitur hæres. h.d. & hoc qñ ſemel veniũt, ſed ſi primo ve
niret filia, & obtineret, deberet ſibi ſolui cũ cautione defenden
di hæredem aduerſus generum ex promiſſione, ſed ſi gener ve
nit, & obtinet, ſoluitur ſibi ſine alia cautione, quia ſolutione fa
cta genero liberatur hęres a filia, cum ad generum ſit res peruẽ
tura, vñ non eget defenſione hæredis, quia ſeipſum põt defen-
dere, non ſic econuerſo. iſte eſt caſus in l. cum pater. de iure do
tium. allegata in glo. ¶ In tex. ibi. [eidem.] gl. dicit filiæ & benè,
ſed ſi genero cui promiſerat, nõ valuiſſet legatũ, quia creditor
legaſſet creditori. l. ſi creditori. in fi. ſ̃. eo. cum l. ſeq. & iſte ẽt eſt
caſus in d. l. cum pater. de iure do. ſed Bal. hic non viſa illa l. dicit
ɔ̃riũ, ꝙ legatũ valeret. & ex eo non poſſet agere gener, cuius nõ
intereſt, ſed filia. ſ̃. eod. l. ſi cui. §. ſi Titio. Poſſet tñ dictũ Bal. ſu-
ſtineri per illum §. & dum dr̄ in l. cũ pater. ꝙ non valet legatũ.
verũ eſt reſpectu generi, ſed reſpectu filię ſic. ex his quæ dixi in
l. ſi creditori. in fi. ſ̃. eo. ꝙ ſi ſtipulatus fuiſti a Titio meo nomi-
ne, & Titius mihi legat, qđ tibi promiſit, valet legatum, licèt il-
lud debitum cenſeatur potius meũ, q̃ tuũ, quia eſt peruenturũ
ad me ex ceſſione, quia non fit creditori, nam tu eras creditor,
non ego, licèt propter ſpem videar eſſe. ¶ In tex. ibi, [doli mali
excep. hæres tutus erit.] videlicet vt ſoluat bis, & ẽt vt neutri ſol
2 uat, niſi concordẽt. ¶ † Sed opp. ꝙ bis debeat ſolui genero ex
promiſſione filiæ ex legato. l. ſi dotem pro filia. de col. dot. Bart.
intelligit illam l. quando legauit aliud q̃ promiſit, quia promi-
ſit ſpeciem, & legauit quantitatẽ, vel ecõuerſo. Et aduerte, quia
puto ꝙ ẽt ſi dixit ſe legare pro dote, adhuc peti poterit. quaſi vi-
deatur dotem auxiſſe: ſed ſi legauit illud idem, ſemel tantũ de
betur. ſiue dixit ſe legare pro dote, ſiue non, vt hic in tex. & glo.
Sed adhuc ɔ̃ ad idem. j. tit. j. l. cũ pater. §. pater filiæ. Sol. ibi pater
promiſit, & ſoluit dotẽ, & poſtea legauit rẽ, q̃ tradiderat pro do
te, & tunc nõ cenſetur legare pro dote. iõ qđ iuris ſit. dic vt ibi.
3 ¶ † Itẽ op. de l. Lucius. la j. j. ti. j. Sol. hic promiſit primo, poſtea
a legauit, [a] ſed ſi econuerſo primo legauit, deinde ꝓmiſit, & ſol-
uit, an filia poſſit petere legatũ, & hr̄e vtrũq;? diſtinguẽdũ ẽ an
legauerit ꝓ dote, & non p̃t petere, niſi quatenus plus legauit, q̃
dederit, vt ibi. aut ſimplr̄ legauit, & habebit vtrũq; ſm Doc. Sed
nõ vr̄ verũ, qa cũ legauit filię, licet ſimpliciter, vr̄ legare ob cãm
dotis, ad quã tenebat. l. ſi aũt. in tex. & gl. đ iure dot. & ibi vr̄ Bar.
ɔcludere. ergo idẽ, qđ in p̃cedẽti, ſed dic ꝙ illud verũ qñ ex con
iecturis patet ꝙ voluit legare pro dote, quia filia erat nubilis, &
q̃titas ɔueniebat, vel dic ꝙ ſufficit hoc vltimũ, ſed ſi ſufficit, non
eſt præſumendum ꝙ voluerit legare pro dote, ideo vtrunque
integraliter p̃t petere. Cætera dic ꝑ Doc. C. de le. l. filia legatorũ.

*Conditio*

---

ADDITIO.

a ¶ Legauit. Adde eun. Pau. conſi. 64. & vide quod voluit Ang. cõſi. 88. Bal. conſi. 456. 4. lib.

1 *Conditio de inſtrumentis reddendis continet in ſe liberationem præſtari*
*quod ſolum ſufficit, ſi inſtrumenta non reperiantur.*
2 *Creditores qui non poſſunt reddere inſtrumenta, ꝙ nihilominus admittan*
*tur, & ſufficiat liberare debitorem per inſtrumentum.*
3 *Quando conditio continet vnum, cenſetur potius illud continere, quàm id*
*quod verbum ſonat, licèt & illud contineatur ſi poteſt fieri.*

1 **§.Si ita.** †Conditio de inſtrumentis reddendis cõtinet in
ſe liberationem præſtari, quod ſolum ſufficit, ſi
inſtrumenta nõ reperiãtur h.d.notabiliter.¶In tex.ibi. [hæres
meus ei x.dato.]quæritur ſi legatarius non poteſt reddere tabu
las, quia perdidit, vult tamen ab illo debito liberare hr̃dẽ ꝑ pu
blicum inſtrumẽtũ, an hæres teneatur ſoluere decem? vr̃ quòd
non, quia non implet conditionem in forma. Contrarium rñ-
detur j.in ver.[& ſi tabulæ.]& ad probationem huius præmit-
tit vnum in ver.ſeq. ꝙ ɔditio ſi tabulas reddiderit, idẽ importat
ꝙ ɔditio ſi hæredem liberauit, nam nõ cenſetur voluiſſe reddi-
tionem fieri propter ſe, ſed propter liberationem quæ ſequitur
ex eo, quia cum creditor reddit debitori inſtrumentum debi-
ti, vr̃ liberare ipſum.l.Labeo.ſ.de pac. Potius ergo propter hũc
effectum vr̃ appoſita q̃ propter illud quod ſonat verbum, & ꝓ-
bat, quia etiam ſi inſtrumentum redderet, & liberaret per pa-
ctum, non ſufficeret. nec videretur ɔditionem impleuiſſe, niſi
liberaret per acceptilationem, quia cenſetur teſtator voluiſſe li
berare meliori modo quo poteſt.l.3.§.nunc de effectu. de lib.
leg. Ex hoc cõcludit ꝙ ſi non poteſt reddi inſtrumẽtum, poteſt
acceptilare, & cenſetur impleta ɔdõ, ſed ſi poſſet reddi, non ſuf
ficeret liberare, niſi inſtrumentum redderet. vt l.ab omnib.§.j.
2 infra eo.†& ſi decederet ante, non tranſmitteret. vt ibi. Et gloſ.
multum no. iſtum tex. pro creditoribus qui non poſſunt redde-
re inſtrumenta, ꝙ nihilominus admittantur, & ſufficiat libera-
re debitorem per inſtrumentum, etiam ſi ſtatutum dicat ꝙ de-
bitor non teneatur ſoluere niſi ſibi reſtituatur inſtrumentum
inciſum & cancellatum, quia debet intelligi ſi extat. per iſtum
tex. Nam de iure cõmuni debet reſtitui.l.diſſolutæ.C.de condi.
ob cau.& tamẽ debet intelligi ſi poteſt. vt hic.¶In tex.ibi.[nec
ad rem pertinebit.]quia ſi tempore teſtamenti erat perditum,
procederet clarè iſte §.quia iſta cõditio eſſet impoſſibilis.& ha
beretur pro non adiecta.l.obtinuit.de condi.& demonſt. ſed ſi
tunc non erat perditum, fuit impoſſibilis. vnde ſi perdatur, cẽ-
ſetur defecta.& defectus cõditionis vitiat legatum, ſed ɔ̃rium
eſt, quia nõ dicitur defecta, quia poteſt impleri æquipollenter.
3 †No. ergo, ꝙ quando ɔditio continet vnum, cenſetur potius il-
lud continere q̃ id quod verbum ſonat. licèt & illud continea-
tur, ſi poteſt fieri. vt hic iuncta l.ab omnib.§.j.& hoc videmus ĩ
conditione ſi rationes reddiderit, nam ſi propter reſtitutioneȝ
reliquorum, & non ſufficit reddere niſi reſtituat reliqua. nec
econuerſo ſufficit reddere reliqua ſi rationes poſſunt reddi. l.
cum ſeruus. de condi.& demon. ſed ſi nulla eſſent reliqua purũ
cenſeretur legatum.l.qui libertati. de euic. vnde in caſu huius
§.ſi nullum eſſet debitum, quia eſſet iam ſolutum, licèt penes
creditorem remanſiſſet inſtrumentum, videretur legatum pu-
rum, quia inſtrumentum eſt inefficax.l.inductum.C.de ſolut.
vnde eo non reddito, licèt reddi poſſet, videretur poſſe peti, ſed
non audeo hoc dicere, ſi hoc ſciebat teſtator, quia cenſetur ſen
tire de nuda reſti non de liberatione quæ iam eſt facta, ergo eſt
ſeruanda voluntas defuncti, quia hæredis intereſt (licèt ſit iam
liberatus) ꝙ inſtrumentum ſibi reſtituatur, ne de facto conue-
niatur, & condemnetur de facto, ſi probare non poteſt, ſed ſi te
ſtator ignorabat, cenſetur de liberatione ſenſiſſe, & illa iam
facta eſt, vnde non videtur neceſſaria redditio.

1 *Qui non admittitur ad partem iure actionis, ſi tamẽ iure retentionis, facit*
*partem, licèt non iure legati ſed proprio poſſit retinere.*
2 *Statutũ ſi dicat ꝙ ſtante maſculo ab inteſtato fœmina non ſuccedat, ſed*
*debeat dotari, & filius ſit inſtitutus, & filia dotata, & rogatus ſit fi-*
*lius reſtituere poſt mortẽ, an hæres filij detrahẽdo legitimã habebit ter*
*tiã totius, an dimidiam tertiæ, & an in iſta tertia computetur dos.*
3 *Quando quis non admittitur ad partem legati, quia non valet in eius per*
*ſona, an faciat partem collegatario.*

1 **§.Si Titio & Meuio.** †Qui non admittitur ad partem iure actionis, ſi
tñ iure retentionis, facit partem, licèt non iure legati ſed ꝓprio
poſſit retinere.h.d.¶In tex.ibi. [debebitur pars Stichi Meuio.]
& ſi hæres grauabitur in parte, quam tenebitur redimere a Ti-
tio, & dare Mæuio & hoc ſi ſciebat rem eſſe Titij, aliàs nõ vale
ret etiam quo ad Mæuium. quantum ad Titium non valeret,
tanquam factum de re ſua. tamen facit partem. videbatur con-
trarium, quia ſi non valet in ſua perſona, non retinet legatum
iure legati, ſed proprio, ergo non facit partem in legato. tñ ɔtra
2 rium eſt, quod no.†Ideo Bal. ſubtiliter inducit ad quæſtionem.
dicit ſtatutum, ꝙ ſtante maſculo ab inteſtato fęmina nõ ſucce-
dat, ſed debeat dotari. pone filius eſt inſtitutus, & filia dotata de
centum, & rogatus filius de reſtituendo poſt mortem loco pio
extanti, ſed adueniente cõdi. locus pius petit, hæres filij vult de-
trahere legitimam, quod poteſt. ſ. tertiam totius, locus pius di-
cit ꝙ imo dimidiam tertiæ, quia duo erant filij, inter quos ter-
tia erat diuidenda. ſed hæres dicit ꝙ filia non facit partẽ in legi-
tima, quia non admittitur ad partem in ſucceſſione. cɔ̃ dr̃ ꝙ nõ
eſt in totum excluſa a ſtatuto, cũ debuerit dotari, & ſic non hr̃
omnino pro mortua. hr̃s filij dicit ꝙ licèt admittat̃ ad dotẽ, nõ
facit partẽ ĩ legitima quæ defertur iure vniuerſalis ſucceſſionis,
quia dos debet̃ titulo ſingulari non vniuerſali, dicit Bal. ꝙ text.
iſte facit pro loco pio. nam hic licèt filius non admittat̃ iure le
gati, ſed proprio, tamen facit partẽ in legato. ergo & filia. i. legi-
tima, & plus vr̃ dicere ꝙ ſi parũ habuit pro dote, q̃ non aſcen-
dat ad dimidiam tertiæ, tamẽ facit partẽ in tota dimidia tertiæ,
quia loco eius dos ſucceſſit. & ſic poterit filius tantum dimidiã
tertiæ retinere.¶Hũc caſum nõ eſt diu, ꝙ habui de facto. Ang.
in l.Pap.§.vnde ſi quis. de inoffi. teſt. tangit, & vr̃ aliter ſentire. &
melius vr̃ modo ꝙ faciat partem quatenus habuit pro dote nõ
vltra. vnde pone ꝙ tertia valebat 400. habuit centum in dote,
totum reſiduum & ſic 300. erunt hæredis filij per illum tex. vbi
dicit eſſe caſum ſi bene conſideretur in computatione, tamen
debet tota dos in patrimonio computari, & videri quanta ſit
a tertia totius, computata dote. Tene menti,[a] quia faciet tibi ho
norem. & multos vidi dubitare, vr̃ etiam ꝙ iſta filia cum nõ ex
cludatur in totum, augeat numerum filiorũ. vt ſi ſunt quatuor
maſculi, & vna fęmina, legitima ſit dimidia omnium bonorũ,
quæ tota pertinebit ad maſculos deducta dote, ſed ſi non au-
geret numerum, legitima eſſet tertia, in auth. nouiſſima.C.de
3 inoffi. teſt.¶†Vltimò gl. hęc voluit tradere hanc materiam qñ
quis non admittitur ad partem legati, quia non valet in eius ꝑ-
ſona. an faciat partem cum legatario. nam iura videntur varia-
re. glo. enumerat quatuor vel quinque caſus, in quibus non fa
cit partem, vſque ibi.[Item legatur.]poſtea enumerat alios, in
quib. facit. ſed propter hoc non traditur perfecta doctrina. Dic
ergo quando non admittitur, nec admitti ſperatur aliquo iure
agendi, vel retinendi de rigore, vel de æquitate, tunc non facit
partem. ita loquuntur primi caſus ſi inſpiciãtur, ſi verò aliquo
dictorum modorum admittitur, facit partem. Ita loquuntur
alij caſus, inter quos eſt ille de quo hic, in quo admittitur iure
intentionis, & ſaluatur voluntas defuncti, nam voluit ꝙ domi-
nus illius ſerui habeat dimidiam, Mæuius aliam. cum ergo Ti
tius poſſit ſuam dimidiam retinere, & non vendere, ſatis eſt ꝙ
non poſſit niſi dimidiam petere, ſed quid ſi eſt paratus vẽdere,
vt Mæuius totum habeat? Reſpondeo hæres non tenetur eme
re, & ſic per viam except. hæres poteſt ſibi conſulere ſaluando
mentem defuncti.¶Sed contra iſtum §. oppo. fortiter de l. pla-
nè.§.ſi duobus.ſ.eo. vbi ſi legatur hæredi & tertio res aliqua,
quia legatum non valet in perſona hæredis.l.legatum.§. hære-
di.j.eo. non facit partem, & extraneus habet totum. & tñ ibi ſi-
cut hic hæres poterat ſibi ɔſulere retinẽdo. So. ſm Ray. & alios
ibi ius retentionis non erat vetuſtius legato, hic ſic, nã ibi hęres
nõ poterat retinere niſi ibi, quia habebat titulũ inſtõnis, & iſtę
tit. non ſufficit ad retinẽdũ, qa eſt vniuerſitas, & de vniuerſitatę
res legata erat exẽpta, & ſic in ea non poterat ꝑ̃tendere titulum
vniuerſalem. facit ſ.eo.l.ſi hr̃dis ſeruus. vel titulus legati, & non
põt, quia iure non valebat. hic titulus erat vetuſtior ex alia cã,
ideo ſi legaretur hæredi, & extraneo hæredis, non haberet locũ
ille §. ſed iſte, quia tunc ius retentionis erat vetuſtius legato. de-
bet ergo §. ille intelligi qñ fuit legata res hæreditaria hæredi, &
extraneo, ſm Bar. & etiam coniunctim re tantum, vel re & ver-
bis, & ſic cuilibet inſolidum, vnde extraneus poterat totam rẽ
iure ſuo vendicare, & quia habebat ius agendi, quod eſt poten
tius quàm ius retinendi, præfertur hæredi, ſecus in coniunctim
verbis tantum, quia extraneus ſuo iure non poſſet vẽdicare ni-
ſi dimidiam, aliam non, niſi iure accreſcendi, & illud non ha-
bet locum, niſi in parte omnino deficiente, & pars hęredis non
omnino deficit vt poſſit retineri, hic eſt intellectus Bar. qui per
hoc dicit illum §. non habere locum, quando legaretur quanti
tas, vel res tertij, vt ibi dicitur, licèt alij contra, & pro Bart. vide-
tur glo. in l.ab omnibus.§.ſi a Titio. infra eo.

ADDITIO.

a ¶Tene menti. Vide eius conſi.253. Fran. Cur. conſi.68.

1 *Si ex duabus rebus alternatiue legatis altera ſit electa, ipſa perempta li-*
*beratur hæres, ac ſi ſola fuiſſet legata, nec poſt electionem ſemel factam*
*in vltimis voluntatibus licitum eſt variare.*
2 *Si vna ex rebus alternatiue debitis deſinit poſſe præſtari ante electionẽ*
*factam, vel poſt, ſi licitum eſt variare, remanet obligatio in alia.*

1 **§.Stichum aut Pamphilum.** †Si ex duabus rebus
alternatiue legatis altera ſit electa, ipſa perẽpta liberatur hr̃s ac-
ſi ſola fuiſſet legata, nec poſt electionem ſemel factam in vlti-
2 mis voluntatibus licitum eſt variare.h.d.¶†Opponitur de §.ſi
Titio.j.eo.l.Stichum. de ſol. vbi ſi vna ex rebus alternatiue debi
tis deſinit poſſe præſtari, remanet obligatio in alia. Sol. verum
eſt ante electionem factam, vel poſt, ſi licitum eſt variare, qua-
ſi cenſeatur non facta, ſed hic erat electa, nec licet variare. vn-
de eſt perinde ac ſi electus ſolus eſſet legatus, quo caſu non in-
teruenieante dolo vel culpa liberaretur debitor.¶Item oppo. ꝙ
non

non ſufficiat Stichum eſſe mortuum poſt electionem, niſi fue
rit obligatus,& legatarius ſit in mora.ſ.eo.l.ſi cui.Sol.hic in le-
gato alternatiuo, in quo vtraque ſpecies eſt in obligatione,nō
tamen irreuocabiliter ante electionem, ſed ea facta ſemper il-
la cenſetur fuiſſe.l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum aut Pamphilū.
de verb.ob. ibi in legato generis. in quo nulla ſpecies eſt in o-
bligatione,vt ibi dixi.¶In glo. ibi. [dic ergo aliud in ſtipulatio-
ne.] hæc vera non per rationem glo. quid enim ſi legauit illos
qui non erant ſuiꝰ facta electione non tranſit dominium, & tñ
habet locum quod hic dicitur. Dic ergo ꝙ eſt fauore vltimæ
voluntatis, quæ non debet pendere.ideo ad quemcunque per-
tinet electio, non licèt variare in cōtractibus, diſtinguitur. aut
pertinet ad creditorem,& idem, aut ad debitorem,& refert per
quæ verba, an præteriti temporis, vt volueris,an futuri, vt quē
voles,vel eliges.d.l.ſi quis ſtipulatus.& no.in l. ſi vnus. §.ſed ge-
neraliter.de pac. & l. eum qui certarum. de verb.oblig.

---

1 *Qui eſt in fuga,non cenſetur abeſſe in præiudicium alterius,& quod iuris eſt de principali,eſt etiam de acceſſorio.*
2 *Appellatione eorum quæ ſunt,vel erunt in loco,continentur etiam illa quæ non ſunt,ſi tamen eſſe conſueuerunt, & alibi caſualiter ſunt, non vt ibi perpetuò ſint,ſed ad tempus.*
3 *Partus fingitur ibi editus,vbi mater fingitur eſſe,licèt caſualiter mater ſit alibi.*
*Si propter guerram animalia vnius parochiæ fugient ad aliam,& ibi pariunt,ꝙ decima illorum ſit ſoluenda parochiæ unde fugerunt.*
*Ratione originis an dicatur quis ciuis.*
4 *Vbicunque quis naſcitur quomodocūque dicatur ſortiri forum ratione originis,non tamen gaudet priuilegijs niſi ſubeat onera,& ſic faciat ſe deſcribi ad munera.*

1 **§.Legatum eſt.** † Qui eſt in fuga, nō cenſet̄ abeſ-
ſe in præiudiciū alterius, & quod
2 iuris eſt de principali,eſt etiam de acceſſorio.h.d. ¶ † No.ꝙ ap-
pellatione eorum quæ ſunt, vel erunt in loco, cōtinentur etiā
a illa quæ non ſunt.ſi tamē eſſe cōſueuerunt. [a] & alibi caſualiter
ſunt nō vt ibi perpetuò ſint,ſed ad tēpus.facit l. quæſitum. §.fi.
de leg.3.& l.ſi ita.& de fun.inſtru.l. cum delanionis.§. Sabinus.
facit l. Labeo. de ſtatu liber. & vidi ſemel Florantiæ de facto.
¶Teſtator exiſtens in villa fecit teſtamentum, & vxori legauit
omnes maſſaritias quæ erant in domo, quæ erat Florentiæ. de
illis maſſaritijs aliquas portauerat in villam quouſque ibi ſta-
ret,eas reportaturus Florentiæ, quia communiter cōſueuerūt
ſtare Florētiæ, quærebatur an deberētur vxoriꝰ & iſti tex.forti-
ter faciunt ꝙ ſic. in cōtrarium vr̄ mens defuncti, qui reſtrinxit
ad illas quæ erant in domo Florentiæ, & ſi ſenſiſſet de iſtis, ex-
preſſiſſet. iſtam partem puto verā ſi locutus eſt per verba præ-
ſentis temporis, & ſciebat ibi nō eſſe,vt erat in propoſito. ſi ve-
rò præteriti.vt quæ erūt tempore mortis,vel præſentis,& igno-
rabat alibi eſſe.tunc ne fraudetur eius intētio ex caſu poſt teſta-
mentum cōtingente,vel ex ignorātia, quia credebat ibi eſſe tē-
pore mortis, vel teſtamēti, & nō erant, tunc locum habent le-
ges cōtrariæ, & tene menti, quia vidi dubitari, & ex vna parte
vrgebāt tex. & ex alia intētio teſtatoris, & abſurditas quæ vide-
3 batur ſequi.¶†Item no.ꝙ ibi fingitur partus editus,vbi fingitur
eſſe mater,licèt non ſit, & hoc no. quia ſunt ſtatuta & hic Bo-
noniæ, ꝙ nullus Doctor poſſit eſſe de collegio medicorum vt
hic,vel iuriſtarum, vt Bononiæ niſi ſit originarius ciuis. quid ſi
b mater caſualiter [b] adeſt, & ibi paritꝰ certè fingitur natus in ci-
uitate vbi mater fingitur eſſe.l.nihil.de captiuis.ex quo vr̄,ꝙ nō
ſit ciuis originarius loci vbi naſcetur,ex quo mater non erat ibi
vt eſſet perpetuò, ſed ad tempus. & iſtud vidi de facto in filiis
quorūdam Doctorum huius ciuitatis natis alibi vbi pr̄ erat cō-
ductus ad legendum,vel ad aliud miniſterium, non propterea
minus dicebantur orginarii Paduani. vide Barto. in l. filios. C.
de muni.& origi.lib.x. Et inducit Dy. ꝙ ſi propter guerram ani-
malia vnius parochiæ fugiant ad aliam,& ibi pariūt, ꝙ decima
illorum ſit ſoluenda parochiæ vnde fugerūt. & idem in gabel-
la. Quidam dicunt ꝙ nati de loco vbi pater vel mater non erat
manſura, nihilominus ibi dicūtur ſortiri originem, quia non
fraudatur l. quæ dicit ꝙ ratione originis quis dicatur ciuis.l.aſ-
ſumptio. ad municipa. quia non tendit in præiudiciū alicuius,
ſed hic nō dicitur natus in loco fugæ, quia fraudaretur intētio
teſtatoris, qui credebat ꝙ naſceretur in loco vnde fugit, & hoc
4 ſatis placet. †& communiter dicitur, ꝙ vbicunque quis naſcit̄
qūocunque dicatur ſortiri forū ratione originis, non tñ gaudet
priuilegiis,niſi ſubeat onera,& ſic faciat ſe deſcribi ad munera,
& nō expedit ꝙ impetret ciuilitatē. ſecus ſi non eſſet ibi natus.

ADDITIONES.

a ¶Conſueuerunt. Adde vt per Ant. de Butr. conſi. 66.
b ¶Caſualiter. Facit quod voluit Ludo. Ro. conſi. 263. ꝙ ille qui iurauit cōtinue ſtetiſſe in ciuitate Lucana, non eſt periurus, licèt probetur ꝙ aliquo tempore fuerit abſens propter peſtem.

---

1 **§.Si Titio Stichus.** † Si ex duabus rebus alterna-
tiuè legatis altera donet̄ lega-
tario per teſtatorem,remanet legatum in alia. h.d. & ſic dando
vnam nō videtur eligere, quoniam ad eum nō ſpectat electio,
ſed ad hæredem,vel legatarium, aliàs non remaneret legatum
in altera,ſed fingeretur non eſſe legata.ſ.ea.l.§. Stichum.Opp.
de l.Lucius.j.tit.j.Sol.ibi in legato ſimplici. in quo ſi teſtator rē
legatam tradat legatario, non poteſt legatarius poſt mortem
aliam petere,hic in alternatiuo. Erat autem hic dubitatio,quia
ſi hæres ad quem pertineret electio alterum traderet, liberare-
tur ab alio,ſed aliud in traditione facta per hæredem, per ratio-
nem quam ſ.dixi.

---

1 *Coniunctio verbalis non inducit ius accreſcēdi in rebus prorſus diuerſis.*
2 *Si teſtator legauit vnam rem, quia fundum,factis portionibus pro diuiſo, tot cenſentur fundi,quot partes fecit.*

1 **§.Quibus ita legatum.** † Cōiunctio verbalis
non inducit ius accre
ſcendi in rebus prorſus diuerſis.h.d. Bart. qui dicit ſe pluries vi
diſſe ꝙ teſtator legat centum cuilibet de filiab.ſuis, vel eas inſti-
tuit in centum, pro qualibet, licèt enim ſint coniunctæ verbis,
quia tñ quantitates diuerſæ ſunt ſingulis relictę, nō eſt locus iu-
ri accreſ. inter eas per iſtum text. vbi dicit eſſe caſum, & in l.re
coniuncti.j. tit. 2. in quæſtione illa. an inter cōiunctos verbis tā
2 tum ſit locus iuri accreſcen. Idē†ſi legaſſet vnam rem, puta fun-
dum, factis portionibus pro diuiſo, vt Titio & Seio talem, vide-
licet à tali loco vſque ad talem Titio, & ab illo vſque ad talem
Seio, nam tot cenſentur fundi quot partes fecit.l.planè. §.fi.ſ.e.
& hunc dicit eſſe caſum in l.j.de vſufr.accre. Ad hoc ergo vt cō-
iunctio verbalis proſit, nō debet eſſe omnimoda diſiunctio rei,
vt lego Titio & Seio æquis portionibus.nam quia pro indiuiſo
fiunt partes, quarū nulla pōt ad oculū demonſtrari, non debet
dici oīmoda diſiunctio,& hēt locū ius accreſcēdi.l.re ꝯiuncti.de
leg.3.¶In tex.ibi. [eos non ꝯcurſuros.] & ſic ibi nō eſt locus iu-
ri accreſc.& pp hoc factus fuit iſte §.aliàs nulla eſſet vtilitas.

---

1 *Quando plures agunt eodem libello ad eandem rem, debent in actione concordare, aliàs repellerentur. Sed ſi agerent diuerſis libellis, poſſent diuerſis actionibus agere, etiam orientibus ex diuerſis cauſis.*
2 *Plures poſſunt agere eodem libello, ſi ex eadem cauſa.*
*Quòd tunc debeant in actis concordare, & vnam actionem intentare.*
3 *Quando plures diſcordant, iudex debet concordare, & quando repellat.*
4 *Quando dubium eſt de facto, ſorte nunquam dirimitur.*
*Si vnus legatarius conſecutus eſt æſtimationem partis rei legatæ, ita facit partem cum legatario, ſicut ſi eſſet rem conſecutus.*

1 **§.Si is cui legatum.** †Quando plures agunt eo-
dem libello ad eandē rem,
debent in actione cōcordare,aliàs repelluntur. Sed ſi agerēt di-
uerſis libellis,poſſent diuerſis actionib.agere, etiam orientibus
2 ex diuerſis cauſis.h.d.cum l.ſeq. & tene menti. ¶†Not.ꝙ plures
a poſſunt agere eodem libello [a] quod eſt verum ſi ex eadem cau-
ſa,aliàs requirerentur plures libelli, vt dixi in l. ſi quis cum pro-
curatorio.de procu.& no.per Bart.in l. ſupra inter. §. Caſſius.de
aqua plu. arcen. Item quando agunt eodem libello, debent in
actione concordare,& vnam actionem intentare, & ratio,quia
cum ſit vnus libellus,vna debet eſſe inſtantia, & vna actio,quia
ſi eſſent plures,etiam eſſent plures inſtantiæ, & ſic requirerent̄
plures libelli,iſtam rationem ponit Bal.quæ eſt optima, ſed qñ
diuerſæ ſunt actiones & libelli,diuerſæ ſunt inſtantiæ,nimirum
ſi plures actiones poſſunt intentari, vt j. proxi. l. & licèt loquat̄
in pluribus hæredibus legatarij, idem eſſet in pluribus legata-
3 riis quibus eadem res eſt legata.¶†No.etiam quando plures di
ſcordant,iudex compellitur concordare,ſed ꝯ, ꝙ imò nō con-
cordat,ſed repellat.l. quoties. de vſufr. glo. nō ſoluit. Bar. dicit
ꝙ hic diſcordabant ad incōmodum alterius.ſ.hr̄dis,ibi ad incō-
modū proprium,ideo ſi aliter petit ꝙ ſorte dirimatur,debet di-
rimi.l.fi. C.cōmunia de leg.ſi neuter petit,ſe impediunt, & Iu-
dex non compellitur concordare, ſed repellit. Certè hic erat
modicum præiudicium hæredis, ideo hic Iudex cōpellitur de-
negando audientiam, ſicut in l. contraria repellendo, niſi con-
cordent.ſ.eo.l.cum pater.& faciendo dirimi ſorte. l. ſed eū am-
4 bo. de iudi. ¶†No. tñ ꝙ nunquàm dirimitur ſorte quando eſt
dubium de facto.vt no.glo. in l. vni. C. vti poſſi. ¶Vltimò not.
in l. ſeq. ꝙ ſi vnus ex legatariis conſecutus eſt æſtimationē par-
tis rei legatæ, ita facit partem legatario,ſicut ſi eſſet rem conſe-
cutus, quia ęſtimatio loco vnius ſuccedit, & ſic non obſt. iura
quę dicunt ꝙ faciunt ſibi partes per concurſum, & hic non vi-
detur concurrere qui recipit æſtimationem partis, vt hic patet,
vnde dicit Bal.ſi filia repudiat bona paterna,quia dicit ſe contē
tam dote, facit partem fratribus in legitima, quia non eſt ſim-
plex repudiatio,cum loco ſuæ patris habeat dotem.

ADDITIO.

a ¶Eodem libello. Adde latè Ludo. Ro. conſi. 245.

---

1 *Res mea alteri obligata poteſt mihi legari, & importat, vt hæres teneatur luere.*
2 *Quando res mea alteri obligata mihi legatur, & hæres eam luit, an poſſit repetere quod ſoluit actione negotiorum geſtorum? quod non.*
3 *Quòd ſecus ſit in eo qui tenetur pro me ex contractu fideiubere.*

Valet

3 *Valet legatum rei meæ quando poteſt me auocari iure dominij.*
4 *Quid ſi erat obligata iure pignoris, vel alius in ea habebat vſumfructum.*

LEX LXXXVIII.

1 SI tibi homo. ¶ † Res mea alteri obligata pōt mihi legari, & importat, vt hęres teneat̃ luere. h.d. & non eſt alibi ſm Dy. Sed
2 † an hæres poſſit repetere quod ſoluit act. neg. geſt. Dic ꝙ non, ſicut q̄n eſſet grauatus pro me fideiubere. l. trib. de vſufr. ea. re. quæ vſu. con. Secus in eo qui tenet̃ pro me ex ꝯtu fideiubere, quod dic vt no. Bal. C. de ver. ſig. l. Sancimus. & Cyn.
3 in l. vnica. §. ne autem. de cad. tol. † Adde alium caſum in quo valet legatum rei meæ. ſ. q̄n pōt à me auocari iure dn̄ij. l. nō quocunque. §. ſi ex bonis. ſ. eo. ¶ In tex. ibi. [vt pignus luatur.] non ergo agitur ad rem, ſed ad factum, quia illud importat legatū. ſit ergo cautus legatarius in modo agendi. ¶ In gl. ibi. [aliud eſſet,] quia non teneretur hæres aliquid ſoluere, nec debitum ꝑſonale remittere, ſed tradere rem liberam. vt in l. ꝯria. multum enim operatur legatum, ſecus in redditione inſtrumenti, quæ nihil operaretur niſi debitum videat̃ remiſſum. l. ſeruum filij. §. eum qui. ſ. eo. Dicit tn̄ Bar. ꝙ ſi eſſet obligata teſtatori pro tāta quantitate quantam valebat, legatum importaret etiam remiſſionem. per l. qui habebat. j. de leg. 3. Ang. ꝯ, quia eſt eadem ratio, ꝙ multum operatur reſtitutio rei abſque eo quod debitum remittatur. & l. ꝯria nihil facit, quia non legantur debitori, ſed alteri omnia quæ habebat ĩ tali loco, vnde fateor ꝙ venit illa res obligata pro tanta quantitate quantam valebat, quaſi cenſeatur eſſe teſtatoris, nec vr̄ legata ſola liberatio, quia non prodeſſet legatario, cuius res non erat, ſecus ſi legatur debitori, & hoc placet, niſi teſtator feciſſet ſibi adiudicari pro debito, quia debitum eſſet extinctū, & res eſſet ſua. l. eleganter. in prin. de pign. act. & ſic videretur legaſſe dn̄ium, tn̄ idem ſi eſſet obligata pro minori quantitate. Item Bar. limitat primum dictum glo. q̄n teſtator ſciebat ſibi obligatam, & non eſſe ſuam. aliàs ꝑpter errorem nō valeret legatum factum dn̄o de illa re, nec importaret liberationem. l. cum alienam. C. de leg. Tu dic ꝯ, quia ſi voluit legare dn̄ium, quod eſt plus, ergo liberationem quæ eſt minus, nec ob. l. cum alienam, quia præter intentionem teſtatoris hæres grauaretur redimere ab alio, ſed hic non ab alio, ſed a ſe, quod eſt ſibi facile. in caſu autem huius l. procederet ſuum dictum. nam ſi mihi legaret rem meam alteri obligatā, quam putabat ſuam, non valeret legatum, quia hæres grauaretur ab alio luere. quod eſt graue, ſicut redimere, & (quod plus eſt) ſi ſciebat eſſe meam, ſed ignorabat obligatam, idem erit, qa hoc teſtator non ſenſit, & ſic legatum erit nugatorium. Item quid ſi teſtator legat rem ſuam alteri obligatam? dic vt ſup. eo. l. ſi res obligata. Item quid ſi legauit rem Titij obligatam Seio, an teneatur redimere a Titio. & liberare a Seio, & ſic duplici onere? Bart. innuit quòd ſic, ſi ſciebat eſſe Titij, quia tenetur facere meam. l. huiuſmodi. §. qui ſeruum. in ſi. ſ. e. & taliter quod non poſſit euelli. l. ſi rem meam. de euic. & tenet̃ de euictione. l. ſi domus. §. de euictione. ſ. eo. Alii ꝙ eſt verum, ſi etiā hoc ſciebat ꝙ erat obligata, alias ſecus. Mihi videtur ꝙ etiam tunc nō ſit verum, quia non eſt veriſimile ꝙ voluerit hæredem dupliciter grauare. j. tit. j. l. Titia. §. qui in vita. ſed ſolum ꝙ redimat, vn̄ ſi valebat decem, & erat obligata pro quinque, ſatis eſt ꝙ offerat decem domino, & ipſe liberet eā: ſed ſi dominus nō vult hoc facere, ſed vult decem, & ꝙ emptor ſibi liberet, non tenetur hoc facere, tanquàm in modico pretio voluerit vendere. l. non dubium. in fi. j. tit. 2. liberabitur ergo ſoluendo legatario iuſtum pretium, vt ibi. & ſup. e. l. ſi domus. §. qui confitetur. & iſta
4 eſt veritas. ¶ † In glo. ſeq. ibi, [ſed arg. ꝯ.] ꝙ non valeat legatum rei meę, licèt alius habeat ius reale in re mea. Sed rn̄de, aut erat tale ius propter quod tota vel eius pars poterat a me auocari, quia erat obligata iure pigno. vel alius in eą habebat vſumfru. & ſic poterat vſuſfr. auocari per confeſſionem, & tunc valet ut liberetur a pignore, vel a tali ſeruitute perſonali, vt hic, & in l. quam glo. allegat. aut erat tale per quod res, vel eius perſona non poteſt auocari licèt poſſet incommodari, vt quia alius habebat ſeruitutem prædialem, pro qua competit confeſſoria, nec tamen res, vel eius pars auocatur, & tunc valet legatum rei meæ, ita loquitur illa l. Mæuius. §. pe qui incipit, fundo. infra titulo primo cum ibi no. in glo.

2 *Ille hæres ſpecialiter grauatus, vt hic, tenetur inſolidum. & nu. 1.*
3 *Quòd etiam alij generaliter grauati teneantur, & quòd ſoluente ſpecialiter grauato, alij liberentur, & nu. 4.*
4 *Si genus & ſpecies cadat inter perſonas grauatas, & præcedit ſpecies, & ſequitur genus, alter alteri non derogat, niſi genus poſſit ad ſpeciem reſtringi.*
5 *Papa ſi pro debito eccleſiæ grauat primo clerum totius ciuitatis, vt illud ſoluat, deinde grauat totum clerum prouinciæ, in poteſtate eccleſiæ eſt exigere totum a clero ciuitatis, vel a clero totius prouinciæ, & tunc pro rata computabitur clerus ciuitatis.*

1 §. Si teſtamento, † Si vnus ex hæredib. ſpecialiter grauatur in vna re non hæreditaria, & alij hæredes ſimul vniuerſaliter grauantur in eadem re danda eidem, primo ſoluente æſtimationē illius rei, omnes alij liberantur ipſo iure. h. d. Et Bar. reputat §. iſtum difficilem, & dicas ꝙ iſti cenſentur duo rei debendi. ſ. ille ſpecialiter grauatus, qui hr̄ pro vno, & tenetur inſolidum, & alij omnes qui loco alterius habentur, & tenentur inſolidum omnes, ſed inter ſe pro hæreditarijs partibus. Eſt ergo perinde ac ſi legaſſet alternatiuè ab vno, vel ab omnibus, quia cenſeretur multiplicare obligationem, non exac. ideo vno ſoluente totum, alij liberantur, ſicut ſi legaſſet a Titio hærede, vel a Seio etiam hærede. ſup. eo. l. ſi ex toto. §. j. & in hoc conſiſtit ſubſtantia, & conſideratio ſecūdum verum intellectum, & idem caſus ponitur in l. Mæuius. §. eum qui. infra tit. j. licèt in determinatione videantur diſcordare, quia iſte tex. vult, ꝙ oēs alij liberētur ipſo iure per ſolutionem vnius ſpecialiter grauati, & ille vr̄ velle ꝯrium, ꝙ ille tantum, & ab aliis poſſit peti, & de hoc opponit gloſ. & non ſoluit, dic vt infra dicam, quia bene punctuando concordat, non diſcordat. ¶ In tex. ibi, [non poteſt] videbatur ꝯrium, nam ſi in teſtamētis diuerſorum idem Stichus eſſet eidem legatus ex quolibet, deberetur mero iure, & ſi eſſet conſecutus ęſtimationem ex teſtamento vnius, non prohiberetur agere ad rem ex teſtō alterius. ſup. eo. l. planè. §. ſi duob. Idem vr̄ q̄n ex teſtō vnius & a diuerſis hæredibus ſuccedentibus in diuerſis partibus. ſupr. eo. l. quid ergo. §. j. & fortius ſi ab vno in teſtamēto, ab alio vel alijs in codicillis, vt hic. Sed aliud in teſtamento vnius, qui non cenſetur duplicare legatum ſpeciei, licèt ipſam relinquat eidem a diuerſis hæredibus quantum ad ſolutionem, ſed ꝙ ſemel tantum habeat, niſi dicat expreſſè, ita loquitur l ꝯria, licèt videat̃ duplicare obligationem vt quilibet teneatur inſolidum, vt in teſtamento vnius, licèt a diuerſis hæredibus, quia cum ſemel debeatur hic, ſed q̄n ſunt diuerſi, quilibet voluit quòd debeat̃, & ſoluatur inſolidum, & tunc habet locum regula de duabus cauſis lucratiuis, non autem q̄n non refertur a quo incipiat, nam ſi eſſent teſtatores diuerſi, ſi tn̄ haberentur pro vno, idem eſſet, & tn̄ a diuerſis perſonis eſt res relicta. ſ. eo. l. huiuſmodi. §.
2 j. ¶ † Ex iſto §. collige tria vel quatuor. Primo, ꝙ hæres ille ſpecialiter grauatus tenetur inſolidum, ſi enim teneretur pro parte ſoluendo totam æſtimationem non liberaſſet cohrdes, quia quatenus ſoluiſſet pro illis, indebitum ſoluiſſet, & poſſet repetere, & eadem ſolutio non pareret liberationem, & repetitionem. l. cum is. §. j. de condi. inde. Bar. in l. Mæuius. §. eum qui. j. tit. j. & in ſummario, & diſtinc. quam ponit in fi. vr̄ ꝯrium ſentire propter ſecundam lect. quæ ibi ponitur in glo. ꝙ licèt ille teneretur inſolidum, ſi alii non fuiſſent grauati, ex quo tn̄ alij omnes fuerunt grauati, cenſetur receſſum a ſpeciali grauamine, & omnes tenētur pro hæreditarijs partibus, & ſic vult, quòd ꝑ genus videatur receſſum a ſpecie præcedente q̄n cadunt inter perſonas grauatas, ſicut econuerſo. l. Titia. §. pe. infra tit. j. quod eſt falſum per iſtum tex. & rationem quam dixi. & tex. ille non ꝓbat nec illa lec. eſt vera, ſed dic vt ſtatim dicā circa illū. §. ¶ Sed opp. ꝙ non teneatur inſolidum. ſ. eo. l. ſi fundum ſub conditione. §. ſi libertus. Sol. ibi q̄n grauabatur vnus in re hæreditaria, in qua habet partem. vnde in illa vr̄ grauatus, hic debet intelligi, ꝙ iſte ſeruus erat hæredis, vel alterius, & teſtator ſciebat, nō autem hæreditarius, vnde ceſſat ratio de qua ſupra, quia non habet partem, ſed totum, vel nihil, vnde in totū vr̄ grauatus, iſta ſolutio vr̄ ꝯ tex. in verbo, [vendicari.] nam ſi non eſſet hæreditaria non eſt dubium ꝙ non poſſet vendicare, etiam ſi alij non eſſent liberati, ſed poſſet ſolum agere perſonali, & text. vult ꝙ non poſſint vendicare, quia ſunt ipſo iure liberati, per rationē quæ ponitur in fi. Sol. expone. j. petere, & ſic impropriè, & iſtā opin. omnes communiter tenetur, & Guil. de Cu. in l. Lauus. ſupra de pac. Quidam dicunt ꝙ etiā ſi erat hæreditaria, tenet̃ inſolidum, quia ſibi vr̄ prælegata cū aliter tradere nō poſſit. ar. eius quod no. in l. alio. de ali. leg. Sed gloſſ. j. in l. Mæuius. §. eum qui, hoc reprobat, ꝙ videatur prælegata. Alij tenent idem, ꝙ etiam ſi ſit hæreditaria, teneatur inſolidum, & videatur grauatus redimere partē cohæredum per l. cum quaſi. §. ſi plures. de fideic. liber. Nec obſt. §. ſi libertus. quia fatent̃ ꝙ legatarius non pōt vendicare niſi partem grauati, ſed pōt agere ad totā acti. perſonali, vt redimat partem cohæredū, & hanc opi. quæ fuit Iac. de Are. vr̄ Cy. tenere. C. de cad. tol. l. j. §. ſed vt manifeſtetur, in fi. & ſm iſtā opi. poſſet hoc intelligi in ſeruo hæreditario, & verbū, vendicare, ſtaret propriè, ſed cōiter tenetur ꝯrium. & §. ſi plures. non ob. quia eſt ibi ſpeciale fauore libertatis. Et ſi intelligimus in ſeruo hæreditario, oportet intelligere quod expreſſe dixit, quòd ille teneretur inſolidum, ſed non dixit ꝙ pluries præſtetur, & ſtabit propriè, ſed continebit diuinationem. ¶ Sed opponitur fortiter, quòd non procedat ēt in non hæreditaria, quia non propterea tenebitur inſolidū. infra ea. l. §. ſi fundus. Sol. ibi fundus vnius hęredis fuit dūtaxat relictus ab omnib. hęredib. hic ab illo ſpecialiter, deinde ab omnib. & virtute primi ſpecialis tenet̃ inſolidum, ſed virtute ſecūdi generalis, in quo etiā cōprehenditur, vt j. dicā. tenetur ille pro hęreditaria portione, ſicut alij.
3 † Collige ſecundo ex tex. ꝙ ēt alij generaliter grauati tenentur, quod patet, quia liberantur per ſolutionem illius, & ſi ille non ſoluiſſet, poſſent conueniri, ſed contra, quòd tantum ſpecialiter

ter

ter grauatus teneatur.ſ.tit.j.l.Titia.§.Lucius.Solu.ibi,præceſſit generale grauamen,& ſecutum fuit ſpeciale de vno,& tunc generi derogatur, hic econuerſo.Sed cõtra, qa non refert ꝙ præcedat.vel ſequatur.vt l.vxorem.§.feliciſſimi.ſ.titu. 2. Solu.ibi.qñ genus,& ſpecies cadunt inter res legatas, hic qñ inter perſonas grauatas,quod eſt ſingulare.Sed cõtra, ꝙ etiam ſi præcedat ſpecies, genus ſequẽs reſtringatur ad illã,& generi per ſpeciem derogetur.l.legatorum.§.qui plures.ſ.tit.j.So. ibi poterat commodè reſtringi ſalua ratione recti ſermonis, quia grauauerat duos ſpecialiter,deinde grauauit hr̃des ſine ſigno vl̃i, vnde poteſt intelligi de illis duobus, hic non põt reſtringi,tum qa grauauit vnũ, & ſequens pluralitas non põt ad vnum reſtringi. l.fin.ad Treb.& poſito ꝙ grauaſſet plures, poſtea grauauit oẽs cum ſigno vl̃i,& qui omne dicit,&c.l.Iulianus. de leg. 2.ſed an inter oẽs cõprehendet̃ etiam ſpecialiter grauatus? vr̃ quòd nõ, quia generalis clauſula non refertur ad ſpecificata.l. doli clauſula.de verb.obl.contrariũ dic per l.ab oĩbus.§.ſi à Titio.ſ.eod. & contrariũ loquitur in rebus,non in perſonis grauatis, & vir-
4 tute illius ad hæc tenebitur ꝓ hæreditarijs partibus. †Et ex his ſequitur, ꝙ ſi genus & ſpecies cadant inter perſonas grauatas,ſi præcedit ſpecies,& ſequitur genus, alter alteri nõ derogat, niſi genus poſſit ad ſpeciem reſtringi.vt ſ. dixi, licèt ſecus ſi genus
5 præcederet, hoc inducit Bal. ſi Papa † pro debito eccleſiæ primo grauat clerum totius ciuitatis vt illud ſoluat, deinde grauat totum clerum prouinciæ, in ptãte eccleſiæ eſt exigere totum à clero ciuitatis,vel à clero totius prouinciæ, & tunc prorata computabitur clerus ciuitatis. ¶ Vltimò no. ꝙ ſoluente ſpecialiter grauato alij liberantur, contra hoc primo opponit̃ de l.quid ergo.§.j.ſ.eo.Sol.reiecta ſol.gl.dic vt ſ. dixi,ꝙ ibi teſtator expreſsè dixit, ꝙ quilibet præſtaret inſolidum, aliàs multiplicatur obligatio,nõ præſtatio, & hoc ſi legatur ſpecies, ſi aũt quantitas ẽt præſtatio l.ſi pluribus. §.j.ſ.tit.j. ¶Vltimo opponit̃ de l.Meuius.§.eum qui.ſ.tit.j. vbi innuit quòd ab alijs poſſet peti,quia vult ꝙ non ab illo qui ſoluit, ſed ab alijs ſic, gl. remittit ad ibi no.& ibi ſunt diuerſi intellectus. Tu dic ꝙ cõcor. ſi bene punctuabis,nam verbum ab omnib.determinat verbum relinquere,non verbum quærere,& eſt ſenſus quòd eadem res quæ fuit in teſtõ ab vno relicta, in codicil. fuit ab omnibus relicta, ideo ſi recipit æſtimationẽ ab illo, non põt vendicare ab alijs, quia teſtator vr̃ pluries locutus,vt ibi dicitur,& Doctores intelligunt quòd determinet verbum quærere, & vult dicere quòd non poteſt ab omnibus quærere,ſed à quibuſdam non, ſed eſt truffa.& Iuriſconſultus fuiſſet improprièlocutus, dum dicit ab omnibus, ſed debuit dicere non ab omnibus, quia negatiua præpoſita ſigno vniuerſali facit æquipollere contradictorio, vt no.in l.legitimos.de legi.tut §.an ergo.ſed quidam volentes cõcordare fatentur.& exponunt non ab omnib.i.à nullo. Cætera dic vt ibi dicam,& vide Bar.in l.quæſitũ.§.fi.de fun. inſtru. quãdo genus, & ſpecies cadunt inter perſonas grauatas, & inducit ad qõnem de facto,ſed plenius loquitur in §.eum qui. ſed non melius in his in quibus dixi ſupra malè loqui.

2 *Quæſita per ſeruum legatum viuo teſtatore, ad legatarium non pertinẽt. & vide nume.1,*

3 *Qui legauit ſortem debitam, videtur legare vſuras quæ cucurrerunt viuo teſtatore.*

1 **§.Cum ſeruus.** †Quæſita per ſeruum legatũ poſt aditam hæreditatẽ, & anteq̃ legatum acceptetur vel repudiet̃,ſecuta acceptatione pertinẽt ad legatarium, ſed ſecuta repudiatione pertinent ad hæredem ſicut ſeruus.h.d.¶In tex.ibi.[ſtatus.]i.dominũ, quia ſeruus non habet ſtatum. ¶ In tex. ibi, [attingunt].ſ. poſt aditam hæreditatẽ, nam quæſita ante hæreditatem aditã non ſunt in ſuſpenſo,imo acquiruntur hæreditati iacenti,& per hære.ſ. eo. l. ſi poſt mortẽ.ſed hæres tenebitur reſtituere legatario acceptanti, vt no.gl. in l.ꝙ ſeruus.ſ.tit.j.& Bar.no.in l.ſeruo legato.ſ. eo. tit.j. in prin. Per contra ibi dixit.& in l.fi. C. de vſufr. lega. & hæc vera, quia tunc non põt legatarius habere,niſi fictũ dñium, quod nõ eſt ſufficiens ad acquirendũ ſibi,vt no.glo.in l.vnica. §. in nouiſſi-
2 mo.C.de cad.toll. ¶†In tex.ibi, [in ſuſpenſo].ſ. inſpecto quod euenire poteſt,quia põt legatarius repudiare, ſed inſpecto præſenti ſtato & veritate non ſunt in ſuſpenſo,cum adita hæreditate dñium ſerui ſit legatarij, licèt irreuocabiliter. eodem modo quæſita per eũ eadem rõne, ſed ſecuta repudiatione cenſentur non quæſita,& hac rõne dicunt̃ in ſuſpẽſo. vide gl. in l.cum pr̃. in fi.de neg.geſt.ante hæreditatem aditã nec verè, nec fictè ſunt quæſita legatario,quia nõ habet efficaciã, niſi cõfirmet̃ aditione,ſed ea ſecuta qa trahitur retro ad tẽpus mortis,& tũc fingit̃ facta.l.heres qñq;.de acq. hær. in cõſequẽtiã huius fictionis fingitur retro quæſita, ita intelligitur glo. dum dicit verè ab adita hæreditate, & fictè à morte teſtatoris, ſed quæſita viuo teſtõre ad legatarium nõ pertinent.l.quæſitũ,§.pe.ſ. eo. niſi eſſent relicta cũ ſuis cõmodis &c.ſ.tit.j.l.Lucius.la j.& ibi no.& niſi in cõmodo vſurarum debitarum occaſione ſortis debitæ, & legatæ, l. nomen debitoris. in princ. de lega. 3. vbi eſt text. ſingularis.
3 quando†qui legat ſortẽ debitã, videtur legare vſuras, quæ cucurrerunt viuo teſtatore,& exactæ, quod tene mẽti: quia ibi eſt caſus, ꝙ ſi quis legat pecunias quas habet ſuper impræſtis de Venetiis, vel montis de Florentia, vr̃ legare etiã pagas quæ cucurrerunt viuo teſtatore,licèt non fecerit mentionẽ,niſi de ſor-
a te,caſus eſt ibi,& ita conſului.[a] ¶In tex.ibi. [intelligitur].i. videtur & fingitur.nam hoc verbum fictionem notat,& ſic gl. videtur malè dicere, ꝙ ab adita hæreditate acquiritur dominium, ſed dic quòd ab adita hæreditate verè acquiritur, quia fit ex legis diſpoſitione, tamen reuocabiliter, ſed ſecuta acceptatione fit irreuocabilis, & fingitur retro fuiſſe irreuocabilis, hæc vera qñ res legata fuerat teſtatoris, aliàs fructus eius non veniunt, nec pertinent ad legatarium, niſi à tempore moræ hæredis. l. quæſitum.in fi.ſ.eo.& de vſuris.l.equis.Item eſt verum quando hæres ſciebat rem legatam, & ſic eſt malæfidei poſſeſſor, ſed ſi ignorabat,fructus percepti poſt aditam hæreditatem, ex acceptatione legati efficiuntur hæredis, ſicut cuiuslibet poſſeſſoris bonæfid. ſed ſi extant, tenetur reſtituere, vel ſi conſumpti ſunt, quatenus eſt effectus locupletior,reliquos lucratur propter bonam fidem.vt hic probatur.in l.quæſitum.de acquir.rer. do. & no.in l.Herennius. ſupra de vſuris.

ADDITIO.

a ¶Conſului. Adde eundem conſ.349.

1 *Si ab omnibus hæredibus legatur res quæ ſit vnius eorum, non tenetur ille ſolus,ſed omnes pro hæreditarijs portionibus.*

2 *In actione bonæfidei licèt quilibet hæredum teneatur pro hæreditarijs partibus,ſi tamen vnus poteſt in totum ſoluere,poteſt ille conueniri inſolidum non ꝙ creditor cogatur.*

3 *Perſonalis actio,quando iungitur cum vendicatione, trahit hãc naturam ab ea,vt contra vnum hæredum detur inſolidum.*

4 *Si res legata erat teſtatoris,quia tunc trãſit dominium, ſi vnus hæredum eam poſſideret fortè ex diuiſione,poſſet ille inſolidum conueniri non ſolum rei vendi.ſed etiam actione perſonali ex teſtamento.*

1 **§.Si fundus.** †Si ab omnibus hæredibus legatur res quę ſit vnius eorum,non tenetur ille ſolus,ſed omnes pro hæreditariis portionibus. h.d.¶Oppo.ꝙ ille ſolus teneatur.ſ. ea. l. §.j. Solutio, ibi ſpecialiter fuit grauatus, hic generaliter omnes,vt ibi dixi, ſed contra, quòd ẽt hoc caſu ille ſolus poſſit conueniri inſolidum qui habet facultatem rei
2 tradendæ.l.3.§ hæres.commo. † Solut. illud in actione bonæfi. propter largam naturam, quòd licèt quilibet hæredum teneatur pro hæreditariis partibus, ſi tñ vnus poteſt in totum ſoluere,põt ille conueniri inſolidum. non quòd creditor cogatur,qa poteſt omnes cõuenire, etiam illum inſolidum, ſed actio ex teſtamento eſt ſtricti iuris, niſi quantum ad acceſſiones.l. in minorum. C.in quib.cau.in integ.reſti.non eſt ne. & quantum ad id quod hr̃ ſ.eo.l. huiuſmodi. §. ædes. Sed ↄ̃ adhuc, ꝙ idem ſit ſtricti iuris.l.in conditione.de condi.fur.& l.ſi plures. de vi & vi ar.Solutio,fateor qñ cum perſonali ſtricti iuris concurrit etiam rei vendicatio.quia licèt vendicatio ſit ſtricti iuris, datur tñ contra vnum hr̃dum,qui habet facultatem rei reſtituendæ ante lit. conteſt.cum defuncto,licèt poſtea quid iuris ſit. dic,vt l.2.§.fi.
3 de præto.ſtipu. ¶†Perſonalis ergo actio qñ iungitur cum vendicatione, trahit hanc naturam ab ea,vt contra vnũ hr̃dum detur inſolidũ, ſi habet facultatem rei reſtituendæ, vt in ↄ̃rio, ſed hic non concurrebat,quia erat legata res vnius hæredum, quo caſu non tranſit dominium in legatariũ ſine traditione, vt no. in l.Pap.de ſerui.quod etiam probatur in hoc §.ſecũdùm Docto.aliter ille ſolus conueniri poſſet,& hæc fuit doctr.Dyn.in l. qui fundum.§.ſi tu ex parte.ad l.Fal.vbi vide glo.per iſtum tex. de quo per Bar.in l. 4. §. Cato.de verbo. oblig.in primis opp.& indiſtinctè,& per Cy.poſt Pet.C.de hæred.ac.l.pro hęreditariis.
4 †Ex his patet,quòd ſi res legata erat teſtatoris,quia tunc tranſit dominium, ſi vnus hæredum eam poſſideret fortè ex diuiſione, poſſet ille inſolidum conueniri, non ſolum rei vendi. ſed etiam actione perſonali ex teſtamento, per iam dicta.

1 *Qui habet vtile dominiũ, poteſt rem legare habenti directum,& tunc vtile conſolidatur cum directo, & extinguitur, & directum plenius efficitur.*

2 *Dominium vtile ſe habet ad directum ad inſtar ſeruitutis, & alibi ad inſtar vſusfructus.*

1 **§.Valet legatum.** †Qui habet vtile dominium, poteſt rem legare habenti directum,& tunc vtile conſolidatur cum directo, & extinguitur, & directum plenius efficitur.h.d.non enim cõcurrere poſſunt penes eundem in eadem re directum & vtile.l.ſi hæres inſtitutus. in princ.ad Treb.& l.Stichum.§.aditio.de ſolu.adde ſ.eo.l.ſi do-
2 mus.§.fi.†No.& ad hoc allegatur,quòd dominium vtile ſe habet ad directum ad inſtar ſeruitutis,quia per ipſum incommodatur directum,ſicut proprietas per ſeruitutem,alibi dicitur ꝙ ſe habet ad inſtar vſusfr.l.j.§.quòd autem.de ſuperfi.quia ſicut vſufr.habet totam vtilitatem,ita habens vtile dominium,ſicut ergo extincto vſufr.impinguatur proprietas, ita directum extincto vtili,quoniam commoditas ad ipſum reuertitur.

*Suus*

1 *Suus emancipatus ſe abſtinens ab hæreditate, prælegatum in totum conſequitur, niſi teſtator aliud voluerit, vel prælegatum loco hæreditariæ partis poſuerit.*
2 *Non dicitur impugnare teſtamentum qui hæreditatem pro ſua parte repudiat, & quid ſi erat inſtitutus inſolidum.*
3 *Beneficium prætoris quod dat filijs in poteſtate potentiam abſtinedi, redigit eos ad inſtar emancipatorum, & ſicut emancipati ſunt voluntarij, ita filij in poteſtate.*
*Filius in poteſtate trāſmittit, licet ſe nō immiſcuerit, ſed emācipatus nō.*
4 *Propter exiſtentiam ſuitatis confirmantur tabulæ pupillares & tutelę, etiam ſi repudiauit, ſecus ſi eſſet inſtitutus emancipatus niſi adiret.*
*Intentio creditoris agentis contra filium tanquam contra hæredem, non eſt fundata, niſi etiam probet quòd ſe immiſcuerit.*
5 *Si pater inſtituit filios, & omnia bona diuidit inter eos, ne veniant ad rixā aſſignando cuilibet certam partem pro parte ſua, licet iſtæ aſſignationes habeant vim prælegatorū, idem iuris eſt cenſendum de iſtis aſſignationibus quod de portione hæreditatis, magis quā de prælegatis.*
6 *Prælegata an cadant in fideicommiſſo vniuerſali.*

## LEX LXXXIX.

1 FIlio pater. †Suus vel emancipatus ſe abſtinēs
ab hæreditate, prælegatum in to-
tum conſequitur, niſi teſtator aliud voluerit, vel præ-
legatum loco hæreditariæ partis poſuerit. h. d. cū ſeq.
vſque ad l. quæſitum. & cum hac prima iunge l. nam nec emā-
cipatus, quæ continuatur cum illa l. ſeq. ſed ſi nō alias iunge l.
quid ergo. quæ etiam cum ea cōtinuatur, primæ duæ leges po
nunt regulam, & eam probant, aliæ duæ ponūt exceptionē, &
declara hunc articulum vt dixi, & diſtinxi in l. qui filiabus. §. fi.
ſ. eo. & ibi patent ſolutiones ad contraria hic formata in gloſſ.
2 ¶ †No. ꝙ non dicitur impugnare teſtametum qui hæreditatē
pro ſua parte repudiat. hoc eſt verum qn̄ non fuit inſtitutus in
totum, quia tunc non irritantur legata, cum accreſcant cū one
re legatorum, ſecus in eo qui erat inſtitutus īſolidum, quia re-
pudiando irritat ſucceſſionem teſtati, & legata, ideo nō debet
conſequi commodum quod non fuiſſet habiturus ſi non fuiſ-
ſet inſtitutus, hoc probatur de acqui. hęr. l. quæſitum. & l. ita tn̄.
3 §. qui ſuſpectam. ad Treb. ¶ †Item no. ī l. nam nec. ꝙ beneficiū
prætoris quod dat filijs in poteſtate potentiam abſtinendi, redi
git eos ad inſtar emancipatorum, vt ſicut emācipati ſunt volū
tarij, ita filij in poteſtate attento beneficio, licèt attenta l. xij. ta-
bularum ſint neceſſarij, & hoc quantum ad effectū, ſed quan-
tum ad nomen differunt ab emācipatis, quia ipſo iure ſunt hæ
redes, licèt abſtinere poſſint. l. j. §. qui ſunt in poteſtate. ſi quis
4 omiſ. cauſa teſt. ſed emancipati non. † Ex hoc ſequitur quòd fi-
lius in poteſtate tranſmittit, licèt ſe non immiſcuerit, ſed emā
cipatus non. Item propter exiſtentiam ſuitatis confirmanī ta-
bulæ pup. & tutelæ, ēt ſi repudiauit. l. ſi filius qui patri. de vulg.
& pup. non ſic eſſet inſtitutus emancipatus niſi adiret. Ex his q̄
dicit iſta l. ſequitur effectus, ꝙ intentio creditoris agētis ꝯ filiū
tanquàm ꝯ hæredem non eſt fundata, niſi etiam probet quòd
a ſe immiſcuerit. [a] l. j. ſi mi. ab hære. abſti. ſicut non eſſet fundata
contra emancipatum. vt no. in l. ſi cum dotē. §. trāſgrediamur.
5 ſ. ſol. ma. & ſupra de acq. hæred. neceſſarijs. ¶ † In l. quid ergo. in
ver. planè. not. & tene menti. ſm Bar. Si pater inſtituit filios, &
omnia bona ſua diuidit inter eos, ne veniant ad rixam, aſſignā
do cuilibet certam partem pro ſua parte, licèt iſtæ aſſignatio-
nes habeant vim prælegatorum. l. ex facto. la grande. de hæred.
inſti. quoniam in qualibet earum habet partem ſuo iure, & a
ſe ipſo, & partem a cohæredibus iure prælegati, idem iuris eſt
cenſendum de iſtis aſſignationibus quod de portione hæredi-
tatis magis quàm de prælegatis, ideo ſi aliquis repudiat partē
ſuam, non debet habere prælegata, quod eſt notabile, & ſi non
haberemus iſtum tex. eſſet ſatis dubium, & ideo dicit Bar. ꝙ di-
ſtinctio quæ ponitur in l. cum virum. C. de fideicom. an præle-
gata cadant in fideicommiſſo vniuerſali, quia diſtinguitur, an
primo legauit, & poſtea grauauit, & cadet. An econuerſo, &
tunc ſecus, non habet locum in iſtis prælegatis quę ſuccedunt
loco portionis hæreditatis, quia indiſtinctè veniunt, ſiue pręceſ
ſerint, ſiue ſecuta ſint, ſicut ipſa portio hæreditatis.

### ADDITIO.

a ¶ Immiſcuerit. Qualiter autem probetur immixtio. vide per Bartho. Soci. conſilio 70.

## LEX XCIII.

1 QVæſitum. †Sicut ab hęrede inſtituto pōt le-
gari patri ſuo in cuius eſt poteſta-
te, ita omnibus alijs in eiuſdem patris poteſtate ꝯſti
tutis. h. d. Dic tn̄ ꝙ legatum remanebit validum ſi fi-
lius inſtitutus tempore quo adit reperitur ſui iuris, aliàs ſecus,
ſicut ſi ipſi patri eſſet relictum. vt l. filio. ſ. eod. & hoc iure iſto,
quid autem hodie? dic vt ibi dixi. ¶ In glo. quæ incipit. [immo.]
ibi, [vel. dic.] Tu dic quòd ꝯrium loquitur quando inſtituo ali
quem qui eſt ſui iuris, & ab eo lego ſeruo, vel filio ipſius, qui
ſunt in ſua poteſtate, tunc non valet, quia cenſetur legatum ſi-
biipſi, hic loquitur qn̄ fuit inſtitutus filius qui erat in poteſtate
patris, & fuit factum legatum filio ipſius filij, qui non erat in fi-
lij inſtituti poteſtate, ſed patris, eiuſdemque aui, & ſi filius emā
cipetur antequàm adeat, filius remanet in eiuſdē aui poteſtate
ideo valet legatū, quia non acquireretur patri ſuo a quo factū
eſt, ſed auo in cuius eſt poteſtate, & ſic ceſſat inconueniens.

---

1 *Legatum factum ſeruo proprio teſtatoris valet, ſi illi ſeruo fuit purè relictum. & quid ſi ſub conditio.*
2 *Seruo proprio non poteſt quis legare, niſi relinquatur libertas, vel niſi alteri legetur.*
3 *Si libertas fuit relicta ſeruo puro, valet legatum factum ſeruo, ſiue purū, ſiue ſub conditione.*
4 *Quid ſi libertas ſit relicta ſub conditione, & fuit dictum quòd legatum deberetur purè. & nu. 3.*

1 §. Præſenti quidem. †Legatum factum ſeruo
proprio teſtatoris valet ī-
diſtinctè ſi illi ſeruo fuit purè relictum, ſi autem ſub conditio-
ne, valet ita demum ſi illa conditio potuit impleri ante hæredi
tatem aditam, & fuit impleta, ſecus ſi non potuit impleri niſi
poſt. Itē ſecus ſi potuit impleri ante, tn̄ impleta non fuit, maxi-
2 mè ſi fuit inſtitutus hæres neceſſarius. h. d. † Præmitte ꝙ ſeruo
proprio non poteſt quis legare. l. ſeruus. C. de lega. niſi ſibi re-
linquatur libertas, vel niſi alteri legetur. l. ſeruo legato. ſ. eo. pri-
mo. n. caſu non valet, quia non ſubeſt perſona cui poſſit acqui
ri, niſi ipſi hæredi, & ſic valeret, ſibiipſi ab hærede cenſetur fa-
ctum. Sed in dictis duobus caſibus ſubeſt perſona, cui poteſt
acquiri, modo in hac l. declarantur aliqua dubia, circa primum
caſum quando ſibi fuit legata libertas in hoc §. poſtea quando
fuit legatus alteri, declarantur plura dubia in §. duobus. cum §.
ſeq. ¶ In tex. ibi, [purè.] intellige expreſſe dicendo, aliàs cum ꝯ-
ditio libertatis cenſeatur repetita in legato facto eidem, & ſic ſi
mul cederet dies vtriuſque relicti, valeret. l. cum ſeruus. de con-
di. & demonſtra. ita debet intelligi l. qui concubinam. §. cum
in teſtamento. de leg. 3. allegata pro contraria. ¶ In tex. ibi, [vti-
le legatum eſt.] ſup. dummodo conditio extet ante hæreditatē
aditam, & ſic dies libertatis & legati cedat ſimul, aliàs ſecus, vt
3 patet ex ſequenti. ¶ † Et diſtingue ad intellectum §. aut libertas
fuit relicta purè, & valet legatum ſeruo, ſiue purum ſiue ſub
conditione, vt in princip. §. quia non niſi vtiliter cedere poteſt
dies legati, nam cedit ab adita hæreditate ſi eſt purum, vel puri
ficatum. C. de cad. tol. l. j. §. in nouiſſimo. & cum aditur hæredi
tas ſtatim efficitur liber, & tunc cedit dies legati, & reperit eum
liberum attento ordine intellectus, potius quàm temporis. ſu-
pra eo. l. ſi poſt mortem. aut fuit relicta libertas ſub cōditione,
& legatum ſimpliciter, & idem, quia legatum cenſetur relictū
ſub eadem conditione, quia eodem tempore, & ſic eodem
tempore, dies vtriuſque cedit. vt ſupra dixi. & iſte caſus
4 non ponitur hic. † Aut non ſimpliciter, ſed fuit dictum
quòd legatum deberetur purè, & ſic noluit conditionem re
petere, & diſtingue tres caſus, aut cōditio libertatis eſt caſualis,
vel mixta, quæ poſſunt impleri viuo teſtatore, & valet, quicun-
que fuerit inſtitutus, dummodo fuerit impleta tempore mor-
tis teſtatoris, & ſic libertas purificata, aliàs dic vt in ſequenti.
Aut ſub conditione poteſtatiua, quæ non poteſt impleri niſi
poſt mortem, vt in l. 2. de cond. & demon. Tunc aut non pote-
rat impleri niſi poſt aditam hęreditatem, vt ſi erat implenda in
perſonam hęredis & legatum non valet, quia non poteſt dies
cedere, niſi inutiliter, ſiue ſuus, ſiue extraneus ſit inſtitutus, qm̄
inter aditionem hęreditatis, & implementum conditionis in-
teruallum aliquod neceſſariò interuenit, in quo ille reperitur
ſeruus. Et illo tempore dies legati cedit, & reperit eum ſeruū,
& tunc inutiliter. Aut poterat impleri ante aditam hęreditatē,
& poſt, quia non erat implenda in perſonam hęredis, vt ſi Ti-
tio decē det, & diſtinguitur, aut fuit inſtitutus neceſſarius, vt a-
lius ſeruus, & legatum eſt inutile, quia conditio non potuit im
pleri viuo teſtatore, nec poſt mortem ante aditionem, cum in-
ter mortem, & aditionem non ſit medium, vnde cum ſtatim te
ſtatore mortuo cedat dies relicti, & tunc non erat impleta con
ditio, & ſi erat ſeruus, ceſſit inutiliter, vt in fin. §. aut fuit inſtitu-
tus voluntarius, tunc ſi conditio eſt impleta cum aditur hęredi
tas, valet legatū, quia dies eius vtiliter cedit, vt in tex. ibi, [vtile le
gatum eſt, &c.] ſecus ſi non reperiretur impleta, vt ſupra dixi.
1 §. Duobus hæredibus. †Legatum factū ſer
uo pręlegato vni ex
hęredibus valet, & ſi manumittatur antequàm adeatur hęredi
tas ipſi ſeruo totum acquiritur, videbatur ꝙ pro parte tantum,
nam ideo legatum valebat ſibi factum, quia erat vni ex hęredi-
bus pręlegatum, ſed iſtud legatum non valebat, niſi pro parte
cohæredis. ſ. eo. l. legatum. §. hęredi. ergo nec legatum ſibi factū.
Et licèt poſtea fuerit manumiſ. non videbatur reconualeſcere
pro parte, quę a principio non valuit propter regulam Cato.
Sed ad hanc opi. Iuriſconſ. voluit reſpondere in ver. [nam inſo-
lidum.] quòd immo pręlegatum ſerui potuit inſolidum vale-
re ſi ille hęres repudiauerit partem hęreditatis. ſ. eo. l. filio quē.
& ſic legatum non erit nullum, ſed pendebat ex futuro euen-
tu, & hoc ſufficit ad hoc, vt ſi manumittatur, totum ſibi de-
beatur. ¶ In tex. ibi, [nō adijſſet.] i. repudiaſſet Dy. hoc dicit pro-
pter

pter id quod habetur in l.miles.§.pro parte.j̃. tit. j. quia ſi mortuus eſſet hæreditate non adita,non propterea prælegatum valeret,nec poſſet peti,niſi pro parte cohęredis.

1 **§.Seruo legato.** †Dubitatio huius §.erat quia legatum factum ſeruo proprio alteri legato,ideo valebat,quia alteri legatus erat.l. ſeruo legato.s̃.eo. aliàs non valuiſſet ſine libertate , ſed per alienationem de ipſo factam legatum vr̃ reuocatum.l fideicommiſſa. §. ſi rem. j̃.ti.2. ergo & legatum eidem factum.Contrarium tñ eſt,quia hic ſubeſt perſonę emptoris,cui poteſt acquiri, ſimile s̃. proxi. §. vbi per manumiſſionem cenſetur reuocatum prælegatum ſerui,& tñ legatum factum ſeruo non , quia ſupereſt ipſe liberis nunc cui poteſt acquiri, per hoc enim valebat legatũ ſeruo , quia ſuberat perſona cui poterat acquiri , vnde ſufficit ꝙ etiam nunc ſubſit,licèt non eadem,quia ſuccedit loco illius.

---

2 *Cum filius,vel ſeruus hæres inſtituitur,poteſt dominus , vel pater onere fideicommiſſi grauari.*

1 **§.Cùm ſeruus.** †Dubitatio poterat eſſe hic , quia legatum factum ſeruo proprio legato acquiritur legatario , non ex expreſſa voluntate defuncti, ſed ex l.diſpoſitione,quia incipit eſſe ſub ſuo dominio, vnde videbatur ꝙ non poſſet grauari in eo quod ſeruo fuit legatũ.arg. l.ab eo.C. de fideicom.contrarium eſt, quia ex tacita ſaltem voluntate acquiritur , quia ſciebat ꝙ ſeruus illi acquirebatur, ergo & ſciuit, vel ſcire debuit ꝙ etiam legatum ſeruo factum ſibi
2 acquireretur , & ſic tacitum vr̃ hoc voluiſſe , †nam cũ filius vel ſeruus hæres inſtituitur, poteſt dominus , vel pater onere fideicom.grauari s̃.eo.cum filio. cum l.ſeq.& j̃.tit.j.l.4.

1 **§.Si quis Stichum.** †Dubitatio hic poterat eſſe, quia quando legatur ſeruo proprio alteri legato , cenſetur teſtator voluiſſe ꝙ illi legatario acquiratur,ſed verum eſt niſi reuocetur , ſecus ſi fuit reuocatũ, quia tunc videtur velle, ꝙ quæratur emptori, vel manumiſſo, maximè ſi fiat poſtquàm alienatus vel manumiſſus eſt , vt hic, nam idem ſi factum erat ante.s̃.ea.l.§.duobus.& §.ſeruo.

---

1 *Continuatio ad præcedentes §§.*
2 *Fructus & commoditates rei legatæ perceptæ viuo teſtatore , non pertinent ad legatarium, ſed ad hæredem,fallit in duobus caſibus.*
3 *Quòd etiam aliquo viuente poſſint eius bona vel patrimonium dici hæreditas,inſpecto quod futurum eſt.*
5 *Si quis dixit, dono tibi hæreditatem meam,quòd valeat donatio,ac ſi dixiſſet dono bona mea.*

1 **§.Si ſeruus mihi.** †§§.Præcedẽtes loquunt̃ qñ ſeruo ꝓprio legato fit legatum ab
2 eodẽ teſtõre hic quãdo à tertio , vnde querit̃ cui acquirat̃.†Iſte tex.allegatur ad duo, primo ꝙ fructus & cõmoditates rei legatę perceptę viuo teſtatore non pertinent ad legatarium , ſed ad hæredẽ , nec hæres tenetur ei reſtituere , fallit in duobus caſib.
3 de quibus dixi s̃. eo. in l.ſi tibi homo. §. cum ſeruus.†Item allegat̃ in ver. [hęreditati.] & glo. exponit. i. bonis & patrimonio, ꝙ etiam aliquo viuo bona vel patrimonium eius poſſunt dici hęreditas,non inſpecto pręſenti tempore, quia viuens non habet hęredem.l. j. pro hęr. ſed inſpecto quod futurum eſt , quia
4 deſtinata ſunt, vt ſint hęreditas eo mortuo. †Vnde inducitur ſi
a quis dixit dono tibi hęreditatem [a] meam , ꝙ valeat donatio , ac ſi dixiſſet dono bona mea, videretur contrarium , quia videbatur donaſſe id quod non erat in rerum natura , ſed certę oportet illud verbum intelligere ſecundum ſubiectam materiã , vnde quia voluit donare nunc , & quòd donatio valeret , exponit hęreditatem.i.bona,nec eſt extranea expoſitio, vt patet hic.

A D D I T I O.

a ¶Hæreditatẽ. Adde quod voluit glo. in l.licèt,C.de pac. Ange.hic, aduerte tamen,quia ſi conſtaret ꝙ promiſiſſet hæreditatẽ.i. ius ſuccedendi nõ valeret,l.cũ donationis.in fi.C.de tranſac.& vide in l.fi.C.de pact.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.de verbo.obl.

---

1 *Cum legatur res aliena,fructi & acceſſiones veniunt à tempore moræ, quæ committitur in conteſtatione litis,ſi interpellatio non præceſſit.*
2 *Qñ legatur res teſtõris,fructus & acceſſiones veniũt ab adita hæreditate.*
3 *Mora etiam committitur per interpetationem extraiudicialem.*

1 **§.Cùm homo.** †Cum legatur res aliena,fruct.& acceſſionis veniunt à tempore morę quę committitur in conteſtatione litis, ſi interpellatio nõ pręceſſit. h.d. ſm glo. †Sed quando res teſtatoris veniunt ab adita hęreditate.vt ſupra ea.l.& l.ſi tibi homo.§.cũ ſeruus.& l.Herẽnius.de vſu.¶In tex.ibi,[interim percepti] .i.lite pendente, Dy. vult dicere,ita etiam dixit And.de Piſis,& Bal. ꝙ hic fit mentio de conteſtatione lit . quantum ad condemnationem fiendam officio iudicis de pręd[i]ctis acceſſionibus perceptis poſt lit.conte. etiam ſi non fuerũt petitæ in libello , licèt ſecus de perceptis ante l. ędiles. de ędil. edi. §. ſciendum. non autem ad excludendam petitionem eorum.quę ſunt percepta ante lit.conteſtationem,& moram, quæ cõmittitur per interpellationem, nam & illę poſſunt peti , quia veniunt à tẽpore mortis cum legatur res
3 aliena.l.ęquis . de vſuris. † mora etiam cõmittitur per interpellationem extraiudicialem.l.ſi penum. circa princ. in verbo, interpellatus.cum ſua gl.quando di.leg.ce.& no. in l. qui Romæ. §.cohæredes.in parua glo.de verb.oblig.adde quod no. in l.fi. de triti.Debent tamen in libello expreſsè peti. aliàs in illis non poſſet fieri condemnatio,vt s̃. dixi.

---

2 *Quando expedit probare valorem rei , modus probandi eſt , ꝙ tantum annuatim communiter percipitur ex ea , & res ex qua tantum percipitur,communiter valet tantum,ad rationem tot pro centenario .*
3 *Neceſſitas ſeu paupertas illius cui traditur , facit præſumi animum donandi in eo qui tradit,ſi eſt modicum id quod datur.*
4 *Si conſentio tibi alienanti rem meam, an videor conſentire animo donandi,& quid ſi poſſ[i]deatur per me.& nu. 1. & 5.*
5 *Si conſenſi vt alienares rem quam mihi donaſti , videor indiſtinctè conſentire animo donandi.*

LEX XCIIII.

1 **SI fundum.** † Per fideicõmiſſum legatarius, vel fideicommiſſarius cõſentiendo hæredi alienanti rem legatam pro ſoluendo debitum hæreditarium , non cenſetur conſentire aĩo donandi,ideo licèt ſibi præiudicet in re,vt eã petere non poſſit, non tñ præiudicat in pretio, quominus poſſit petere , hæres tñ offerendo rem liberatur à ſolutione pretij.h.d.no. in vtroq; dicto , & in primo puto ꝙ non ſit alibi,& pone ꝙ hæreditas erat ſoluendo pro debitis & legatis,aliàs non valerẽt legata. l. ſi vniuerſæ. C. de leg. & tñ in ea non erat pecunia, & ſuberat debitũ quod vrgebat , fortè vſurarium , vel quia creditor nolebat ſibi ſolui,vnde oportebat vendere de bonis hęre.& non reperiebatur aliquis qui vellet emere niſi fundum tibi legatum,hęres te rogauit vt aſſentires,vt ipſe poſſet exonerari ab illo debito. Dicitur ꝙ ſi aſſenſiſti.potes petere pretium per act.ex teſtõ, quod pretium ſuccedit loco rei.Simile j̃.tit.j.l.qui ſolidũ.§.j. ſi tamen poſtea hæres illũ fundũ redimeret ab emptore,& illũ vellet tradere,non poſſet primũ compellere ad ſolutionem pretij, & ſic nota qñ propter ſpeciem debetur quantitas, debitor ſoluendo ſpeciẽ liberatur.& ſi quantitas eſt in obligatione, & ſpecies in ſolutione,& pro hoc l.fideiuſſor euictionis,de doli exce. Iſte eſt caſus verus huius l.quicquid dicat Bar. & oẽs concordare videntur.¶
2 †In tex.ibi [ſm reditum.] No.hic ad materiam l.2. de reſcind.vend.qñ expedit probare valorem rei, ꝙ modus probandi eſt , quòd tm̃ annuatim cõiter percipitur ex ea, & res ex qua tm̃ percipitur,cõiter valet tm̃, ad rationem tot pro cẽtenario , & ſolent eſſe res q̃ multũ valẽt,& tñ paruos hñt reditus, vt vna turris.vt in Auth.de non alienan. allegata in gl. & adde l. pe.de rebus eorum.¶In tex.ibi,[& aſſignante].i.expreſsè conſentiente alienationi,ſed ſi eſſet pñs,& nõ ꝯdiceret,vel ſe ſubſcribit vt teſtis,non præiudicaret ſibi ẽt in re, ita loquuntur iura allegata in ꝯ̃rium in l.Caius.de pig.act.& l.Titia.§.Lucius.j̃. tit.ij. & ſic poſſet ad hoc fundum petere.¶In tex.ibi,[ſed pretium eius reſtitui debere.]& poteſt peti act. ex teſtõ , licèt non fuerit legata pecunia,ſed res,vnde videbatur cõtrarium j̃.tit.ij.l.debitor.in fi. princ.ſed fallit hic,ideo eſt ſingularis,facit j.eod l.planè.§.j.ſed ibi in vniuerſali,in qua pretium ſuccedit loco rei , quod eſt regulare.l.ſi & rẽ & pretiũ.de pet.hær.non ſic in particulari.l.mater.C.de rei ven. ¶In gl.quæ incipit [imò] ibi, [quia eo animo hic cõſenſit &c.]iſta nõ habet dubiũ,ideo Doc.dicunt quòd cõſenſit ſimplr̃,nec ob. ꝯ̃ria gl.quia hic ſuberat alia cauſa ꝯſentiẽdi.ſ.pp neceſſitatẽ æris alieni.Vnde nõ præſumitur animus donandi.l.ſi cũ aurum.de ſol.& l.Campanus. de ope.lib. ſed in ll. allegatis in ꝯ̃rium nulla ſuberat neceſſitas , ideo præſumit̃ animus donandi ,niſi in ꝯ̃rium proteſtetur, hęc vera ſm oẽs . Bar. dicit ſibi nõ placere , quia neceſſitas debet magis facere præſumi animũ donandi,qui ſi nõ ſubeſſet,allegat no.in l.cũ quid.in
3 fi.magnæ gl.ſi cer.pet.† Ego miror de hoc dicto , nam fateor ꝙ neceſſitas.i.paupertas illius cui traditur,facit præſumi aĩum donandi in eo qui tradit ſi eſt modicum id quod datur,ſed hic nõ ſuberat paupertas,quia vt s̃.dixi,dẽt intelligi quòd hr̃ditas erat ſoluendo,aliàs non valeret fideicommiſſum,ideo tene dictam ſolutionem.Sed Bar.aliter ſoluit,ſed non curo, quia magis cõtinent diuinitatis.¶In gl.ibi,[l.nihil.]Bar.ibi dicit,quòd ibi erat relictum in pœnam hæredis alienantis , vnde legatarius cõſentiens vt alienetur , facit ne hæres incidat in pœnam , & ſic ſibi præiudicat,quia non euenit conditio relicti.iſta ſolutio nõ placet,quia ibi nõ erat relictũ in pœnam alienantis,cũ ẽt ſi nõ fieret alienatio,teſtator voluerit de vno in aliũ peruenire.Sed be-
4 nè poſſet procedere.ſol.Bar.ad §.libertis.j̃.all.in glo. ¶†Vltimò Bar. ponit diſtinctionem ſatis confuſam,ſi cõſentio tibi alienã-
a ti rem meam,an videar conſentire animo donandi,[a]& mihi ẽt in

A D D I T I O.

a ¶Animo donandi. Adde latè Doct.in l.quæ dotis.ſol.mat.Bal.in l.ſi fine. C.ad Velle.& in l.cum proponas.C.de pac.& ibi Sal.plenè per Bal.in l.mater.C.de rei ven.Bal.conſ.168.2.lib. an autem conſentiens legato rei ſuæ ſibi præiudicet, vide Bar. conſil 213. & quid ſi aliquis conſentiat quòd alius vendat ipſius nomen tanquàm debitor, cum non ſit,vide per Lud. Roma.conſ.168.

in pretio præiudicē, quam hic etiam vide. ſed aduerte qñq; con
ſentio ꝙ alienes rē tuam, in qua habeo ius reale, qñq; rem meā
primo caſu an perditur ius meum, diſtinguitur an erat tale per
quod rē poteram auocare, vel partē, vt ius pignoris, vel hypo-
thecæ vel vſusfr. & tunc videor remittere ius meũ conſentien-
do. l. ſicut. §. ſi voluntate, quib. mo. pig. vel hy. ſol. & l. apud Cel-
ſum. §. quæſitum. de doli. exce. ſed ſi erat tale per quod non po-
teram auocare rem vel partem eius, vt ſerui prædialis, tunc nō
videor remiſiſſe, ſed tranſit cũ illa in emptorem. l. via conſtitui.
§. ſi fundus. de ſerui. ruſt. præd. ¶ Secundo caſu qñ erat res mea,
aut vendis tanq̃ meā me conſentiente, & non præiudico mihi
in pretio, imo poſſum petere act. mandati, ſi conſenſus meus
præceſſit, quaſi ad hoc videar te cōſtituiſſe, & ſi ſecutus eſt per
act. neg. geſt. l. ſi ab eo. de neg. geſt. vel ſi erat cōis, cōi diu. vel fa.
erciſc. l. in familiæ. fam. erciſc. & no. ꝙ iſto caſu ſi velles tradere
poſtea rem, non cogor recipere, quia eſſes obligatus ſimplici-
ter ad pretium, non reſpectu illius rei, & ſic non poſſes ſoluere
aliud pro alio, nec haberet locum quod hic dr̄ in fi. aut nō vedi
diſti tanq̃ meam, non faciendo mentionē ꝙ eſſet mea, vel cōis,
quia tunc videris vendere vt meam, vel cōem, ſed qñ non facis
mentionē tunc vt propriā, vt Bar. ſentit in d. l. ſi ab eo, tunc aut
eras poſſeſſor a quo poterā vendicare, nō agere perſonali, aut
eras talis ꝯ quem poteram agere perſonali, vt in hęrede, qui eſt
obligatus ex teſtō in primo caſu ſi conſentio a principio, vel
ex poſtfacto, antequā res ſit perempta, vel præſcripta, præiudi-
co mihi tam in re quā in pretio, quia nō ſuccedit loco rei. l. ma
ter. C. de rei ven. nam vendicatio quæ ſolum cōpetebat ad rem,
non pōt ſuccedere ad pecuniā, vt poſſit vendicare, etiā ſi ſubeſt
eadē quam percepiſti, quia tuo noīe percepiſti, & tibi fuit quę
ſitum dñium. Bart. ibidem habuit ſingularem intelłm, ꝙ licèt
non poſſim vendicare pretium, quia tñ cōſentiendo, libero te
ad obligatione de euic. & ſic gero negotium tuũ, ipſo geſtu ha
beo negotiorum geſ. ꝯriam, quod dic vt ibi, ſed ſi cōſentio poſt
rem peremptā vel præſcriptā, quod poſſum facere in ſubſidiũ,
habeo nego. geſt. non ꝯriam, quæ datur geſtori, ſed directam,
quæ datur dño negotiorum, & condōnem ſine cauſa ex l. ſi &
me & Titium. ſi cert. pet. Secundo caſu qñ eras obligatus actio
ne perſonali, tene iſtum tex. cum his quæ ſupra dixi an conſen-
ſerim ex cauſa neceſſaria, vel voluntaria. nam prætiũ pōt ſucce-
dere in act. ex teſtō, quod facilius fit, q̃ ſuccedere loco vendicat.
5 † Vnum ſcias, ꝙ ſi conſenſi, vt alienares rem quam mihi dona
ſti, videor indiſtinctè conſentire aīo donandi per l. ſi verò non
remunerandi. §. idem Pap. ff. mandati. propter præcedentē libe
ralitatem. prædicta procedunt, ſi conſenſi vt alienes rem meā
per te poſſeſſam, ſed ſi poſſeſſam per me, dicit Bal. ſingulariter
ſm Iaco. de Are. ꝙ nunquam videor ꝯſentire aīo donandi, ſed
vt geras negotium meũ, quod tene menti ſingulariter. ita intel
ligebat hic, & l. codicillis. de leg. 2. quod ibi poſſidebam.

## LEX XCV.

1 **SI Titio pecunia.** † Modus mixtus deficiens per caſum non fa
cit deficere relictum. h. d. & nō eſt alibi ſm Dy. ſed im-
mo eſt. ĩ tit. j. l. Lucius. §. quiſquis. ſed re vera iſte text.
non loquit̃ in modo, ſed in onere iniuncto per viam fideſcom
miſſi: nam modus fit per vt, hic nō ſic, quia primo legata fuit
pecunia, & poſtea iniunctũ onus ꝙ ſeruũ alienum redimeret,
& manumitteret. nam modus eſſet ſi diceret lego vel redimo,
vt manumittas, tñ æquiparant̃ onus iniũctum per viam modi
in eadem oratione, & iniũctum per fideicommiſſum in eadē
oratione vt colligitur ſ̃. eo. l. hmōi. in princ. & dr̄ mixtus qñ de-
pendet ex voluntate habentis impleri, & alterius, vel ex caſu for
tuito, ita erat hic, conditio vero mixta deficiens per caſum fa-
cit deficere relictũ. l. legatum. C. de condi. inſer. & in l. in teſtō.
la 2. de condi. & demon. & l. cũ ita datur. iſte §. reputatur nota-
bilis. & de iſta dr̄ia no. per gl. in l. j. C. de inſti. & ſubſt. Dicit aũt
Bal. iſtum §. procedere, qñ modus aſcribitur legatario, ſecus ſi
mero executori, quia tunc facit deficere cōmiſſionē executio-
nis, ſi deficit per caſum. l. ſi quis quos. ĩ. tit. j. & no. in l. ſi quis eũ.
de cond. & dem. ¶ Sed opp. ꝙ grauamen manumittendi ſeruũ
ſit poteſtatiuũ, quia nō pōt recuſare libertatem. l. ſi quis. de ma
numiſ. teſta. ¶ Solu. verũ eſt in ſeruo teſtatoris, tũc etiam ſi per
viam conditionis eſſet appoſitum onus, non deficeret relictũ,
etiam ſi p caſum deficeret condō. l. quæ ſub conditione. §. quo-
ties. de condi. inſti. ſed hic erat alienus, vnde pendebat ex volũ-
tate domini, ideo diſtinguitur, an per viam conditionis, an per
viam modi, vel fideicommiſſi, vt ſupra dixi.

1 *Pater poteſt fideicommiſſum relinquere a ſuccedentibus filio ſuo pupillo, ſicut à ſuccedentibus ſibi, dummodo pupillum non exhæredauerit, ſed inſtituerit expreſſe vel tacite decedendo inteſtatus, ſed non habebit locum grauamen, niſi pupillus decedat in pupillari ætate.*

2 *Poſſum fideicommiſſum relinquere non ſolum ab eo cui relinquo, ſed etiā ab hæredibus, ſiue ab inteſtato ſuccedatur, ſiue ex teſtamento, & quandocunque deceſſerit, quod locum habeat fideicommiſſum.*

*In legitima debita filio iure naturæ non poteſt teſtator grauare filium iure fideicommiſſi, licèt in eis bonis poſſit dare ſubſtitutum pupillarem.*

3 *Quòd venientes ab inteſtato ipſius pupilli poſſint grauari per fideicommiſſum.*

4 *Si Pupillus grauatus onere fideicommiſſi, vt hic decedat poſt pupillarem ætatem, in quibus bonis habeat locum fideicommiſſum.*

5 *Relictum collatum poſt mortem pupilli, an cenſeatur factum a pupillo, & ſic non teneat in bonis proprijs, nec in legitima, an a venientibus ab inteſtato, vel a ſubſtituto pupilli, & ſic veniant in generalitate talis grauaminis etiam bona pupilli, & eius legitima.*

6 *Licét eo caſu quo pater decedit inteſtatus non poſſit facere filio teſtamentum, vel pupillarem ſubſtitutionem, poteſt tamen pro filio facere codicillos ſicut pro ſe, & quando.*

7 *Quando in codicillis fit ſubſtitutio pupillaris, quo caſu non poteſt valere iure directo, propter defectum ſolennitatis, tamen trahitur ad fideicōmiſſum, ex quo verba directa nunquam potuerunt valere iure directo, ꝙ tale fideicommiſſum valebit, ſi decedat pupillus in pup. ætate, & in quibus bonis habebit locum. & nu. 8.*

8 *Quid ſi ſubſtitutio fuit compendioſa.*

1 **§. Sicuti conceditur.** † Pater poteſt fideicōmiſ
ſum relinquere a ſucce-
dentib. filio ſuo pupillo, ſicut a ſuccedentibus ſibi, dũmodo pu
pillum non exhæredauerit, ſed inſtituerit expreſſe, vel tacitè
decedendo inteſtatus, ſed non habebit locum grauamen, niſi
pupillus decedat in pupillari ætate. h. d. cum ſequ. & principio
ſeq. & eſt ſingularis. & propter iſtũ §. ſemper allegatur iſta lex.
Aduerte, quia licèt Doct. & glo. ſentiant verum intellectum, tñ
ipſum non benè declarant. ¶ In tex. ibi [fideicommiſſum dare]
l. j. §. pe. inf. tit. 3. ¶ In tex. ibi, [ita & ab eo.] videbatur cōtrarium,
aut ſuccedentibus ab inteſtato ſibi poteſt relinqui, quia tacite
vr̄ eis ſua bona relinquere non faciendo teſtamentum l. ſi qs
cum nullum. de iure codicil. vnde cũ honorentur, grauari poſ-
ſunt, ſed venientib. ab inteſtato pupillo nihil vr̄ pater relinque
re, etiam ſi decedat inteſtatus, ſed ſoli pupillo, qui tenet primũ
locum. d. §. fin. ergo &c. l. ab eo. C. de fideicom. ſed certè imo vr̄
relinquere. nam poterat auferre dando ſubſtitutum pup. ergo
non dando tacitè vult ꝙ ille habeat. & hoc ſentit glo. & hæc eſt
ratio quare pōt eos grauare. In l. ſeq. in fi. ibi, [euaneſcit fideicō
2 miſſum.] ſed ꝯ, quòd non euaneſcat, nam poſſum fideicōmiſ-
ſum relinquere, non ſolum ab eo cui relinquo, ſed etiam ab hę
redibus, ſiue ab inteſtato ſuccedant, ſiue ex teſtamēto, & quan-
docunque deceſſerit, locum habebit fideicōmiſſum. l. ſi fuerit,
§. fi. ĩ. tit. 2. ſed hic relinquebat a pupillo expreſſe uel tacite, qua
re ergo fideicōmiſſum relictũ ab eo euaneſcit, licèt deceſſerit
poſt pup. ætatem. Solue, & no. quia declarat iſtam glo. nā dico,
ꝙ debet intelligi qñ iniungitur onus ſuper bonis quæ habebāt
aliunde q̃ a patre, vel a matre, vel etiam a patre ex cauſa neceſ-
ſaria, vt in legitima iure naturæ, in talibus non poterat teſtator
grauare iure fideicommiſſi. l. cohęredi. §. cum filio. ſ̃. de uulg. &
pu. licèt in eis poſſit dare ſubſtitutum pupillarem, quia illa eſt
3 prouiſio, non grauamen. l. ex tribus. C. de inoffi. teſt. † ſed venien
tes ab inteſtato ipſius pupilli in illis bene poſſunt grauari per fi
deicōmiſſum, iſte eſt caſus hic. ſing. per rationem quam dixi,
ſed quia ipſa ratio ceſſat poſt pup. æta. quia nō poteſt eis aufer-
re, merito ſi decedit poſt, non dñr venientes ab inteſt. hr̄e a pa-
tre ſed a filio, qui potuit teſtamentum facere, & eis auferre, me
ritò non tenentur ad grauamen a patre iniunctum, ſed quantũ
ad bona quę pupillus habuiſſet a patre, fateor ꝙ fideicommiſ-
4 ſum factum a patre non deficeret, ſi decederet poſt pup. ęta. ſic
ergo grauauit de reſtituendo hęreditatem pupillo, & pupillus
in pup. ęta. decedat, tenebitur reſtituere omnia bona, tam quæ
habuit a pr̄e neceſſario, vel voluntarie, q̃ aliunde detracta Treb.
de omnibus, ſi vero decedat poſt, ſolũ tenebitur reſtituere bo-
na quæ habuit a patre ex voluntate, quia in illis non deficit fi-
deicōmiſſum, ſed alia non, ita intelligitur hic, idem in ſubſtitu
to pupillari, ꝙ poteſt a patre grauari ēt in bonis pupilli multò
fortius, quia habet ex expreſſa voluntate, etiam per viam fidei-
commiſſii & habebit locum quod hic dicitur. ad quod ĩ. ad le.
5 Fal. in ratione. §. fi. & in dubio a quo cenſeatur factum relictũ
collatum poſt mortem pupilli, an ab ipſo pupillo, & ſic non te
nent in bonis proprijs, nec in legitima, an a venientibus ab in-
teſtato, vel a ſubſtituto pupilli, & ſic veniant in generalitate ta-
lis grauaminis, etiam bona pupilli, & eius legitima, vide Bar. in
d. § cum filię & in l. duob. ¶ Et iſte caſus frequenter contingit,
ideo aduerte qñ interrogaris de facto, & recolo vidiſſe cōſiliũ
Bar. qui non aduerterat, & ideo errauit, & fecit plures errare q
ſecuti fuerunt eum. Item l. ſeq. ibi, [non cogendus erit.] nam e-
tiam a ſubſtituto pupillari ipſius exhęredati nō poteſt fideicō.
relinqui, niſi ſubſtitutus ſit inſtitutus a patre. l. in ratione. §. fi. ad
l. Falc. etiam in eo quod erat relictum pupillo exhęredato. l. pe.
6 C. de leg. ¶ † In glo. 2. ibi, [vel dic.] no. gloſſ. ſingulariter. ꝙ licèt
eo caſu quo pr̄ decedit inteſtatus non poſſit facere filio teſtm̃.
i. pupil. ſubſti. quoniam requiritur, vt etiam illi faciat, ſi uult ſibi
facere. l. 2. §. prius. de uul. & pupil. poteſt tamen facere pro filio
codicillos, ſicut poteſt pro ſe. intellige, vt contineat vtilitatē,
& habuerat dubium etiam ſuper bonis pupilli, & dicentur co-

dicilli pupil.ſicut pup.ſubſtõ diceretur teſtamentũ pupil.quan
tum ad bona quę à patre habuit,non eſt dubium,nec dicerent
codicilli pupil.ſed potius patris. Videbatur cõtrarium in caſu
præcedenti,quia pup.ſubſt.facere poteſt, quia eſt fauorabilis:
& eſt prouiſio,non grauamen, ſed codicilli in quibus relinqui
tur per viam fideicõmiſſi,non videntur fauorabiles,nec conti-
nere prouiſionem,ſed grauamen, ſed hoc eſt verũ reſpectu gra
uatorum,non pupil.imò quo ad eum cenſetur prouiſio, & cẽ-
ſentur facti ab ipſo pupillo ex quo ſibi facere non poterat, ita
7 intellige gl. ¶ † Vltimò per iſtam l.quod fideicom.dixit Dyn. ꝙ
qñ in codicillis fit ſubſtitutio pupil. quo caſu nõ põt valere iu-
re directo pp defectum ſolennitatis, tñ trahitur ad fideiõmiſ-
ſum,ex quo verba directa nunq̃ potuerunt valere iure directo.
vt eſt caſus notabilis in l.Sceuola ad Treb. ꝙ tale fideicommiſ-
ſum valebit ſi pupillus decedat intra pu.æta.ſecus ſi poſt, nã ſi-
cut euaneſceret pupil.ſubſti.ſi valeret iure directo:ita euaneſcit
fideicõmiſſum,quod iuris interpretatione loco eius ſuccedit:
ita refert Bar.in d.l.Sceuola.ſed hoc vr̃ verũ quo ad bona aliun-
8 de quæſita,non quo ad ea quæ habuit à patre.vt ſ.dixi. ¶ † Sed
aduerte ſubtiliter, aut fuit ſubſtitutio merè pupilli reſtricta ad
tempus pupillare, vt ſi filius deceſſerit in pup. æta. talis ſit ſibi
hæres,vel talem pupillariter ſubſtituo,tunc ſicut quo ad bona
euaneſceret pup.ſi valeret iure directo,ita ſi non valet, quia fa-
cta in codicil. fideicommiſſum in quod conuertitur euaneſcit
in omnibus, quia ſubſtitutio tempore limitata vltra illud non
extendit.ſ.de vulg.& pup.l.ſi quis ita. aut non fuit merè pupill.
nec reſtricta ad tempus,ſed fuit compendioſa,vt quandocunq;
filius meus deceſſerit talem ſubſtituo, quo caſu ſi eſſet facta in
teſtõ,valeret iure pup.ĩ. pup. æta. ſi poſt,iure fideicommiſſi. &
in prima venirent omnia bona. in ſecunda illa patris tantum.
iuxta no.in l.Centurio.de vulg.& pup.ſed quia facta in codicil-
lis,non poteſt valere iure directo,etiam in pupil.ætate, ſed iure
fideicom.iſto caſu dico ꝙ ſi decedat ĩ.pup.ætatem, venirent fi-
deicom.omnia bona,ſed ſi poſt,non venirent bona pupill.nec
legitima eius,per iſtam l.ſed bona quæ habuit à patre,& ſic iſta
eſt veritas iudicio meo, licèt malè declarata per Doct.

---

1 *Rogatus reſtituere hæreditatẽ,quæ ad ipſum perventura erat ſi nõ peruenit facto eius hæreditas,aut pretium eius, cogitur ad reſtõnem pretij, & eo non ſoluente, agitur contra emptorẽ & poſſeſſorem hæreditatis.*
2 *Pretium ſuccedit loco rei in vniuerſalibus, ſecus in particularibus niſi in caſu,vt hic remiſſiuè.*
3 *Caſus in quo actio ex teſtamento datur contra emptorẽ, qui non fuit grauatus à teſtatore,& qui non habuit à teſtatore,& hoc in ſubſidium.*

LEX XCVII.

## Planè ſi filium.

1 **§.Qui rogatus.** † Rogatus reſtituere hæ
reditatẽ, quæ ad ipſum
peruentura erat,ſi nõ peruenit facto eius hæreditas,aut pretiũ
eius,cogitur ad reſtitutionem pretij,& eo non ſoluente, agitur
2 cõtra emptorem,& poſſeſſorem hæreditatis.h.d. † No.pretium
ſuccedere loco rei in vniuerſalibus,ſecus in particularibus: niſi
in caſu l.ſi fundum per fideicommiſſum.ſ.eo.l.mater. C. de rei
vend.& l.qui vas.§.fi.de fur.& l.ſi ſeruum.§.fi.de verb.ob. Item
no.ex ſecundo dicto, quòd in ſubſidium agit contra poſſeſſo-
rem,licèt habeat cauſam oneroſam: nam ſi habet lucratiuam,
non eſt dubium quòd in defectum doloſi agitur contra eum,
ne ex dolo alterius lucretur, ita loquit̃ l.ſi.allegata in gl.ſed hic
habebat cauſam oneroſam,vnde illa ſeq.non facit, & ſic dam-
num erit temporis,quia carebit re & pretio,non enim poterit
dominus grauatus vendere in præiudicium fideicommiſſarij,
ſed an poſſit incipere ab emptore ſi vult,puto, quòd ſic,& or-
do de quo hic non ſit neceſſitatis, ſed voluntatis, quia ille non
potuit vendere in ſui præiudicium, poteſt ergo incipere à quo
vult,& eſt mirabile, quòd actio ex teſtõ detur contra emptorẽ
qui non fuit grauatus à teſtatore, & qui à teſtatore nõ habuit.
3 † Poſſet dici propter hanc rationem, quia rigor iuris repugnat
quòd non agat,niſi in ſubſidium,non enim poteſt fideicõmiſ-
ſarius vendicare bona ante verbalem reſtitutionem, quia iura
non ſunt ante translata:ſi enim poſſet vendicare,non eſt dubiũ
quòd ab illo poſſet incipere, & in hoc ſtat conſideratio huius
§.& hanc puto veriorem, & ſic ordo eſt hic neceſſitatis, vt hic
colligitur,dum dicit, (ex cauſa.) q.d.ſecus eſſet ſi non ſubeſſet.

1 **§.Si cui Stichus.** † Grauatus in vna de rebus alter-
natiuè ſibi legatis, ſi illam nõ eli
gat,ſed alteram,tenebitur ad illam,& æſtima.eius,ſiue plus va-
leat, ſiue minus.h.d. Et hoc ideo,quia per illum accidit ꝙ ad il-
lum nõ perueniat, quia habebat electionem,ſed ſi electio per-
tinuiſſet ad hæredem,& ille aliam elegiſſet, legatarius ad onus
fideicommiſſi non teneretur ſecundùm Iac.de Are.& Bal. per
l.ſi ſic.§.fi.ſ.eo.& per l.ſi Titius.ĩ.tit.j. in princ.

---

1 *Qui conſequitur ex teſtamento commodum ineſtimabile, ſeu nõ pecuniarium,non poteſt grauari onere pecuniario,vel æſtimabili.*
2 *Finiti ad infinitum non eſt proportio.*
3 *Ex iure patronatus non dicitur quis locupletior, vt propter ipſum poſſit onere pecuniario grauari.*

1 **§.Qui teſtamento.** † Qui conſequitur ex teſta-
mento commodum ineſti
mabile,ſeu non pecuniarium, non poteſt grauari onere pecu-
niario,vel inæſtimabili.h.d.cum l. ſeq. quia finiti ad infinitum
2 non eſt proprio,ad hoc poſſunt iſti tex.allegari ſecundum Bal.
3 a No.etiam,ꝙ ex iure patronatus non dicitur,quis locupletior,[a]
vt propter ipſum poſſit pecuniariter grauari. adde quòd no. in
l.naturalis.§.fi.de præſcrip. verb.

ADDITIO.

a ¶Locupletior. Nec dicitur quis locupletior ex re quæ poteſt acquiri & nõ acquiri ante actualẽ acquiſitionem. vnde dicit Oldr. conſil. 118. quòd quotidianæ diſtributiones, non cõprehenduntur in literis gratiarum, in quib.mandatur alicui prouideri de beneficio certi valoris,& an locupletior dicatur dominus qui recuperat feudum,& admittit ſeruitia, vide per eundem conſi.148.

---

1 *Si primo legatur quantitas,& deſignatur vnde debeat ſolui, ſi tamẽ non poteſt ſolui etiam facto teſtatoris,legatũ nihilominus debetur & aliunde eſt ſoluendum.*
2 *Si tibi lego decem annua ex his quæ percipiuntur ex tali fundo, & inde non percipiuntur tot,vel aliquo anno,vel nunquam,an debeat ſuppleri de alijs.*

LEX XCIX.

1 **Vidam teſtamento.** † Si primo lega-
tur quãtitas,&
deſignatur vnde debeat ſolui,ſi tamen non poteſt ſol
ui etiam facto teſtatoris.legatum nihilominus debe-
tur,& aliunde eſt ſoluendum. Concor.l. Paulo Callimacho.§.
fi.de leg.3. Adde tex.in l.Lucius.§.ciuibus.de leg.2. qui videtur
velle contrarium,aliud ergo eſt legare quod mihi debetur à ta-
li,vel quod habeo in tali loco. quia ſi tempore mortis nihil de-
betur,vel non reperitur,legatum non debetur.ſ. eod.l.ſi ſic.§.j.
aliud eſt legare ſimpliciter, & poſtea dicere quòd ſoluatur de
eo quod debet talis,vel de eo quod eſt in tali loco, quia ſi non
debetur, vel ibi non reperitur, debet aliunde ſolui, vt eſt caſus
hic,niſi deſignatio ſuccederet loco legati facti de eo quod aliàs
2 debet.ita loquitur §.ciuibus,& non contradicit. ¶ † Quid ſi di-
xit lego decem,ex his quæ ſunt in tali loco? Reſpondeo ſi non
ſunt,vel non tot,non debentur niſi quatenus reperitur ĩ. tit.j.l.
ſi quis legauerit:prædicta in legato non annuo, ſed ſi tibi lego
decẽ annua ex his quæ percipiuntur ex tali fundo, ſi inde non
a percipiuntur tot,vel aliquo anno,vel nunq̃,an debeat ſuppleri[a]
de alijs annis, vide per Bart.in l.inter ſtipulantem. §. ſacram.de
verb.obl.& plenè in addi.Spe.in tit.de fruc. & intereſſe.§.j.

ADDITIO.

a ¶Suppleri. Adde vt per Soci.in conſi.53.

---

1 *Bona vacantia tranſeunt in fiſcum cum onere legatorum.*
2 *Quæ dicantur propriè bona vacantia.*
3 *Fiſcus qui acceptauit bona tanquam vacantia, qualiter teneatur ad legata,quæ non fuerunt confirmata per aditionem hæredis.*

1 **§.Quoties.** † Bona vacantia tranſeunt in fiſcum cum
onere legatorum.h.d. Iſte §. poteſt intelli-
gi quando inſtitutus adiuit & ſic cõfirmata fuerũt legata fidei-
commiſſa.poſtea ablata fuerunt per fiſcum, tanquàm ab indi-
gno,nam non deſiit eſſe hæres.l.ex facto.§.Iul.de vulg. & pup.
& tunc eſt clarũ quòd tranſeunt cum onere legatorum: tamẽ
2 tunc impropriè vocantur vacantia: † nam tunc ſunt propriè va-
cantia quando non fuit repertus aliquis qui vellet adire ex te-
ſtamento,vel ab inteſtato,vt no.in l.ſine hærede.de admi.tu.&
l.Stichũ.in fi.princ.de ſol. Bar.& Bal.in l.ſancimus.C.ad Treb.
3 † ſecundo poteſt intelligi propriè quando nullus voluit adire,
ſed fiſcus acceptauit tanquam vacantia, ſed tunc qualiter tene-
tur ad legata,quæ non fuerunt confirmata:nam ſi fuiſſet adita,
quia venientes ab inteſtato, propter repudiationem inſtituti
non deberentur ab eis,niſi eſſent repetita.l.j. C.de codicil. Po-
teſt dici,ꝙ aliud in fiſco per iſtum textum. & per id quod habe-
tur in l.recuſare.§.fiſco.in tex.& glo.ad Treb.quod eſt ſingula-
re,& iſta lectura vtilior eſt quàm præcedens. Tene menti.

---

1 *Qui tenetur ad quantitatem reſpectu certæ ſpeciei, interitu illius ſpeciei liberatur.*
2 *Qui tenetur ad quantitatem reſpectu certæ ſpeciei,quando interitu illius ſpeciei non liberetur à quantitate.*
3 *Re debita perempta, qualiter poſſit eius valor declarari, ſeu probari.*

1 **§.Si tibi ſeruus legatus.** † Qui tenetur ad q̃-
titatẽ reſpectu cer-
tæ ſpeciei,interitu illius ſpeciei liberatur. hoc dicit, & dicit Dy.
quòd non eſt alibi. Tu dic quòd immo ſ.eo.titu.l.Titiæ textores.§.fi.& l.electio.§.ſi is.de noxa.& l.ſi ad libertatem. † & limi-
ta ſi non interuenit mora debitoris.vt d.l.Titiæ.§.fi.Item quan-
do tenetur ad quantitatem incertam certificandam per reſpe-
ctum ad rem, puta ad pretium,ſecus ſi ad certam l.vir vxori.de
dote prælega.Idem ſi aliter eſt certificanda, vt in noxali quæ da-
tur ad emendationem damni, & ſic ad quantitatem incertam,
ſed

ſed debitor liberatur dãdo ſeruũ pro noxa. ſed liberatur ſeruo
mortuo ante moram,vt in iuribus ſ. alleg. videbatur contrariũ
per l.incendium.C.ſi cer.pet.ſed ibi quantitas erat in obligatio
tione ſimpliciter,non reſpectu ſpeciei,facit ſ.loca.l.in naue ſau
3 felli,.† ſed an in caſu huius §.ſi velles tradere ſeruum,& nõ pre
tium, liberaris ab obligatione quantitatis? fortè ꝙ ſic argu. in-
fra eo.l.filiusfami.§.apud Marcellum.circa fi. ibi certè erit lega
tarius &c.quaſi quantitas in obligatione, & ſeruus in ſolutio-
ne,ex quo fuit grauatus per modum de quo hic, & ſicut in no-
xali,& eſt ratio fortè quare liberatur interitu ſerui. Alii dicunt
quòd ideo quia poſt mortem ſerui non poterit quãtitas decla
rari, ſed certè poſſunt eſſe teſtes qui deponant quantum res va
lebat, & ſic iſta ratio non videtur bona.

---

1 *Legata & fideicommiſſa non ſunt tradenda executori teſtamenti ante-
quam fienda ſit executio,ſed cauendum eſt ſibi vel legatarijs de dan-
do adueniente tempore.*
2 *Vnus hæredum poteſt conſtitui executor.*
3 *Annus qui datur executori vt exequatur,& ſi non fuit exequutus, exe
cutio deuoluitur ad Epiſcopum,ſi erant legata ad pias cauſas, & in
legatis conditionalibus,vel in diem non incipit annus currere.*
4 *Cautio legatorum in diem,vel ſub conditione poteſt præſtari executori
teſtamenti,& ſi præſtita eſt ſibi,non eſt præſtanda legatarijs.*
*An executor teneatur cauere de exequendo.*
*Qñ hæres poſſit præuenire executorẽ,& ꝑ ſeipſum executionẽ facere.*
5 *Si hæres tradidit executori,an liberetur a legatarijs.*

1 §. Si ſcriptus. † Legata & fideicõmiſſa non ſunt tra
denda executori teſtamẽti antequam
fienda ſit executio,ſed cauendũ eſt ſibi vel legatarijs de dando
adueniente tpe.h.d.not. Facit in rõne ſui.l.nec ſemel.§.ſi in ha-
bitatione.ĩ.qñ di.le.ce.& l.Firmio.§.fi.& de leg.3.l.ſi legatarius.
2 §.fin.¶.† In tex.ibi,[rogatus ſit percipere, &c.] per hoc videtur
conſtitutus executor,& ſic no.ꝙ vnus hæredũ poteſt conſtitui
executor, quid ſi non iuſſit percipere,ſed conſtituit ſimpliciter
executorem? Rñdeo,idem eſt,vt percipiat & reſtituat,vt no. in
l.alio.de ali.& ciba.lega.¶In tex. ibi [cum conditio extiterit.]
quia nec ante eſt fienda executio, ergo interim non debet eſſe
apud executorem qui nullum cõmodũ debet ſentire, vt l. Sul-
pitius.de do.inter vi.& vxo.& l.creditor. §. ſi inter mandati. Idẽ
3 ſi legata conſiſtebant in diem. † Ex his no.ſm Bal.ꝙ annus qui
datur executori vt exequatur, & ſi non fuit executus, executio
deuoluitur ad Epiſcopũ,ſi erant legata ad pias cauſas c. tua no-
bis.de teſt.in legatis conditionalibus,vel in diem nõ incipit an-
nus currere,quia non valenti exequi vt hic,non debet currere,
arg.l.j.in fi.de anna.excep.ſicut nec ignoranti.vt no.per Bar. in
l.genero.de infa.ſimile not.etiam per Bal.ſ.eo.l. fideicommiſ-
4 ſum. †¶ In fi.tex.ibi,[aut ei aut is,&c.] No.dum dicit [aut ei.]
ꝙ cautio legatorum in diem vel ſub conditione poteſt præſta-
ri executori teſtamenti, & ſi præſtita eſt ſibi, non eſt præſtanda
legatariis,quod eſt notandũ,ſed ꝰ, an executor teneatur caue-
re de exequendo? dic vt ĩ.ſi cui pluſquam per l.Falc.l. Diuus. in
tex.& gl.& per Bar.Item dum dicit [aut is.]patet ꝙ hæres poteſt
præuenire executorẽ,& per ſeipſum executionẽ facere,ad hoc
ĩ.de bo.lib.l.ſi libertus ſub conditione.§.1.& in Auth.de eccle.
titulis.§.ſi quis in nomine.& not.Bal.in l.nulli.C.de epi.& cler.
quod eſt verum ſi ſunt certa & determinata,ſecus ſi erant deter
minanda arbitrio executoris,vel reſpectu quantitatis, & perſo-
narũ,ut ſi fuerint relicta pauperib. quos executor elegerit, nã
a antequam eligat non põt hęres ſoluere,ª ſed poſtq̃ ſunt electi,
poteſt,quia non reſtat niſi executio facti,quæ non refert ꝑ quẽ
5 fiat,facit c.ſi cui.de pręben.in 6.† Quid ſi hęres tradidit execu-
tori,an liberetur a legatarijs? vide in addi. Spec.de inſtru.edi.§.
nunc vero aliqua.in addi.quæ incipit hic congruit &c. & vide-
tur caſus in l.liberto.§.largius.de annuis legatis.

ADDITIO.

a ¶Soluere. Adde vt per Pet.de Ancha.conſi.384.inci.In Chriſti nomine,
primo & ante omnia.

---

1 *Etiam ille qui percepit commodum ex teſtamento,ex mortis cauſa capio
ne,ideſt gratia conditionis implendæ poteſt grauari.*
2 *Quod ille dicatur a me habere,cui potui auferre,& non abſtuli.*

1 §. Cui ſtatuliber. † Etiam ille qui percepit com
modũ ex teſtamento, ex mor-
tis cauſa capione.i. gratia conditionis implendæ poteſt graua-
ri.h.d. Ratio dubitandi erat, quia ille poteſt grauari in vltima
voluntate qui aliquod commodum pecuniariũ percipit. ſ. eo.
l.planè.la 2.§.fi.ibi,quod ex teſtõ,&c. ſed qui percipit cauſa cõ-
ditionis implendę,nõ percipit ex teſtõ,ſed occaſione teſtamẽ-
ti,ideo dr̃ mortis cauſa capio,non donatio cauſa mortis, vel le-
gatum.l.quod conditionis.de do.cauſa mor.quod.n.eſt in con
ditione,non eſt in diſpoſitione.l.ſi quis ſub cõditione.ff. ſi quis
omiſ.cã teſta.& longa videbat̃ eſſe dr̃ia inter perceptionẽ ex te-
ſtamẽto & pp teſtm̃,quia ex, denotat cãm proximã,ſed pp,cau
ſam remotã.l.eo tpe.§.fi.de pec.& l.vnica.C.ſi ſeruus extero.cõ-
trariũ dr̃ per rationem quæ ſequitur quam no. quia facit ꝑ eo
2 quod no.gl.& ibi dixi in l.ſi fundum per fideicõmiſſum.§.fi.† ſ.
eo.qđ ille dicatur a me habere cui potui auferre, & nõ abſtuli.

1 *Fideicommiſſum iniũctum legatario ſuper re legata,ſoluitur modo quo
percipitur.ſ.cũ diminutione ſi fuit defalcatũ,ſed relictũ i re propria
legatarij ſoluitur integrum,licèt legatum fuerit defalcatum.*
2 *Quando onus iniũgitur ſuper re legata,appellatur onus intrinſecus,ſed
ſuper alia re,appellatur extrinſecus.*

LEX C.

1 SI mihi Stichus. †Fideicommiſſum iniun-
ctũ legatario ſuper re lega
ta,ſoluitur mõ quo percipit̃.ſ.cũ diminutione ſi fuit
defalcatum,ſed relictum in re propria legatarij ſolui
tur integrum,licèt legatum fuerit defalcatum.h.d.vide bonam
gl.in l.facta.§.ſi Titius.ad Treb & l.Plautius.de condi.& demõ.
2 & quod ibi per Bar.†& no.ꝙ qñ onus iniungitur ſuper re lega-
ta.gl.appellat onus intrinſecum,ſed ſi ſuper alia re,appellat ex-
trinſecum,vt in iurib.ſ.alle.¶In gl.ibi,[ſep ꝰ.] ſ.ad id id quod
hic dr̃,ꝙ ſi eligo dare Stichũ quẽ habui diminutis, tenear dare
totam partem quã recepi,ſed imò vr̃ ꝙ non totam, ſed poſſim
mihi minuere,ſicut mihi fuit per hæredem minuta. vt in l.pœ-
nales alleg.in glo.Gl.ſoluit,quia ibi in quantitate, hic in ſpecie
indiuiſibili loquit̃.Dy.reprehendit,quia idẽ quod hic locũ ha-
beret in quãtitate.l.maritus.§.fi.ad l Fal.ſecundo,quia reſpectu
dñij ſeruus non dr̃ res indiuiſibilis.Dic ergo ꝙ ibi fuit legatari⁹
rogatus de parte rei legatę,hic de tota.nã ibi legata fuerunt 30.
& rogatũ fuit dare xv. ſi hæres detraxit quartam.ſ. vij.cũ dimi-
dia,non teneor dare tibi,licèt poſſum integra xv. quia vij.cum
dimidia cenſent̃ detracta non ſolũ de xv. quæ erant penes me
remanſura ſi Falcidiam non minueret,ſed etiã de xv.quę erant
ad te peruẽtura.vnde detraham tertiam, & dimidiam alterius
dimidiæ.habebis ergo xj.& tres quartas,& tantundem mihi re
manebit,ſecus ſi eſſet grauatus reſtituere tota xxx.quia omnia
quæ ad me perueniſſent haberem reſtituere, vt hic dicitur, &
eadem ratione ſi hic eſſem rogatus reſtituere dimidiã Stichi,
non haberem totam tibi reſtituere,ſed eatenus de tua dimidia
poſſem detrahere,quatenus eſt detractum de mea.

LEX CI.

Seruus ab hoſtibus. Iſtam l.declara vt ſ.eod.l.
id quod apud hoſtes.

---

1 *Ille cui legata eſt optio ſerui põt optare etiam ſeruũ alteri legatum ſpe
cialiter,ideo antequam optet ille cui eſt ſpecialiter legatus, nõ habet
niſi partem,quia ſi contingat ipſum optari,ambo concurrent in eodẽ,
& facient ſibi partes per concurſum.*
2 *Si vni legatur ſpecies,alteri totum genus,vt lego tibi Stichum,& ſer-
uos meos tali & in genere,non comprehenditur Stichus.*
3 *Quid ſi vni legatur ſpecies certa de genero,alteri ſpecies incerta de eodẽ
genere certificando per eum uel alium.*
4 *Si Papa mandauit conferri tali præbendam, quam duxerit acceptandã
in tota prouincia uel diœceſi, & alteri mandauit conferri præbendã
quam duxerit acceptandam in tali eccleſia einſdem prouinciæ, & ua
cet prębẽda illius eccleſię in qua primus uult preferri,quòd ipſe pri-
mus preferatur.*
5 *Si poſt gratiam primi vacet præbenda quam Papa alteri conferat, non
facta mentione de primo expectante qui poterat acceptare,tanquam
ſub repetiti a non ualet,& quando.*

LEX CII.

1 SI domino. †Ille cui legata eſt optio ſerui, po
teſt optare etiam ſeruũ alteri lega
tũ ſpecialiter. ideo anteq̃ optet ille cui eſt ſpecialiter
legatus,non habet niſi partẽ,quia ſi cõtingat ipſum optari,am
bo concurrent in eodẽ,& facient ſibi partes per concurſum.h.
d.not.¶In tex.ibi [optio data.] ſub.quæritur an dñs petere poſ-
ſit totum Stichum cum adhoc ſeruus eius nullũ optauerit? Et
rñdet ꝙ non,ſed dimidiã,attento ꝙ euenire põt, quia põt ſer-
uus effici liber anteq̃ optet,et poſtea Stichũ optare.quo caſu fin
geretur ſibi legatus,& ſic duobus,tam dño q̃ ſeruo facto libero,
& ſibi facerent partem per concurſum.¶In tex.ibi,[pertinere]
.ſ.in effectu,nam mero iure totus vr̃ ad ſe pertinere,qa erant di
ſiuncti verbis,& coniuncti re,& ſic cuilibet inſolidum vr̃ lega-
tus.vñ ab initio non fuerũt partes factæ, ſed fiũt ex poſtfacto ꝑ
concurſum.l.planè.la j.§.ſi ꝯiunctim.ſ.e.nõ tñ dñs interim ad-
mittet̃ niſi ꝑ parte. Sed ꝰ.C.de cad.tol.l.i.§.ſi verò non omnes.
vbi vr̃ ꝙ ſi vnus coniunctus re, & diſiunctus verbis venit, & to-
tam rẽ petitur,debet ſibi aſſignari.& ſi alius veniat, auferet ſibi
partẽ.Sol.poteſt dici,ꝙ ibi qñ non cõſtat iudici ꝙ alteri fuit le-
gata,ſed ſi conſtat,quia ex illa ſcriptura producta apparet, locũ
habet quod dr̃ hic, ꝙ ad inſtantiã hr̃dis non cõdemnet̃ niſi ad
partem,vel ibi nõ apponebatur hr̃s.hic ſecus,& hic vr̃ caſus de
q.gl.in l.2.ſi pars hær.pet.qñ vnus purè inſtituitur,alter ſub cõ-
ditione,vel vna res relinquitur duobus,vni purè,alteri ſub con
ditione,an cõdõne pẽdente ille cui purè eſt relictũ,habeat totũ
an partẽ,& fuit cõtẽtio inter antiquos gl.& tangit ꝑ gl.& Doct.
in §.ſi coniuncti.& tex.iſte probat ꝙ ẽt ſi diſiuncti verbis.& ſic
cuilibet vr̃ aſſignata, tñ nõ habet niſi partẽ,& multũ facit iſta l.
¶Nũc op.ꝑ declaratione gl.ꝙ dñs cui ſpecialr̃ fuit legatus to-
tum hẽat,& ꝙ factus liber non poſſit illũ ſeruũ optare,quia ſẽ-

bi fuit legatũ in gñe de ſeruo quẽ optauerit.ſ.eo.l. legato gene
raliter.de quo genere vr̃ exemptus ſeruus dño ſpecialiter lega-
tus ꝑ regulã generi ꝑ ſpeciem.l.vxor.§.feliciſſimo.ĵ.tit. 1.gl.dicit
debere intelligi ꝙ in hereditate nõ erant niſi duo ſerui, & ſic vr̃
ſenſiſſe,ꝙ poſſit illum optare,aliàs fruſtra optionem legaſſet,
ſecus ſi eſſent plures,vt in contrario,quæ ſolutio in ſeq.eſt vera
quantũ ad primum dictũ ſed eſt diuinatio.ad ſm nõ eſt vera,
2 ſed reiecta alia ſol.glo dic, † aliqñ vni legatur ſpecies, alteri to-
tũ genus,vt lego tibi Stichum,& ſeruos meos tali,& in gñe, &
3 non compræhenditur Stichus,ita loquitur contrariũ. † Aliqñ
vni legatur ſpecies certa de genere, alteri ſpecies incerta de eo-
dem genere certificando per eum,vel alium,& iſtud non dr̃ le-
gatũ gñis,ſed bene dr̃ gñaliter factũ, quia de qualibet re in ge-
nere ↄtenta vt loquitur hic, nam habet locum illa regula, nec
illa ſpecies eximitur de genere, imò in illa ſpecie poſſunt con-
4 currere. † ex hoc determinatur quæſtio, ſi Papa mandat cõfer-
ri tali p̃bendã quã duxerit acceptãdã in tota ꝓuincia, vel diœce
ſi,& alteri mandauit ↄferri præbendam quam duxerit acceptã
dam in tali eccleſia eiuſdem prouinciæ,& vacet præbẽda illius
eccleſię in qua primus vult præferri, ſecundus dicit ſe præferen
dum,tanq̃ habeat gratiam ſpecialem in c.quamuis. de preb.in
a 6.non põt dicere hoc, imò præfertur primus [a] per iſtum tex. u-
5 bi eſt caſus,ad quod l.cum ita. & l. ſi hæres. de op. leg. † eodem
mõ ſi poſt gratiam primi vacet præbẽda quã Papa alteri confe
rat,nõ facta mẽtione de primo expectante,qui poterat accepta
re, tanq̃ ſubreptitia nõ valet,& videte caſũ in c.ex ꝑte N.de of.
deleg.q̃ deciſio fundat̃ in iſtis tex.& hoc qñ ↄſtat de prioritate,
& poſterioritate impetrãtiũ, aliàs dic vt in c.duobus.de reſcrip.

ADDITIO.

a ¶Primus. Adde vt per Oldr.conſi.188.

LEX CIII.

SI mihi. Qñ circa eandẽ rẽ concurrit diſpoſi-
tio teſtatoris,& hr̃dis, ſola prima attẽ
ditur.h.d.non.n.vr̃ legatarius habere ab hærede,
qui ex neceſſitate fecit, cũ teneretur ex primo te-
ſtamento,ſed a primo teſtatore,qui fecit ex volũ-
tate,& ſi legatũ primũ factũ in primo teſtõ eſſet conditionale,
vel in diẽ,& factũ ĩ teſta.hæredis eẽt purũ, & ſic legatarius inci-
peret habere ex teſtõ heredis,adueniente die vel cõditione mu
tat ſibi cauſam dominii,& deſinit habere ex teſtamento here-
dis,& incipit habere ex primo teſtamẽto.l.fundo.ad l.Fal. ¶In
tex.ibi,[ex teſtamento Sempronij,] quia legatum hæredis non
valet,cũ nullam afferat vtilitatem.l. quoties duplici. de reg. iur.
Dyn.ad hoc infra tit.j.l.vnum ex familia.in prin.ibi,& ei quem
eligit fruſtra teſtamento ſuo legat,& ibi eſt expreſſum.

LEX CIIII.

1 SI ſeruo meo. † Si eadem res legatur dño,
& poſtea ſeruo eius, vel ecõ
uerſo duo ſunt legata, & ſi repudietur ex perſona
ſerui põt acceptare ex perſona propria.h.d. Sed an
poſſit acceptare ex pſona vtriuſq;, vt primo hẽat
æſtimationem,poſtea rem? vr̃ ꝙ ſic infra eo.l.ſi ſeruus.§.j.ſed ibi
in teſtamentis diuerſorũ prorſus, ſecus qñ in teſtamẽto unius
vel duorum, qui pro uno reputantur.l.huiuſmodi.§.j.ſ. eod.

1 *Legatum factum ſeruo proprio cui libertas inutiliter data erat,non va-*
*let,ſicut ſi nullo modo fuiſſet data.*
2 *Paria ſunt aliquid non eſſe factum,& factum eſſe inutiliter.*
3 *Sicut minor ſine decreto immobilia non poterat alienare, ita nec dare*
*libertatem,& quid hodie.*
4 *Legatum inutile à principio mixta conſideratione legantis & legatarij,*
*ex poſtfacto non reconualeſcit,licèt ceſſet cauſa inualiditatis.*

1 SI minor. † Legatũ factũ ſeruo proprio cui liber
tas inutiliter data erat, non valet ſicut
2 ſi nullo modo fuiſſet data.h.d. ¶ † Not. ꝙ paria ſunt
aliquid non eſſe factum,& eſſe inutiliter.& ſic ſ.qui ſatiſd.cog.
l.quoties. & quod cuiuſ.vniuer.l.3.§. quibus. & l. non putauit.
3 §.non quæuis. de contratab. ¶ In tex. ibi, [manumiſerit,] ſub.
inter viuos,vel in vltima voluntate,& ſic nota,ꝙ ſicut minor ſi-
ne decreto immobilia non poterat alienare, ita nec dare liber-
tatem, quia eſt irreuocabilis, & hoc in minore xx. annis, ho-
die verò aut inter viuos, & idem: aut in vltima voluntate, &
4 illud reſtringitur in glo.vt patet in alle.in eadem. † Item no. ꝙ
legatum inutile a principio mixta conſideratione legãtis & le-
gatarii ex poſtfacto non reconualeſcit,licèt ceſſet cauſa inuali
ditatis propter regulam Cato.l. cætera.§.j.ſ. eod. & iſta eſt me-
lior ratio quàm illa quam ponit glo.ſecundùm Dyn.

1 *Tunc dicitur fides tacita accõmodari de reſtituendo incapaci quãdo per*
*priuatam cautionem quis ſe obligat teſtatori, nec fuit in teſtamento*
*vel codicillis grauatus.*
2 *Leges quæ dicunt quòd accõmodans fidem tacitam priuatur hereditate,*
*debent intelligi quando accommodat ſe obligãdo, ſecus ſi ſimpliciter*
*pollicendo.*
3 *Quando plus puniatur qui palam facit, quàm qui clam.*

LEX V.

a IN tacitis. [a] † Tunc dr̃ fides tacita accõmoda
1 ri de reſtituendo incapaci qñ ꝑ pri
uatam cautionem quis ſe obligat teſtatori, nec fuit
in teſtõ vel codicillis grauatus.h.d. Et ſcias ꝙ talis pu
nitur in hoc,quia ſibi aufertur hæreditas vt ab indigno, & ap-
plicatur fiſco,¶In tex.ibi,[neq; teſtõ,neque codicillis &c.] Idẽ
ſi in eis,taliter tñ ꝙ non põt intelligi.ĵ.eo.l.Lucius.§.in teſtõ.&
l.ita fidei.de iure fiſ. ¶In tex.ibi, [domeſtica cautione.] i. priua
ta ſcriptura.idẽ ſi publica,ſed ſecretè facta, vt adhibito notario
amico teſtatoris,& teſtibus ſimilibus,ſecus ſi palam & publicè
ſe obligaret.l.non intelligitur.§.j.de iure fiſci.& ibi no.per Bar.
2 ¶ † In tex.ibi,[obligaret ſe.] No ſm Bal.ꝙ leges quæ dicunt,ꝙ
accommodans fidem tacitã priuatur hereditate,debent intelli-
gi quando accõmodat ſe obligando,ſecus ſi ſimpliciter pollicẽ
do,quod eſt ſingulare ſm eũ,vel dic idem eſſe cũ ſua fides, ſeu
confeſſio ſufficiat ꝙ fidem accommodauit,licèt non probetur
alia promiſſio,vt no.per Doc.in d.l.nõ intelligitur.§.tacitè.¶In
tex.ibi [ei qui capere non poteſt.] no.ꝙ aliquid requiritur vt pu
niatur, ſcilicet ꝙ ille cui debet reſtitui ſit incapax, ſecus ſi eſſet
3 capax.l.j.de delato.lib.x. ¶ † Sed opp. ꝙ plus punitur qui palã
facit quàm qui clam.l.palam.de ritu nupt.Solu.ibi in his q̃ ſunt
de natura prohibitorum, vt furtum, & ſimilia, ſed hic in his
quæ ſunt regulariter de natura permiſſorum, licèt quãdoque
fallat, vt reſtituere hereditatem, qui eſt actus licitus,ſed ſi reci
piens eſt incapax, eſt illicitus: tunc plus punitur clam faciens,
quàm palam, quia magis præſumitur, ita no.in l.fi.de ri.nupt.
l.non intelligitur.in prin.de iure fiſci.

ADDITIO.

a ¶In tacitis, Vide Bal.in l.eam quam. C. de fideic Bene. Capram conſi.88.

1 *Si teſtator aliquem ex hæredibus eximit ab onere legatorum, alij tenen*
*tur ad integrum onus.*
2 *Onus legati cenſetur cuilibet hæredum appoſitum pro parte hæredita-*
*ria,niſi aliquis excipiatur.*
3 *Si aliqua communitas debet ſoluere ſuperiori certam quantitatẽ deſtri-*
*buendam inter homines illius per ſolidum & libram,& inde ſuperior*
*aliquos eximit ab onere ſoluendi,cæteri habebunt ſoluere totum.*
4 *Quando occurrit interpretatio circa verba teſtatoris obſcura,vide an cõ*
*gruat verbis & proprietati verborum,& non repugnet intẽtioni,ſed*
*ſit veriſimile ꝙ ita voluerit.*
5 *Si habeo plures debitores,& vnum libero,an mihi præiudico in alijs.*
6 *Quando vni hæredi iniungitur onus,ſi duo concurrant, ꝙ portio ſua non*
*ſufficiat ad illud grauamen,& verba ſint dubia,partim relata ad per*
*ſonam,partim imperſonaliter prolata,ꝙ ille non teneatur ad integrũ*
*onus, ſed videatur cõſtitutus executor,vt habeat ſolus curam facti,*
*& expenſa ſit communis.*

LEX CVI.

1 AB omnibus. † Si teſtator aliquem ex hære-
dibus eximit ab onere legato-
rũ,alij tenẽtur ad integrũ onus.h d. ¶In tex. [quiſqs
mihi,&c.] iſta verba tm̃ important quantum ſi dixiſ
ſet grauo oẽs heredes meos dare Titio centũ,vt in ver.oĩbus.&
ſic dictio,quiſquis,licèt ſit diſtributiua,reſoluitur ĩ collectiuã.
vñ ſimul ad centũ tm̃ tenentur,non quilibet ad c.in totũ,quia
quilibet non eſt heres in totũ,& diſtributiuum dup. ſicut actũ
primi verbi ttribuit cuilibet ꝓ parte, ita & actũ ſecundi.l.ſi quis
in fundi.§.fi.ſ.eo.ſecus ſi inſolidũ.ſ.eo.l.qui filiab.§.j. ¶ In text.
2 ibi[tota.c.deberent.] videbatur contrarium, quia onus † legati
cenſebatur cuilibet appoſitũ pro parte hereditaria.d.l.ſi quis.§.
fi.licèt ergo vnus ſit exemptus non videbatur aliis preiudicare,
vt onus eorum creſcat.l.legatorũ.in prin.ĵ.tit.j.& l.3.§. fi. de ali.
leg.Sed ibi qñ vnus hæredũ efficeretur non ſoluendo,& ſic exi-
mitur ab onere non facto teſtatoris. hic facto teſtatoris, qui po
tuit facere in præiudiciũ aliorũ, & eſt perinde acſi a principio
dixiſſet,quiſquis mihi heres erit excepto tali, det Titio c. qa sũt
paria a principio limitatè diſponere, & ex poſtfacto diſpoſita
3 limitare,& inducitur ad q. † Si aliqua cõitas debet ſoluere ſu-
periori certam quantitatẽ diſtribuendam inter homines illius
per ſolidũ & librã,& indè ſuperior aliquos eximit ab onere ſol
uendi, ceteri habebunt ſoluere totũ,nõ deducta parte illorũ,
quia a principio potuit illos grauare in toto, ergo & tũc exime
re in eorum preiudicium ſm Iac.de Arena & Bal. Sed cõtrariũ
determinat Spec.in tit.de cenſi.§.nunc.ver.quid ſit vniuerſitas,
& Gul.in l.ſi vnus.§.& generaliter.ſ.de pact.& Ioan. And. in ca.
peruenit.ſeu in c.non minus.de immu.eccle. quòd immo de-
ducitur pars illius, quia non debuit in grauamen aliorum illũ
priuilegiare.nec ob.iſte tex.licèt ipſi non reſpondeant,quia te-
ſtator alios a prin.& ex poſt facto poterat grauare ſine eorum
iniuria,quia conſequebantur commodum hæreditatis ab eo.
ſed in caſu propoſito grauantur alij abſq; eo ꝙ cõmodum ag-
grauantis recipiant,ideo in præiudicium aliorũ non debuit il-
a los eximere,[a] ſed in preiudiciũ ſuum potuit, & hoc ſi quãtitas
erat

ADDITIO.

a ¶Eximere. Adde eundem Pau.conſi.184. Anch.conſi.251.

erat ſoluenda ſuperiori eximenti,ſed ſi alteri,'puta imponenda
eſt collecta pro ſoluendo ſalarium poteſtatis,ſi vnus eximitur,
non debuit eximi in præiudicium poteſtatis, ideo alij tenebun
tur inſolidũ. Et ad hoc inducunt Bar.& Bal.iſtũ tex.& non al-
4 legant quæ ſ.dixi,ſed reducas ad concordiã,vt ſ.dixi. ¶ † In tex.
ibi, [cum ad ſignificatio.] No.iſta verba,quę centies allegaui in
conſiliis quando occurrit interpretatio circa verba teſtatoris
obſcura.vide an congruat verbis & ꝓprietati verborum, & nõ
repugnet ĩtẽtioni,ſed ſit veriſimile ꝙ ita voluerit, & ſi aliquod
iſtorũ deficit,non facias eam.ad hoc j.de adul.l.miles.§. quidã.
¶ In glo.ibi.§ libertus.Sol.ibi legata erat res hr̃ditaria, & ita eſ-
ſet hic,quia cæteri tenerentur ad portiones quas habent in eis,
non vltra, ſed hic legatum conſiſtebat in pecunia,quã integrã
alii poterant deducere de partib.eorũ.l.cũ pater.in prin. & l.de-
ducta.§.nummis.ad Treb.¶ In gl.ibi,[ſi pupillus.]Dic ꝙ ibi pu
pillus quondam illos non potuit liberare in prędiudicium alio-
5 rum,ſed hic poterat teſtator in præiudicium aliorum. ¶ † In
gl.ibi,[cum ab vno.] illa potius cõcordat,ſed quęro,quid ſi ha-
beo plures debitores,& vnũ libero? Reſpondeo,aut tenentur ꝓ
parte,& mihi præiudicio,non aliis. Aut inſolidũ, tũc aut habe-
bant beneficium diuiſionis, vel ceſſionis, vel vtilis actio. & idẽ
d.l.ſi pupillus.Aut nullum iſtorum,& liberando vnum rema-
net actio cõtra alium, & ſic ſibi fit præiudiciũ, quia vbi primo
poteram alium conuenire,& eo ſoluente liberaretur, nunc nõ
poſſum,& ſic iſte non liberatus habebit ſoluere, vt in l. allega-
ta in glo.de fideiuſ.l.ſi ſtipulatus,& quod not.in l. in his. de ſol.
¶ Vltimò ex gl.op.ꝙ cęteri non teneantur inſolidum ſed ꝓ por
6 tionibus eorũ.l.Titius hęredis.de leg.3.Sol.ibi eſt caſus no.†qñ
vni hæredi iniungitur onus,ſi duo cõcurrant, ꝙ portio ſua nõ
ſufficiat ad illud grauamẽ,& verba ſunt dubia,partim relata ad
perſonam,partim imperſonaliter prolata, ꝙ ille non teneatur
ad integrum onus,ſed videatur conſtitutus executor, vt habeat
ſolus curam facti, & expenſa ſit communis,& illum caſum te-
ne menti, quia ſæpe contingit ꝙ teſtator vnum hæredem gra-
uat facere monumẽtum,vel aliud,an teneatur facere ſumptu
proprio,vel communi hęredum aliorum colligitur ibi.

1 *Legatario mortuo ante exiſtentiam conditionis poſſibilis legatum extin guitur,ſecus in conditione impoſſibili.*

1 §.In teſtamento. † Legatario mortuo ante exiſtẽ
tiam ꝯditionis poſſibilis legatũ
extinguitur,ſecus in ꝯditione impoſſibili.h.d. ¶ In tex.ibi, [nõ
deberi.] Idem ſi fuiſſent reſtitutæ tabulę, tñ non fuiſſet facta li-
beratio per accepti.quę ẽt erat fienda.ſ.eo.l.hmõi.§. ſi ita. verſi.
quare. Nec ob.ſi dicatur,illa vr̃ tacita conditio, quia nõ fuit ex-
preſſa,quæ nõ impedit legatũ cedere. l. ꝯditiones extrinſecus.
de ꝯdi.& demon.imò non eſt conditio tacita, & diuerſa ab ex-
preſſa.Sed eſt effectus & virtus expreſſæ ſm Bal.vnde ſicut defe
ctus expreſſæ perimit legatum,ita defectus iſtius effectus. ¶ In
tex.ibi,[faciendi] ideſt facti,idem tñ ſi extabant tũc, & deſierũt
extare.d.§.ſi ita.ſed in præcedenti caſu clarius eſt,quia ſi tempo
re teſtamenti non extabant,conditio de illis reddendis erat im-
poſſibilis,ergo pro non apposita hr̃.l.obtinuit.de ꝯdi.& demõ.
quod intellige ſi teſtator ſciebat ꝙ erat impoſſibilis,vel dubita-
bat,an extarent,vel non,ſed ſi putabat extare, & ſic eſſe poſſibi
lem,defectus conditionis vitiat ac ſi eſſet poſſibilis.l. ſeruo ma-
numiſſo.de condi.inde.licèt autem defectus cõditionis expreſ-
ſæ de qua hic,qñ erat impoſſibilis,non vitiet,vt j.ſequitur.ſi ta
men liberatio quæ potuit fieri non fuit facta, bene vitiaret, ita
intellige gl.fi.quæ eſt hic.Collige ergo quatuor caſus,aut extãt
tabulę,& etiam ſubſiſtit debitum,& non purificatur legatum
niſi tradãtur tabulę,vt hic,& fiat liberatio per accept. à debito.
vt in d.§.ſi ita.& ſi prius decedat,non tranſmittit,aut non extãt
tabulę,nec debitum,& conditio reijcitur tanquàm impoſſibi-
lis aut extant tabulę,ſed non debitum,quia erat ſolutum,& re-
quiritur reſtitutio tabularum,ſed alia liberatio non requiritur
ſi erat liberatus ipſo iure,ſecus ſi per pactum, quia ſua intereſt
liberari per accept.Aut econuerſo extat debitum,non tabulę,
& tunc requiritur liberatio,& illa ſufficit,ſiue tẽpore teſtamen
ti non extabant,vt hic,ſiue deſierunt poſtea extare.d.§. ſi ita.

1 *Si omnes hæredes grauati ſunt dare vni ex eis appellatione grauatorũ continetur ẽt honoratus,& econtra,ſi vnus grauatur dare omnibus, appellatione honoratorum cõtinetur grauatus,ſed ſi omnes, omnibus inuicem fit compenſatio,& grauamen tanquam inutile non valet.*

2 *Si imponitur collecta hominibus vnius villæ pro ſoluendo vni ex eis debitum,pro quo villa ſibi tenebatur, quòd etiam ille pro collecta quæ imponitur, contribuere debeat,& ſic deducta parte ſua ſoluetur ſibi debitum,& vide nu.5.*

3 *Villa ſi tenetur emendare damnum datum ex forma ſtatuti, & datum vni de villa,ipſe etiam contribuet.*

4 *Si conſtitutio collegij vel canonicorum dicat quòd qui recipiuntur in collegium,vel canonicatum ſoluat x.diuidenda inter illos de collegio, an etiam ille qui dat,& recipitur,debeat habere partem ſuam.*

5 *Si teſtator legat vni ex hæredibus ſimpliciter decem ab hæredibus, an habebit integra decem.*

6 *Singularis numerus quandoque importat pluralitatem,quando non conſtat ꝙ poſſit referri potius ad vnum,quàm ad alium.*

1 §.Si Titio ita legatum fuerit, † Si om-
nes hr̃des
grauati ſunt dare vni ex eis,appellatione grauatorũ continetur
etiam honoratus,& eꝯ.ſi vnus grauatur dare omnibus, appl̃o-
ne honoratorum ꝯtinet̃ grauatus,ſed ſi omnes, omnibus inui
cem fit cõpenſatio,& grauamẽ tanq̃ inutile nõ valet.h.d. ¶ Po
nit tres caſus vt colligitur ex gl.fi.& ex ſummario,ſecũdus ibi,
2 [Item ſi iuſſus.]tertius ibi,[denique.]¶ † Primus caſus ponit̃ ad
qõnem.Si imponitur collecta hominib.vnius villæ pro ſoluen
do vni ex eis debitũ,pro quo villa ſibi tenebatur,ꝙ etiã ille ꝓ
collecta quæ imponit̃ contribuere debet in collecta, & ſic de-
3 ducta ſua parte ſoluet̃ ſibi debitũ.† Item ſi villa tenet̃ emendã-
re damnũ datũ ex forma ſtatuti, & datum ſit vni de villa, ipſe
ẽt contribuet pro collecta quæ imponet̃ pro ſoluẽdo ſibiipſi.
4 ¶ † Secũdus caſus inducit̃,ſi cõſtõ collegij vel canonicorum di-
a cat ꝙ recipit̃ in collegiũ vel canonicũ ſoluat x.[a] diuidenda in-
ter illos de collegio,ꝙ etiam ille qui dat & recipitur,debeat ha
bere partem ſuã,& ſic deducta ſua parte ſoluat x. Bal. vr̃ in hoc
caſu ſentire ꝯrium, qm̃ anteq̃ recipiatur non eſt de collegio,
vel numero canonicorum,vnde cũ condõ ſit implenda anteq̃
fiat, ſtatim facta ſolutione quæritur ius diuidendi antiquis de
collegio,& licèt recipiat̃,non minuitur ius q̃ſitũ primis, & hoc
plus placet.¶ Quid ſi iã erat receptus, ſed propter moram,vel
culpam ſuam condemnet̃ ad aliquam ſummam quã dicit ꝯſtõ
diuidendã inter Doc.collegij, an qui ſoluit habebit partẽ ſuã?
Doc.vñr tenere ꝙ ſic,quia ceſſat rõ Bal.ꝯrium puto, ex quo ſol
uit,propter ſuam culpam,& ſic in pœnam, vnde debet cedere
aliorum lucro,& nihil ad eum redire per l. id quod pœnæ. de
ſolu.& l.ſi pignore.ſ.de pig.actio.& per l.damni infecti ſtipula-
tio.in fi.de dam.infe. ¶ Vltimum caſum no. pro eo quod dixi.
ſ.eo.in l.planè.la prima.§.inde dicitur.verſi. planè ſi alter. nam
ſi omnes æqualiter fuerũt inſtituti,clarè procedit iſte tex. quia
tantũ quilibet grauatus eſt dare quantũ recipit ab eo. facit l.cũ
pater.§.a filia.j.tit.2.& l.ſi fundus legatus ſit.ad l.Falc.ſed ſi erãt
diſpariter inſtituti,eſt dubiũ, quia inſtitutus in maiori vr̃ gra-
uatus dare partem ſuam inſtituto in minori,& econuerſo ſi le
gata erat res hæreditaria,& ſic qui maiorẽ partẽ habet in hr̃di-
tate,minorẽ habet in legato,& ecõuerſo, & quid iuris ſit, dic
vt ibi,& quotidie teſtatores primo faciũt legata quibuſdam, &
poſtea hæredes inſtituũt,quid aũt importãt talia legata? dic ut
ibi dixi.Sufficit.¶ In glo.2.ibi, [§.ſi duobus ꝯ.] No.iſtam ſolu.
pro eo quod Bar.no.ſ.eo l.hmõi.§.ſi Titio.qui vult expreſſe ꝙ
§.ſi duob.non habeat locũ ſi legatũ conſiſteret in quantitate,
ſed loquat̃ qñ in re hr̃ditaria,tu dic quantũ ad terminos huius
§.idem eſſe ſi cõſiſteret in re hr̃ditaria.nam ẽt ſi diceret,quiſqs
mihi hr̃s erit talem fundũ det Titio vni ex hęredib.cęteri tene
rent̃ dare partes ſuas,in quib.valeret prælegatum, ſed in parte
Titij non valeret,vnde retinent iure hæreditario.Nec ob.ille §.
per quem vr̃ ꝙ nihil retineat,quia ibi vnus fuit inſtitutus, hic
plures.Item ibi vni inſtituto,& alteri tertio fuit res hr̃ditaria le
gata,vnde cũ legatum quantum ad ſuam partem nihil valet,to
tũ pertinet ad collegatariũ.hic non habebat collegatarium ad
quem pertineret portio ſua, in qua non valebat prælegatum.
5 ¶ † Quid ſi teſtator legat vni ex hr̃dibus ſimplr̃ decem, an habe
bit ab hæredibus integra decem? vr̃ ꝙ ſic,per ea quæ no.in l.cũ
pater.in prin.j.tit.j.& l.deducta.§.nũmis.ad Treb. & iura quæ
dicunt ꝙ prælegatum factum vni ex hr̃dibus nõ valet pro ſua
parte,videantur poſſe intelligi ſi fuit prælegata res hr̃ditaria in
qua habet partem iure hr̃ditario,vñ illam non põt petere a co
hærede iure prælegati,nec a ſe,cum alio iure habeat. ꝯriũ pu-
to verius per prin.§.iuncta gl.quia cenſet̃ factum ab oĩbus hæ-
redibus,ſicut ſi dixiſſet,quiſquis mihi hr̃s erit,& ſic ipſe nume
ratur inter grauatos,vnde deducta ſua parte petit reſiduũ.¶ Vl
timò ad q.illam de collecta, an contribuat ille pro quo impo-
nitur,ſi eſt de vniuerſitate.vide in addi.Spe.titu.de ſen.§.2. ver.
quid ſi tm̃.vbi refert q.Mar.de Fano, qui diſputauit, & allegat
6 Dy.in iſto §.No.† etiam in fi.in verbo (hæredi meo) quod expo
nitur.i.hęredib.ꝙ ſingularis numerus qñque importat plurali-
tatem,qñ non eſt conſtat ꝙ poſſit referri potius ad vnum q̃ ad
alium.ad hoc j.ti.j.l.ſi ita relictum.in prin.& quod ibi no. in gl.

ADDITIO.

a ¶ Soluat x.Adde Bart.conſi.incipiente cõtinetur ſtatuto ꝙ ſi damnum da
tur.Ioã.And.in c.cum nõ deceat.de elec.Io.And.in add.ad Spe.in rubri.
de ſol.& ad tex.hunc vide Bal.in l. Plautius.j.de cond. & demon.

2 *Conditio poteſtatiua quòd poſſit impleri in vltimo vitæ ſpiritu.*
*Legatum factum tibi cũ Titius morietur,quòd ſit conditionale,& quid in inſtitutione facta ſi Titius morietur.*

3 *Conditio appoſita in inſtitutione,an videatur repetita in ſequenti gradu,& quid in legatis.*

4 *Conditio ſi repudiaueris hæreditatem,non impletur cum incipis mori.*

1 §.Cum quidam. † Conditio ſi hęres nõ eris, im-
pletur cum incipis mori,etiam
anteq̃ ſis perfectè mortuus.ideo legatũ factum ſub illa condõ.

ne tunc cedit,& quia cedit te viuo,hęreditatem trãſmittit. h. d.
2 & vide pro hoc bonum tex.& gl.in l.fi.C.quãdo di.le.ce. † Hoc tñ eſt verũ,qñ aſcribitur voluntario hęredi, cuius volũtas requiritur vt hæres fiat,& illam perdit cum mori incipit,ſecus in neceſſario inſtituto, ſub conditione poteſtatiua , quæ vltimo vitæ ſpiritu poteſt impleri .cũ.n.ſua voluntas non requiratur qñ eſt pura vel purificata inſtitutio,qa efficitur hæres per legem, non dicitur deficere cũ incipit mori,ſed cũ perfectè mortuus eſt, qa conditio poteſt impleri vltimo vitæ ſpiritu.l.fi. poſt med. s̃. de condi.inſt.¶ In tex.,ibi [qñcunque mater eius deceſſiſſet. ] iſta inſtitutio fuit ꝯditionalis,vt ĵ.colligitur ibi, (ſub cõditione hæres ſcriptus &c.) Nam exponitur ſi & qñ mater morietur ipſo ſuperſtite,ſi ergo moritur inſtitutus ante matrẽ, deficit cõditio inſtitutionis,vt ĵ.patet.& no.ꝯ gl.quæ eſt ĵ.tit.j.l.ſi pecunia.§. fi. quę vr̃ velle ꝙ legatum factũ tibi cum Titius morietur,non ſit conditionale,qđ eſt falſum, vt hic eſt tex.in inſtitutione , vñ idẽ in legato,vt ſi lego tibi,vel ĩſtituo te ſi Titius morietur, licèt ſit certũ Titium moriturũ,quia non eſt certũ ꝙ te ſuperſtite.l.quibus diebus.§.quidã Titio.l.hæres meus in prin.de condi. & demon.l.cũ hæres.qñ di le.ce.¶In tex.ibi,[relicta fuiſſent.] Iſta legata habebant duplicem conditionẽ.ſ.ſi ſubſtitutus a quo erãt relicta,erit hæres ex ſubſtitutione, & in ꝯñam ſi inſtitutus non erit hęres ex inſtõne , aliàs ſubſtitutus eſſe non poſſet,& iſta vltima códitio impletur inſtituto moriente, ſed prima non,quia ſubſtitutus poteſt non adire,tñ pendentia illius conditionis cũ ſit tacita & legalis,non impedit diem legati cedere, etiam ſi fue
2 rit expreſſa.l.3.s̃.eo.& hoc circa fi. ¶ † In tex.,ibi, [ legatum deberi.] ꝯ hoc opponitur,nã iſtud legatum videbatur habere eãdem conditionẽ quam habebat inſtõ. ſ.ſi mater morietur ipſo viuente.l.auia.de condi.& demon.ſed ipſe moritur, auia viuente,ergo ſicut deficit inſtõ,ita & legatum. Solu. imò illa cõditio non ſubintelligitur,vt hic probatur,nec ob. l. Auia. quia ibi de legato facto ab eodem gradu inſtitutionis,hic a ſecũdo gradu. ſ.ſubſt.quod eſt ſingulare ſm Bar. & eſt limitatio illorũ iuriũ , ſed ꝯ, quia ꝯditio appoſita in inſtitutione,videtur repetita in ſecundo gradu.C.de cadu.tol.l.vnica.§.pro ſecundo. ſi ergo vr̃ repetita in ſubſtõne,ſimiliter in legato facto à ſubſtitutione. Sol. primũ dictũ procederet in legatis,ſecus in hæreditate,quia conditio caſualis,vel mixta nõ cenſetur repetita ĩ ſubſtitutione vulga. quia agit̃ de maiori p̃iudicio, quia eius defectus faceret quẽ decedere inteſtatũ ſi deficeret vterq; gradus,ideo non facit deficere niſi primũ,ita no.s̃.de hęr.inſti.l.ſed & ſi ſub cõditione , & no.gl.in l.ſi quis inſtituatur.eo.tit.ſatis colligitur hic. ¶ † Vltimò opponitur,ꝙ conditio ſi hæres non erit , nõ impleatur cũ incipis mori.l.miles ad ſororẽ.§.pro parte.ĵ.titu.j.iuncto eo qđ no.gl.s̃.eo.l.filio pater.Sol.ibi in conditione ſi repudiaueris hęreditatem. nã ſi prelegatur vni ex hæredibus , quantũ ad partẽ quã habet iure hęreditario cẽſetur factũ ſub cõditione ſi hæres non erit per repudiationẽ,vnde ſi decedit antequàm repudiet, licèt cum incipit mori efficiatur certum ꝙ nõ eris hæres , tamẽ quia nõ fuit facta repudiatio, ad hęredem nõ tranſmittit illam partem, ſed pro portionibus cohęredum benè tranſmittit.

1 *Hæres a quo eſt legata portio hæreditatis poteſt deducere ante partem id quod ſibi debebatur a defuncto, & de reſiduo tradere partem.*
2 *Per non confectionem inuentarij, an hæres perdat deductionem eius qđ ſibi debetur aduerſus fideicommiſſarium vniuerſalem.*

1 §.ſi ſocero. † Hęres a quo eſt legata portio hęreditatis poteſt deducere ante partem id quod ſibi debebatur a defuncto,& de reſiduo tradere partem.h.d.¶In tex.ibi, [legata fuiſſet.] hoc legatum importat fideicõmiſſum vniuerſale,quãdo enim relinquitur hęreditas, vel pars eius, nõ refert,quomodo relinquatur vel per modũ legati, vel fideicõmiſſi vtroque.n.caſu locũ habet Treb. l.mulier.§.fi.ad Treb.qđ dic vt ibi. ¶In tex.ibi, [deducta quoq; dote.] videbatur ꝯrium , quaſi debitum ſit extinctũ per aditionẽ hæreditatis iſtius ſoceri inſtituti,& creditoris. Sed dic ꝙ eſt extinctũ ad effectũ agendi, quia non poteſt agere ꝯ ſeipſum,non ad effectum retinẽdi aduerſus fideicom.vel legatariũ.l.in imponenda.ad l.Falc. quid ſi non confecit inuentariũ, vr̃ tunc extingui ad omnes effectus.l. fi.§.in cõputatione.de iure delib.ſed hoc eſſet verũ ſi vellet retinere aduerſus legatarios ſingulares,vel creditores, quia tunc retentio minueret legata, vel credita,quod facere non poteſt , cũ etiam de ſuo teneatur,ſic quãtum ad fideicõmiſſum vniuerſale, quia non minuit de fideicõmiſſo,cum conſiſtat potius in iure,ſi enim grauatus eſt reſtituere dimidiam hæreditatem, licèt deducat quod ſibi debet,& reſtituit dimidiã eius qđ reſtat, non minus dr̃ reſtituiſſe dimidiam ac ſi nihil detraxiſſet. cũ hęreditas conſiſtat in iure,non in corporib.& ſi nihil remaneret, ad-
2 huc poſſet reſtituere dimidiam,licèt inutilẽ.Tene menti.† quia aliàs vidi errare valentes viros,dicentes ꝙ per non confectionẽ inuentarij hęres perdit deductionem eius quod ſibi debetur aduerſus fideicom.vniuerſalem.per §.in computatione, qđ eſt falſum,& ita conſului,quod eis placuit poſtea , & fuerũt cõfeſſi,quia ratio eſt in promptu: nam de iure veteri hęres tenebatur inſolidum creditoribus,& tñ aduerſus fideicom.poterat deducere quod ſibi debetur d.l.in imponenda.& l.irritum. ad l. falc.

1 *Si vnus hæredum conſtituatur executor teſtamenti , poſſunt legatarij vel ab eo ſolo integra legata petere,vel ab omnibus pro partib.eorũ, ſi alij hæredes illi tradant legata,tenetur illis cauere de conſeruando eos indemnes aduerſus legatarios.*
2 *Legatarij quando poſſint conuenire executorem pro legatis.*
3 *Executor an poſſit agere contra hæredem,vt ſibi tradat legata.*
4 *Executor teſtamentarius an poſſit agere contra debitores hæreditarios, vel poſſit à creditoribus conueniri.*
5 *An teneatur cauere.*

LEX CX.

1 SI à pluribus. † Si vnus hęredum cõſtituatur executor teſtamenti, poſſunt legatarij,vel ab eo ſolo integra legata petere, vel ab omnibus pro partibus eorũ , ſi alij hæredes illi tradant legata, tenetur illis cauere de conſeruãdo eos indẽnes aduerſus legatarios.h.d.& eſt no. lex in materia executorũ,de qua loquitur etiã tex.ĩ l.quidã teſtõ.§. ſi ſcriptus . s̃.eo.¶In tex.ibi, [percipere iubeatur,& præſtare.]per hoc videtur ꝯſtitutus executor,& dicitur executor non merus, ſed mixtus,quia ꝯſequitur vtilitatẽ ex teſtõ.ſ.hæreditatis,ſed ẽt alij executores non nudi,qui etiam dicuntur legatarij, vt cũ tibi lego, & mando ꝙ diſtribuas inter alios,& hoc caſu plus iur.habes,qa illis non volentibus remanet apud te, nõ ſic in caſu huius l. qa legata non ſunt facta ab iſto vno,ſed ab oĩb. licèt iſte iuſſus ſit ꝑcipere & reſtituere,vñ ſi illi nollent,legata remanerent penes oẽs quatenus ab illis fuit relictum,ſunt alii meri , & nudi executores,quibus non eſt aliquid relictũ iure legati,vel inſtõnis , ſed ſolũ iniuncta hr̃di.vide ꝑ Bar.ĵ.titu.j.l.ſi quis Titio. ¶In tex.
2 ibi,[an ab eo qui percipere ſit iuſſus.] † No. ſingulariter ꝙ legatarii ꝯuenire poſſunt executorẽ pro leg.ſed ꝯ de l.Firmio.§.fin. & quod ibi no.qñ di.leg.ce.Sol.hic in executore non nudo, ibi in nudo,& dic plenè vt ibi no.per Bar.& in Spec.de inſtr. edi. §.
3 nunc verò.in addi.quæ incipit hoc dictũ.† An aũt executor poſſit agere ꝯ hęredem,vt ſibi tradat legata? vr̃ ꝙ non l.Lucius.§.1. ad Trebel.de hoc dic ꝑ Bar.in d.l.ſi quis Titio.& in addi.eod.ti.
4 quæ incipit.s̃.in certa.† An aũt executor teſtĩ poſſit agere ꝯtra
a debitores hr̃ditarios, vel poſſit à creditoribus conueniri. [a] vide
5 in d.§.in addi.ꝗ incipit ſcire debes.¶ † In tex.ibi.[indẽnes &c.ꝯtra.quia executor non tenetur cauere.l. diuus. ſi cui pluſquàm ꝑ l.Fal.Sol.hic de cautione indẽnitatis, ibi de alijs,quod dic vt ibi ꝑ Bar.¶Item oppo.ꝙ non ſit neceſſaria cautio,quia ſoluendo executori liberatur a legatariis.l.liberto.§.largius. ĩ fi. de an.leg.vñ ſatis ſunt ſecuri,vnde nõ videntur executores onerari in cauendo.ar.l.cũ pater.de iure do.Sol.ibi in nudo executore,qa non debet grauari cautione ex quo non habet cõmodum, nõ hic eſt mixtus,nec eſt magnũ grauamen, quia non tenetur dare fideiuſ.ſed ſufficit ꝙ per publicũ inſtrumentum ſe obliget.

ADDITIO.

a ¶Conueniri.Adde eundem conſi.147.& ſequenti.

§.Si uis ſeruum. Seruo legato poteſt quis legare cum ipſe ſeruus morietur.h.d.

LEX CXI.

1 SI ſeruus. † Qñ ſeruus legatus poſt teſtm̃ arripuit fugam,impenſa & periculũ reducendi ꝑtinet ad legatariũ. h. d. ſed ſi erat in fuga tpe teſtamẽti,dic vt s̃.eo.l. cũ ſeruus, labor autẽ ꝑtinet ad hr̃dẽ ſi legatarius hoc vult.s̃.e.l. ſeruo legato.§.fi.& hoc qñ viuo teſtõre fugã arripuit , ſed ſi poſt mortẽ, quia ꝯtingit vt plurimum culpa hr̃dis,etiã expenſa & periculũ ad hæredẽ pertinet.l.ſi quis ſeruum.in prin.ĵ.eo.Non ſunt alia.

§.Si id quod ex teſtõ. ¶ Duę cauſæ lucratiuę poſſunt concurrere ẽt quo ad executionem qñ habent originẽ in perſonis diuerſorũ: licèt reputentur vna.h.d. Vel ſic res mihi debita ex cauſa lucratiua non deſinit mihi deberi , licèt perueniat ad ſeruum meũ ex alia cauſa lucratiua.Item quod mihi debetur ſi me non conſentiẽte ſoluatur ſeruo meo, nõ cõtingit liberatio.h.d. ¶In tex. ibi.[ex teſtamento actio] in contrarium videbatur ꝑꝑ regulam de duabus cauſis lucratiuis.l.oẽs debitores. de ac. & ob. ſed ibi quando directò ambæ cauſę haberent originem in perſonam meam , hic vna directò,altera per obliquum mediante perſona ſerui,ideo non eſt vis an conſequar primo æſtimationem, an ipſam rem ex perſona ſerui, vt hic patet,& no. in l. planè. la prima.§.ſed ſi duorum.eod.tit. ¶ Vltimò quod dicitur in fi.procedit,niſi quando aliquid mihi debetur ex contractu ſerui, nã tũc poſſet ſibi ſolui.l.qđ ſeruus de ſol. & facit s̃.de pac.l. ſi vnus. circa princ.Item intellige finẽ niſi ad me perueniat quod ſolu-
* tũ eſt ſeruo meo, vel ratũ habeã.ar.* l.2.§.fi.& l.nõ ſolũ.quæ im
* mediate ſequitur.§.fi.cũ l.ſeq.s̃.ſol.ma.* & hoc qñ ſibi ſoluitur ex cauſa ex qua mihi videtur: ſed ſi ex alia , vt in caſu qui ponit in prin. tunc etiam ſi ad me perueniſſet,non liberatur a me , & vtraque cauſa habet vim ſol.de exact.ita declara gloſellam hic ſm Dyn.& Petr.facit l.ſi is qui Stichum.de actio. & obligatio.

In

1 *In legato generis electio eſt legatarij.*
2 *Vbi ad idem competunt plures actiones, & ex eadem cauſa, electio eſt actoris, idem in iudicibus, fallit in ſcholari, & quid in locis vbi agendum eſt.*

1 **§.Cum homo.** † In legato gñis electio eſt legatarij.h.d.itellige ſi ſpecies ſunt in patrimonio, per rõnẽ q̃ ponitur hic in tex.quia tunc ad legatariũ pertinet electio actionum, an velit agere actione reali, vel perſonali, quia ſtatim facta electione dñium rei legatæ tranſit in legatariũ, vt l.apud Aufidiũ.j.de opt.leg.& not.in l.1.C. communia de leg.& in l.hmõi.§.Stichũ.ſ.e.& ſuppleas iſtũ tex.per ea quæ
2 no.in l.legato gñaliter.ſ. eo.dixi. ¶ † No. ꝙ vbi ad idẽ cõpetũt plures actiones, & ex eadem cã, electio eſt actoris, ut in l.quod in hæredẽ.§.eligere.ſ.de tribu.Idem in iudicibus, vt ſi põt quis reum conuenire coram plurib. ordinarijs eiuſdem loci, vel diuerſorum, dummodo ibi reus reperiatur, ut no.glo.in l.fin. vbi in rem actio.& Cy.in l.ſi.de iuriſ.om.iu.& l. cũ clericis. C. de epiſc.& cle. Fallit in ſcholari, qui debet cõueniri coram illo quẽ ipſe vult, in auth.habita.C.ne fil.pro pa.Idem in locis vbi agendum eſt, vt electio ſit actoris.l.vnica.C.vbi conue.qui cer.lo.dare pro.& ibi ponitur ratio ſimilis quæ hic, quia ſi denegaretur electio loci, eſſet in poteſtate rei nunquam conueniri.

---

1 *Incertitudo perſonæ legatarij legatum non vitiat, ſi committitur declaranda in euentum certi caſus.*
2 *Alternatiua poſita inter perſonas oneratas, reſoluitur in coniunctam.*

1 **§.Huiuſmodi legatum.** † Incertitudo pſonę legatarij legatũ non vitiat, ſi committitur declaranda in euẽtũ certi caſus. h.d. aliàs ſecus.l.ſi fuerit.in prin.per glo.de re.du. quod dic vt plenè
2 per Bar.in l.quidam relegatus.eo. titu. ¶ † In tex. ibi, [vtile eſſe.] & debetur ei qui primo aſcendit, alteri nihil, ſed cõtra, quia imò alteri pro dimidia, quia alternatiua poſita inter perſonas oneratas reſoluitur in coniũctam.l.cum quidam.de verbo. ſig. Sol.illud qñ non committitur declaranda in euẽtũ certi caſus, aliàs ſecus, vt hic ꝓbatur.& j.tit.1.l.ſi Titio aut Seio. in 2. char. quid ſi ſimul aſcendunt? vr̃ ꝙ cuilibet debeatur integra ſumma quia verum eſt quemlibet prius aſcendiſſe poſtquàm a nullo prçcedatur.l.qui duos.de re.du.& cũ quilibet aſcendebat inſolidum, & pecunia ſit multiplicabilis.arg.l.qui filiabus. §.j.ſ. eo. contrariũ dic, quia vna tm̃ ſumma debetur vtrique ex æquitate, licèt propter incertitudinem de rigore neutri videbatur deberi, vt no.Bar.in l. hoc articulo.de hære.inſti.& quod ſupra dixi procederet ſi teſtator eſſet vſus diſtributiuo, vt quicunque, vel ſi quis aſcẽderit, habeat centũ, hic non per diſtributiua, vt patet ex ibi no.quia dixit ei qui ſuperuixerit, vel vter aſcẽderit.

---

1 *Obligatus ex cauſa oneroſa poteſt illa obligatione durãte iterum eidem obligari ex cauſa lucratiua, ſed ſi primo erat obligatus ex lucratiua, non poteſt iterum eidem obligari ex alia cauſa lucratiua ad eandem rem, niſi quatenus ex alia abeſt, vel abfuturum eſt.*
2 *Diuerſæ perſonę poſſunt eſſe mihi obligatæ ad eãdem rem ex duab. cauſis lucratiuis, ſed non quantum ad executionem.*

1 **§.Stichum quem.** † Obligatus ex cauſa oneroſa poteſt illa obligatione durante iterum eidem obligari ex cauſa lucratiua, ſed ſi primo erat obligatus ex lucratiua, nõ põt iterum eidem obligari ex alia cauſa lucratiua ad eandem rem, niſi quatenus ex alia abeſt, vel abfuturũ eſt.h.d. Et eſt fundamẽtalis §.in hac materia. Ex quo patet interdum duas cauſas lucratiuas ẽt in origine in eadem re non poſſe ſimul concurrere.ſ.in eadẽ re paſſiuè, ſed in diuerſis paſſiuè, & in eadẽ actiuè non poſſunt cõcurrere in origine,
2 quia † diuerſæ perſonæ poſſunt eſſe mihi obligatę ad eandem rem ex duab.cauſis lucratiuis, ſed non quantũ ad execu.qa vno ſoluente alij liberantur.l.oẽs debitores.de act.& obl. & tetigi.ſ. eo.l.non quocunque. Et primo ponitur diſtinctio bimembris vſque ibi.[ſed ſi cum mihi.] ſecundo limitatur ſm membrum, & iſta diuiditur, quia primo qñ ex eadem cauſa lucratiua, ſine teſtamento ad me peruẽtura.erat mihi abfutura, vel aliud pp cã, vſq; ibi, [multò magis.] ſecũdo qñ ex prima cã erat aliud abfuturũ. In primo ergo membro diſtinctionis quęlibet cauſa habet effectum ſolidæ exac.ſ.oneroſa & lucratiua, ſicut duæ oneroſæ, qđ dic in l.non eſt nouũ.de ac. emp. In ſecundo membro ſola prima, quia ſecunda nõ ſumit originẽ ſtante prima, ſed in limitationib.quæ ponũtur poſtea, vtraq; cauſa, licèt lucratiua, habet effectũ ſolidę exac.quatenus abeſt, vel abfuturum eſt, qa eatenus cẽſetur non lucratiua, ſed oneroſa, hic loquitur in eodẽ, quia non poteſt ex diuerſis cauſis lucratiuis eidẽ eſſe obligata, ſed an idẽ diuerſis ex diuerſis cauſis lucratiuis ad eandem rẽ poſſit ſe obligari? puto ꝙ ſic, ẽt ſi reputentur eadẽ perſona, vt dñs, & ſeruus.ſ.ea. l.§.j. quælibet habebit effectum ſolidæ exactionis a quocũque incipiatur vel ab ęſtimatione, vel ab ipſa re, vt ibi patet. Cętera circa iſtam materiã dic vt p Bar.in l. Męuius. §.duobus.glo.opponit de l.planè 2.ſupra. eo. Sol. ibi in perſonis diuerſorum ſumebat originem, hic in perſona eiuſdẽ, etiã diuerſis temporibus non poteſt ſuſtinere originem.

1 *Dictio hoc amplius, nõ vitiat legatum, licèt nõ reperiatur quid habeat, repetere, & quid aliud importet dictio amplius, vel hoc amplius, & nu.2.& 4.*
3 *Statutum ſi dicat ꝙ ſi iudex aliquem cõdemnauit vltra quàm debuerit, teneatur ſibi ad totum illud, & iudex in tota quantitate cõdemnauit indebite, quòd teneatur in tota quantitate.*
4 *Dictio inſuper, an ſit repetitiua legati.*

1 **§.Si ita ſcriptum.** † Dictio amplius, ſine adiunctione pronominis, hic, eſt dũtaxat ꝯtinuatiua actus legandi, non repetitiua rei legatæ, ſed ſi iungatur articulus hoc, eſt repetitiua legati etiam alteri, vt in illa primus & ſecundus cõcurrant: ſed ſi nullum legatum alterius rei præcedit factum eidem, vel alteri, nihil reperit quid repetat, & ſtat in vim ſimplicis poſitiui, nec propterea legatũ vitiatur.h.d.vſque ad §.ſi ſeruus.¶ In tex.ibi, (nam & vſitatum ferè eſt].ſ.qñ teſtator vult ꝙ ſecundus legatarius habeat partem de legato facto alteri, ꝙ ponat dictionem hoc, cum dictione amplius, quia tunc eſt perinde ac ſi dixiſſet lego Titio fundũ, & Sempronio lego eundem fundum, & vltra lego x. Ita loquitur l.ſi ſic.de leg.3.in 3.char.allegata ꝓ ꝯria, ſed in caſu præcedenti quod non appoſuit, perinde eſt ac ſi dixiſſet lego Titio fundum, & amplius Seio x.& ſic videatur repetere actum legãdi ſicut ſi dixiſſet cucurri.& amplius curro.¶ Sed opp. de l.qui ita.de do.præle.vbi non fuit dictio hic, tñ ibi inducitur repetitio rei legatæ.glo.in prin.ſimul opponit de illa l.& l.ſi ſic. & l.ſi tibi purè. & dat eandem ſolutionem ad omnes, ſed in alijs eſt dictio hoc in l.qui ita.non ideo quantum ad illam tene ſolut. quæ ponitur in fi.glo.ſm Bal.ꝙ qñ non eſt dictio hic. in præiudicium hrd̃is bene eſt repetitiua, vt in l.qui ita. ſed in præiudicinm alterius legatarij non, vt hic. Vel dic melius, ꝙ ibi expreſſe repetiit aliud, quia dixit amplius quàm dotẽ lego vxori 10. tunc videtur etiam dotem legaſſe, hic non repetiit expreſſe aliam rem, ſecus ſi repetiiſſet, vt lego Titio fundum, & amplius q̃ fundũ lego decem Seio, nam Seius haberet decem, & partẽ
2 illius fundi.¶ † In §.ſi ei.not.ꝙ dictio hoc amplius, non vitiat legatum, licèt non reperiatur quid habeat repetere, quia præceſſit aliud legatum factum ſibi, vel alteri, nam potius eſt dicendũ ꝙ ſuperflue ſit appoſitum, & ſine miniſterio quàm ꝙ legatum
3 vitietur.¶ † Et eſt ar. Si ſtatutum dicat, ꝙ ſi iudex aliquem condẽnauerit vltra quàm debuerit, teneatur ſibi ad totum illud, & iudex in tota quantitate condemnauit indebite, ꝙ teneatur in tota quantitate, licèt non reperiatur ad quid dictio vltra, poſſit referri, pro hoc infra, ſi cui pluſquam per l. Fal.l.j.in.princ. & j.
4 † Cætera dictionis, amplius, vel hoc amplius, dic vt p Bar. in l. ſi tibi purè.de leg.3.quid in dictione inſuper, an ſit repetitiua legati, dic.t Ang. Florentiæ conſultum ꝙ non, ſed dumtaxat actus legandi, ad quod facit C.de hære.l.quicunque.ſicut dictio amplius, ſine adiunctione articuli hoc,

---

1 *Inutilis datio libertatis non perimit legatum ſerui.*
2 *Seruo alieno etiã quẽ ſcit alienũ directò quis nõ poteſt relinquere libertatem, licèt ſeruum poßit relinquere in præiudicium hæredis, vt teneatur redimere, & dare legatario.*
3 *Verba directa etiam fauore libertatis non trahuntur ad fideicõmißũ, et etiam ſi nunquam valuerunt iure directo. Sed fallit in duobus caſib.*

1 **§.Si ſeruus alienus.** † Inutilis datio libertatis nõ perimit legatum ſerui. h.d. Declara vt ſ.eo.l.ſeruum filij.§.ſi idem ſeruus.¶ In tex. ibi, [& legatus ſit.] ſubaudi, a ſciente.nec obſt.l.cum alienã. C. de leg.
2 ¶ In tex.ibi, [nullius momenti ſit.] not. ꝙ ſeruo alieno etiam quem ſcit alienum directo quis non poteſt relinquere libertatem, licèt ſeruum poſſit relinquere in præiudicium hæredis, vt teneatur redimere, & dare legatario. Sed in caſu noſtro qñ directò reliquit libertatem, non tenetur redimere, & manumittere, quia non daret directò, ſed per obliquum. nam directò datur qñ non manumittitur, ſed fit liber ſtatim ádita hæreditate,
3 & † ſic no.ꝙ verba directa etiam fauore libertatis non trahuntur ad fideicommiſſum, & etiam ſi nunquàm valuerunt iure directo. Sed fallit in duobus caſib.in caſu noſtro, de quibus in l.cogi.§.ſi pater.ad Treb.& illud facit ꝯ ſententiam glo.no.in l. verbis ciuilibus.ſupra de vul.& pup.dicentis, ꝙ verba directa in ſubſtitutione ſi nunquàm potuerunt valere iure directo defectu teſtatoris, vel ſubſtituti, vel voluntatis non ſolennis, trahuntur ad fideicõmiſſum.pro l.Sceuola. ad Tre.& l. ex facto. ſecus ſi aliqñ directo potuerunt valere, nam ſi non obligantur fauore libertatis, vt hic, minus alio reſpectu videntur poſſe obligari. Sed alia rõ poſſet aſſignari ſi quis ſubtiliter inſpiceret, ideo nõ eſt recedendũ a cõmuni ſententia.¶ In gl.ibi, [ſolu.ergo, vt ibi.] Dic ad l.ſi quis quos, ꝙ ibi fuit electus vt miniſter, hic vt legatarius. Ad l.tertiam.§.fi.de fun.inſtru. dic ꝙ ibi in datione liberta.inter viuos, vt licèt ſit inutilis.per eam videatur reuocatũ legatum ſerui præcedens, ſecus ſi ſecutus fuiſſet, ſi verò detur inutiliter in vltima voluntate, vr̃ ꝙ ſiue pręcedat, ſiue ſequatur, non perimat legatum ſerui, vt hic, & in §.ſi idem ſeruus.ſicut ſi vtiliter perimeret, ſiue præcederet, ſiue ſequeretur. j. eo.titul.l. ſi ſeruus.¶ In fi.glo.ibi.§.præterea. Dic ꝙ ibi non omnino erat inutile, hic ſic, vt in eo.§.ver. quod autem.

1 *Quando quantitas legatur vt ſpecies ſeu certũ corpus, eatenus debetur quatenus reperitur & non vltra.*
2 *Falſa demonſtratio perimit legatum, quatenus reperitur deficere ſubſtantia rei legatæ.*
*Propter rationem adiunctam verba quandoque recipiunt improprium ſignificatum.*
*Quòd vix ſit, tamen fit.*
3 *Teſtis ſi deponat per hæc verba, q credit contenta in articulo vera eſſe, quia vidit, & præſens fuit, qualiter valeat teſtimonium.*

1 §. Qui quinque. ¶ † Qñ quantitas legatur vt ſpecies, ſeu certũ corpus, eatenus de
2 betur quatenus reperitur, & non vltra. h.d. † No. q falſa demon
ſtratio perimit legatum, quatenus reperitur deficere ſubſtantia
rei legatæ. ſic s. eo. l. ſi ſic. §. j. aliàs ſecus. l. demonſtratio. de cõdi.
& demon. ¶ In tex. ibi [quæ in arca habeo.] quid ſi dixit quę ha
beo penes me? dicit Old. q cẽſetur relicta vt quãtitas, nõ vt cor-
pus, ideo ſi in arca non ſint niſi v. debebit ſupplere. vt no. p glo.
3 & Bar. in l. j. §. pe. de do. ple. ¶ † In tex. ibi, [vix.] gl. exponit. i. nullo
modo pp rationẽ quæ ſequitur [nam quodãmodo.] ex quo no.
ſm Bal. q propter rõnẽ adiunctã verba qñq; recipiunt impro-
prium ſignificatum. nam proprius non eſt ille, nã quod vix ſit,
tñ fit. l. vix. de iudi. & hoc inducit Bal. ad qõnem de teſte depo-
nente per hæc verba, q credit contenta in articulo vera eſſe, qa
a vidit, & præſens fuit, q valeat teſtimoninm,[a] non pp proprieta
tem verbi credo, quia teſtis dẽt deponere de veritate, vt no. in l.
teſtiũ. C. de teſti. & s. de iureiu. ſuper rub. ſed propter adiunctã
rationẽ, quia vidit, & pręſens fuit, per quã verbũ credit, ponitur
affirmatiuè, non dubitatiuè licèt non ſit de ſui natura, quod te
ne menti. multum. n. attẽdit̃ ratio l. is aĩo. de acq. hęr. & l. nomẽ
debitoris. §. ſi. j. ti. 2. per Dy. & l. cũ pater. §. dulciſſimis. j. tit. j. quia
per eam declarantur præcedentia verba obſcura. ¶ In tex. ibi,
[mortis tempore.] & ſub. & ẽt teſtamenti, nam ſi tpe teſtamen
ti non erant niſi quinque, illa ſola videntur legata, & alia quin-
que addita nõ deberentur legatario. l. ſi ita. de aur. & arg. leg. ſed
poſſet dici q debeantur ſi teſtator putabat eſſe, & poſtea repe-
riuntur addita. nam perinde eſt acſi verũ eſſet quod teſtator pu
tauit, ſi põt diſpoſitio valere. l. ſeruo manumiſſo. de condi. inde.
& l. quo loco. §. ſi iã mortuo. de hære. inſti. ſecus ſi ſciebat nõ eſ-
ſe niſi quinq;, & puto q heres teneatur pbare qui vult legatũ
infringere j. eo. l. Lucius. quia intentio legatarij eſt fundata ex
quo nunc reperiuntur, ſed cogita. ¶ Sed pone q tempore teſta
menti erat tota ſumma, ſed teſtator conſumpſit, & repoſuit. di-
cunt Doc. q illa debetur. ar. huius tex. qui facit vim in tempore
mortis. & l. Titia. §. filia. de ↄdi. & dem. & l. ſi donatę. §. j. de do.
inter vi. & vxo. Et hoc no. quia frequenter ↄtingit q teſtõres re-
linquũt vxori veſtes vel totũ frumentũ, & ſuperuiuũt, & illę ve
ſtes vel frumẽtũ ↄſumantur, & alia reponunt, q illa debeantur
intellige vſq; ad ↄcurrẽtẽ q̃titatẽ priorũ, ſecus ſi alia fuerunt ſu
peraddita, ita determinat Bar. in l. ſi ita. circa fi. de aur. & arg. le.
In ↄ̃riũ facit q non debeantur. s. eo. l. ſed & ſi certos nũmos. ibi
neque permutationẽ recipiunt &c. Sed dic, q ſi illa quæ erãt tẽ
pore teſtĩ ẽt hodie reperiuntur, nõ põt illa hęres retinere, & a-
lia tradere legatario inuito, vt ibi. ſed ſi non reperiũtur, locũ ha
bet qđ s. dixi. & vide oĩno Bar. j. de vino trit. & ole. leg. l. quidã. ſi-
ue cũ qdã. ¶ In gl. j. ibi, [ſi ita.] ſub. ſtipulatus fuero hanc ſum-
mã, ſed illa ↄ̃dicit, vt ibi no. ſed ibi fuerunt verba prolata in vim
ↄditionis, hic in vim falſæ demonſtrationis. Dy. ¶ In gl. ibi, [em-
ptor &c.] hæc vera, ne emptor remaneat deceptus ex falſa aſſe-
ueratione venditoris, ſed legatarius nõ remanet deceptus, cum
quicquid habeat, de lucro habeat. l. ſi quis a filio s. e. & ibi no. in
fi. gl. Dic ibi fuit relicta vt q̃titas, hic vt ſpecies. Nõ ſunt alia. h. d.

ADDITIO.

a ¶ Valeat teſtimonium. hoc refert & ſequitur Soci. conſi. inc. dominus labia mea aperiat præſens conſultatio, dicit tamẽ Belamera q ſi teſtis interrogatus, quomodo ſcit q talis ſit capellanus Papæ, reſpondet q ſcit, quia præſens fuit cum factus fuit capellanus, quòd non probat, quia poterat eſſe Romæ, tamen in taberna, vel camera.

1 *Rogatus reſtituere ſi nullum cõmodũ eſt ſenſurus, tenetur tãtũ de dolo & lata culpa, ſed ſi cõmodũ ẽ ſẽſurus, tenetur ẽt de leui, ſicut ĩ cõtractib.*
2 *Executores vltimæ voluntatis nudi, non tenetur niſi de dolo, & lata culpa, ſecus ſi non ſunt nudi, & nu. 3.*
3 *In procuratore ad lites exactiſſima diligentia exigitur.*

1 §. Cum quid tibi. ¶ † Rogatus reſtituere ſi nullum cõmodũ eſt ſenſurus, te
netur de dolo & lata culpa, ſed ſi cõmodum eſt ſenſurus, tenet̃
etiam de leui, ſicut de ↄ̃ctibus. h. d. Et iſta comparatio de contra
ctibus ad vltimas voluntates quantũ ad hoc non ita bene alibi
reperitur. ſ. vt diſtinctio. l. ſi vt certo. §. nunc videndũ. cõmo. locũ
habeat in vltimis voluntatibus, hoc declara, vt no. Bar. s. eo. l. cũ
res. circa fi. ¶ In tex. ibi, [præterea.] i. præter illud quod teneris
reſtituere. Dy. & ſic non refert an ſis ſenſurus commodum ex
eo quod rogatus ſis reſtituere, vt quia non totam, ſed partẽ, vel
non purè ſed in diem. & ſic interim percepturus es fructus. l. fi-
liusfamilias. §. apud Marcellum. j. eo. An autem ex illo nihil cõ
modi percepturus es, quia totum rogatus es reſtituere, vel pu-
rè, ſed aliunde ex eodem teſtõ percepturus es cõmodũ, nã vtro
1 que caſu teneris de leui. ¶ † In tex. ibi, [dolum malum] ſub
latam culpam, quæ dolo comparatur. l. quod Nerua. ff. depo.
eſt arg. q executores vltimæ voluntatis nudi non tenentur niſi
de dolo, & lata culpa, ſi malum diſpenſant, ſecus ſi nõ ſunt nu
di, vt in caſu s. eo. l. ſi a pluribus. Pet. dicit primum dictum eſſe
verũ reſpectu legatariorũ, ſed reſpectu hæredis cuius intereſt
voluntatem impleri, dicit ipſe q etiam ſi ſit nudus, ex quo ac-
ceptauit officium, qui inuitus nõ cõpelleretur, tenetur etiam
de leuiſſima: quia vr̃ aſſerere ſe diligentẽ, & quia tenetur ad o-
peram, in quo dicit eſſe regulare vt quis teneatur de leuiſſima
4 culpa, † vt patet in l. a procuratore C. mand. illa tñ loquitur in
procuratore ad lites, in quo exactiſſima diligentia exigitur, nõ
ſic in alio procura. ad neg. vt no. Bart. in d. l. quod Nerua. vndę
melius vr̃ idẽ quo ad hæredẽ, vt de dolo & lata culpa tm̃ tenea-
tur, facit s. ſi menſor fal. mo. dixe. l. j. §. fi. ¶ In tex. ibi, [in exigẽ-
do eo legato] ſed contra, q exigere non teneatur, cùm ſufficiat
ſibi cedere actionẽ ↄ̃ hæredẽ ſi acceptauit legatũ. l. Imperator.
j. tit. 1. & l. ſi legatarius j. tit. 2. & ſi non acceptauit, etiã ad ceſſio-
nem nõ tenetur, vt dixi s. eo. l. fideicõmiſſum. Sol. verũ accepta-
uit, ſed non tenetur exigere niſi videat periculũ, quia hæres fu-
turus erat non ſoluendo, vel receſſurus, & faciliter potuit exi-
gere, & noluit in fraudem fideicõmiſſarii. Certè non liberabi-
tur actionẽ cedendo per iſtũ tex. no. per quem delarantur dicta
iura, & quod dixi in fideicõmiſſum. Tenetur etiam de dolo &
lata culpa cõmiſſa in peremptione vel deterioratione rerũ ſub
iacentiũ reſtõni. l. mulier. §. ſed etenim. ad Treb. per quem di-
cit Bal. C. famil. erciſc. l. filium. hæredem teneri fideicõmiſſario
vniuerſali ad reddendum rationem de malè adminiſtratis.

1 *Fideicommiſſum poteſt iniungi debitori teſtatoris, licet nullum commodũ ex teſtamento ſentiat, ſed ſi onus non agnouit, non poteſt ipſe conueniri, ſed hæres vt actionem cedat contra eum.*
2 *Sicut interdum vni relinquitur, & alius agit, cuius magis intereſt, & cuius contemplatione cenſetur factum, ita interdum vnus grauatur, & alius obligatur.*
3 *Si teſtator grauat te qui non es hæres q perceptis decem des mihi fundũ, nec dicit à quo percipias, debet intelligi ab hærede, non à me, & quid ſi fundum tibi legauerat.*
4 *Ablatiui abſoluti diſpoſitionem inducunt, ſi referuntur ad perſonam quæ poteſt grauari, aliàs conditionem inducunt.*

a
1 §. Qui margaritam. ¶ † Fideicommiſſum põt iniũgi debitori teſtatoris
licèt nullũ cõmodum ex teſtõ ſentiat, ſed ſi onus non agnouit,
non põt ipſe conueniri, ſed hæres vt actionẽ cedat cõtra eũ. h. d.
ſm intellectũ gl. in l. ſi pecunia. s. eo. ſed ſi agnouiſſet, etiam ipſe
conueniri, vt ibi & ita dicit gl. ¶ In tex. ibi, [a fratre.] ſ. hærede
inſtituto. quaſi dicat non ab illo Titio, licèt ad illum verba gra
uaminis fuerint directa, non ad fratrem. ¶ In tex. ibi, [vbi is a-
actiones ſuas] ſed quæ eſt illa actio, quæ competit ad hoc?
dic. ſ. pignoratitia, ſed ↄ̃, quia illa nõ cõpetit, vt creditor vendat
pignus, & reſiduum reſtituat, non. n. compellitur vẽdere, licèt
cõpellatur oſtendere ſi debitor vult vendere l. quamuis. de pi-
gno. actio. Sol. fateor ↄ̃rium, & hoc intellige ſm illam l. vt filia
agat ↄ̃ illũ creditorem actione ceſſa, vt vel vendat, vel oſtendat
vt poſſit vendi. ¶ In tex. ibi, [non aũt mirandũ.] rñdet tacitæ o-
biectioni qualiter conueniatur hęres cum ad ipſum non fue-
runt directa verba grauaminis, ſed ad Titium creditorem, quia
idem alibi contingit, vt in exemplo quod ſequitur, nõ. n. refert
cum quo teſtator loquatur, ſed in quem eius intentio dirigatur
2 ad hoc allegatur j. tit. 1. l. cũ pr̃. §. donationis. in fi. † Et ſic no. q
ſicut interdũ vni relinquitur, & alius agit, cuius magis intereſt,
& cuius cõtemplatione cenſetur factum. l. ſeruo legato. §. ſi te-
ſtator. & l. fideicõmiſſa. §. interdũ. j. tit. 2. Ita interdum vnus gra-
3 uatur, & alius obligatur, vt hic. & j. ſequitur. ¶ In tex. ibi, [nam
cum.] no. tex. ſingulariter, q ſi teſtator grauat te qui nõ es hęres
q perceptis x. dies mihi fundum, nec dicit a quo percipias, dẽt
intelligi ab hærede, non a me. quod vr̃ mirabile, & quilibet di-
ceret contrariũ, ex quo cõmodũ fundi ad me eſt peruenturum.
Mihi vr̃ dicendũ, aut illum fundum tibi legauit, & tũc a me de-
bes recipere, ne hęres duplici onere grauetur, nec hoc caſu in-
telligatur hic. Aut illũ tibi non legauerat, & tunc non poterat
grauare te de dando mihi, tñ ſi grauat per hunc modũ, vr̃ duo
facere. videlicet grauare uidetur hęredem, ut det tibi decem, &
te de dãdo mihi fundum tuum, & ſic illius uerbis poteris age-
re, licèt conditionaliter, ut hic in fi. nam ſi intelligeretur perce-
ptis decem. ſ. a me, grauamen non ualeret. l. cũ ab eo. C. de fidei-
com. oportet ergo q ſumat originẽ in perſonã hæredis, & hoc
uidet̃ teſtator uoluiſſe, ut ſua diſpoſitio ualeat, licèt Bal. nõ ad-
uertens

ADDITIO.

a ¶ Qui margaritam. Per iſtum tex. dicit Bal. in l. 1. ad fi. C. vt actio. ab hærede, q ſi teſtator dicat, lego poſt mortẽ Titij, videt̃ legare hæredi Titij. Adde tñ q ſi teſtator dicat, dico me nõ eſſe dominum talis rei, & ita iurat, q poſtquam iſta eſt imperſonalis confeſſio, nil releuat ſecundùm Bal. in authen q obtinet. C. de prob. ar. l. filiusfa. §. diuus. infra eod.

uertēs ad prędicta multū miretur de iſto tex. no. ergo ꝙ in du
bio grauamen vr̄ iniunctū hęredi, ſic in cōmodo, nam ſi relin-
quitur alicui hac condōne ſi x. dederit, intelligitur hæredi, vel
hæredibus, l. ſi pecunia. in prin. de ſta. lib. & ſic in grauamine ex-
preſſo, idem in tacito, vt in dubio videatur iniunctū hęredi, ut
eſt tex. ſ. eo. l. ſeruum filij. in fi. Intelligo niſi ex coniecturis con-
4 trariū apparet. † No. etiam ꝙ ablatiui abſoluti diſpoſitionem
inducunt, ſi referūtur ad perſonam quæ poteſt grauari, vt hic.
& l. fideicómiſſa. §. cum eſſet. de lega. 3. aliàs conditionem in-
ducunt. l. a teſtatore. de condi. & demonſtra.

## §. Auidius filij ſui.

Poteſt hęres grauari de mu tuando leuiorib. vſuris. h. d. Sed qn̄ poterit repeti, ſi enim incontinenti, modicæ erit vtilitatis legatum. dic vt l. ſi pœnam. ĵ. de verb. ob. & ibi tangit Bar.

1 *Verba a teſtatore prolata debent taliter & eo caſu intelligi, quo poſſint aliquid operari.*
2 *Licèt donationes inter virum & vxorem regulariter ſint nullæ a principio, fallit in multis caſibus.*
3 *Ea quæ continentur in generalitate, perinde eſt ac ſi ſpecialiter exprimerentur, & ſic tantum valet generalitas reſpectu omnium, quantum ſpecialitas reſpectu vnius.*
4 *Ea quæ non poſſunt fieri ſpecialiter, in generali diſpoſitione non cadunt. Si iudex dixit admitto appellationem vel ſcripturam ſi & inquantū de iure debeo, quód iſta verba nihil operentur.*
*Si quis vxori ſuæ ea quæ viuus donauerat legauit, an vxor habeat iſtas res iure legati, vel donationis inualidè factæ.*
5 *Quæ de ſui natura ſunt imperfecta niſi confirmentur, ut electiones, quæ indigent confirmatione ſuperioris, & ſtatuta facta per ſubditos, tunc ſi ſuperior confirmat generaliter omnia ſtatuta, vel electionis, talis confirmatio non comprænendit niſi valida ſtatuta vel electiones.*
6 *Quid in his quæ de ſui natura ſunt perfecta.*

## LEX CXII.

1 SIquando. † Verba a teſtatore ꝓlata debēt
taliter & eo caſu ītelligi, quo poſ
ſint aliquid operari, ad hoc allegatur. Idem in ver-
bis contrahentis. l. ſi ſtipulatus. de vſur. Idem in ver
bis ſtatuti. l. j. in fi. ad muni. Idem in verbis priuile-
2 gij, vt in c. ſi Papa. de priui. lib. 6. Præmitte † ꝙ licèt donō īter vir.
& vxo. regulariter ſint nullę a prin. fallit in multis caſibus, vt cū
donatur cauſa manumiſſionis, vel pietatis, vel aliquid annuū,
vt ſe alat. l. ex annuo. de do. inter vir. & vxo. ſi ergo fecit quaſdā
donationes validas in prin. quaſdam inualidas, quæ egent con
firmatione, & in teſtamēto legat vxori, omnia quę viuus dona-
uerat, non cenſetur legaſſe illa, quæ validè donauerat, quia nō
3 valeret legatū, ſed q̄ inualidè. ¶ † In tex. ibi. [alioquin.] no. ꝙ ea
quæ continentur in generalitate, perinde ſunt ac ſi ſpecialiter
exprimerentur, & ſic tm̄ valet generalitas reſpectu omniū, quā
tū ſpecialitas reſpectu vnius. l. omnes. de p̄ſcr. 30. anno. vñ vult
dicere Iuriſconſultus, ſi id legatū compræhenderet donationes
validas, eſſet legatum nullum, ac ſi dixiſſet ſpecialiter lego quæ
validè tibi donaui, quia ergo nec tunc valeret legatū, ergo nec
4 in generali compręhenduntur, † & ſic no. ꝙ ea quæ non poſ-
ſunt fieri ſpecialiter, in generali diſpoſitione non cadunt, facit
l. ſi pater. quę in frau. cre. & l. libertus. §. fi. ad muni. & quod not.
gl. quę incipit ar. triplex. in l. 1. de offi. eius cui man. eſt iur. & in-
ducit Bar. ſi Iudex dicit, admitto appellationē vel ſcripturā in-
a quantū de iure debeo, ꝙ iſta verba nihil operantur. [a] Adde qđ
5 ipſe no. in l. cū propter. de leg. prę. ¶ † Vltimò quęritur an vxor
habebat iſtas res inualidas quæ fuerunt iure legati vel donatio-
nis inualide donatæ? Rn̄deo ſi dixit, lego, habebit iure legati,
quaſi videatur reuocaſſe, & voluiſſe donare, ſi autem dixit, cōfir
mo donationes quas tibi feci, tunc quatenus erant confirmatę
ſola morte habebit iure donationis, ſed ſi non veniebant con-
firmandæ, quia excedebant legitimam ſummam, & non erant
inſinuatę. l. donationes. C. de dona. inter vir. & vxo. tunc habe-
bit iure legati, & eſt effectus, quia qn̄ habet iure legati, niſi adea
tur hęreditas, non poteſt habere, niſi eſſet repetita ab inteſtato.
l. eam quam. C. de fideicō. ſed ſi habet iure donationis, non re-
quiritur aditio, ſed ſufficit mors donantis, vt no. C. fam. erciſc. l.
filię. & l. poſt legatum. §. qui mortis. de his quib. vt indig. in fin.
6 gl. & Bar. in l. ſequens quęſtio. ĵ. titu. j. † ¶ Item ſcias, quòd quę-
dam ſunt de ſui natura imperfecta niſi confirmētur, vt electio-
nes, quę indigent confirmatione ſuperioris, & ſtatuta facta per
ſubditos, tunc ſi ſuperior confirmat generaliter omnia ſtatuta,
vel electiones, talis confirmatio non compręhendit niſi valida
ſtatuta, vel electiones, quia ſuperior intendit perficere imper-
b fecta, non autem validare inualida, & iſto caſu non loquitur
7 hic. † Quędam ſui natura ſunt perfecta, quę non dependent
ex confirmatione, & habet locum iſtę tex. quia confirmatio
generaliter facta non extenditur ad valida, quę confirmatione
non indigebant, ſed ad inualida, quę indigebant, quia tunc
intentio confirmantis non perficeret, ſed validaret. l. obligatio
nes. de act. & obl. & l. adoptio non iure facta. de adop. & l. j. de
rebus eorum. & ita voluit Bal. hic optimè.

### ADDITIONES.

a ¶ Nihil operantur. Adde Cano. in c. cum contingat, de offic. dele. Alex. in quidam conſulebant. de re iud. Bar. in l. ambitioſa. de decr. ab ord. fac. Bal. in c. j. de ſucceſ. feu. Ang. conſi. 18. Lud. Rom. conſi. 114. etiam adde ꝙ prædicta clauſula non iuuat in pœnalib. ſm Bar. in l. 2. in fi. C. de epiſc. aud. & ī impoſitionibus prædicta clauſula intelligitur inquantū. ſ. de iure ſecundum Bal. in l. j. in j. col. C. quomodo & quando iudex.

b ¶ Inualida. Vide hic per Ino. & per Alexan. conſi. 196. & no. ꝙ licèt cōfirmatio in forma cōmuni non tribuat ius, tribuit tamen cauſam præſcribendi ſm Abb. antiquum in c. dudum. de decimis. facit quod no. Bal. in l. j. C. fini. reg. Ang. in l. poſt mortem. de adop.

1 *Quando vnum eſt in obligatione, & aliud in facultate ſoluendi, in quemcunque tranſit primum etiam titulo ſingulari tranſit ſecundum.*
dentem, ſi poteſt reſtrictio fieri ſalua rōne recti ſermonis. h. d.
2 ¶† In tex. ibi, [ad oēs hæredes.] non intelligas ꝙ dixerit ꝙ in co
dicillis haberent legata ſoluere, quia tunc propter dictionem
oēs, videret̄ receſſum à ſpeciali grauamine, quia non poſſet fie-
ri reſtrictio ſalua rōne recti ſermonis, quia q̃ omne dicit, nihil
excludit. ĩ. tit. j. l. Iulia. ſed dixit ꝙ hæredes ſui &c. quę indefini-
ta de ſuo ſignificatu æquiparatur vlī, & ſic videtur omnes gra-
uaſſe, & iſtū reſpectū habuit Iuriſcon. & ſic verbū (oēs.) eſt ver
bū Iuriſconſulti, non teſtatoris: vel ſi fuit teſtatoris, nō fuit in
grauamine, ſed in ꝑfatione, dirigēdo codicillos ad oēs hæredes,
& grauando hæredes ꝙ ſoluāt legata facta in teſtō, nā cenſetur
ſenſiſſe de grauatis in teſtō. ſed contra, ꝙ non ſolum illi tenetur
tanquam ſpecialiter grauati, ſed oēs tanquam generaliter gra-
uati. l. Męuius. §. eū qui. ſ. tit. j. & l. ſi tibi homo. §. j. Sol. ibi primo
ſpecialiter grauauit vnum tantum: vnde ſi poſtea generaliter
grauat alios, iſta pluralis loquutio non poteſt reſtringi ſalua ra-
tione recti ſermonis. l. fi. ad Treb. hic grauauerat plures, in qbus
poterat ſaluari pluralis loquutio. ¶ Vltimò opponit̄, ꝙ per ſe-
cundam diſpoſitionem fuerit receſſum à prima. ĩ. l. prox. §. Lu-
cius. Solu. hic præceſſit ſpecialis, & ſequuta eſt generalis, quæ
poteſt reſtringi ad ſpecialem, ibi contra præceſſit generalis, &
ſequuta eſt ſpecialis, vnde à prima videtur receſſum, & prædi-
cta quādo genus, & ſpecies cadunt inter grauatos, ſi autem in-
ter oneratos, dic vt l. Titia. §. qui Marco. de annu. leg. & per Bar.
in l. quæſitum. de fun. inſtru. §. penul. per iſtum tex. & illum §. di-
cit Pet. ꝙ ſi teſtator mandauit ſe ſepeliri in loco fratrum mino-
rum, & in codicillis commiſit executoribus ſepulturam cor-
poris ſui, quòd iſti executores nō poſſunt alibi ſepeliri, quàm
in loco fratrum minorum.

LEX

1 *Verba enũciatiua de futuro, vel etiam de præterito, ſine expreſſione certæ rei, vel quantitatis diſpoſitionem non inducunt.*
2 *Grauamen iniunctum contemplatione certi emolumenti ſequuturi, ſi nõ ſequatur, euaneſcit, & quando idem ſi fuit ſequutum, & fuit reuocatum. & nume. 3.*
3 *Verba enunciatiua etiam de præterito emiſſa propter aliud regulariter diſpoſitionem inducunt, niſi in teſta. milit.*

LEX XXXV.

1 Titia. †Verba enunciatiua de futuro, vel etiã de p̃-
terito, ſine expreſſione certæ rei, vel quanti-
2 tatis diſpoſitionẽ non inducunt. h. d. † Item graua-
men iniunctum contemplatione certi emolumen-
ti ſequuturi, ſi non ſequatur, euaneſcit. h. d. vſque ad §. Lucius.
¶ In tex. ibi, [nec legauit.] ſubaudi. ſ. in codicillis, ſed dixit ſe le-
gaſſe in teſtõ. vt j. ibi, [cum quis legaſſe ſe dixerit.] & ſic iſta te-
ſtatrix fuit vſa verbis enunciatiuis tam in teſtõ, quàm in codicil
lis, & in teſtõ de futuro, quia dixit legauero, in codicillis de præ
terito, & prima verba non inducunt legatum pluribus rationi-
bus, Prima, quia de futuro, & ſic non habent voluntatem teſta-
toris de p̃ſenti: aliud. n. eſt dicere lego, aliud legabo, ſiue cõcer-
nat actũ legandi, vt in exẽplo p̃dicto, ſiue ſint enuntiatiua futu
ri euentus, nam & tunc diſpõnem non inducunt. l. pater filiũ.
3 §. fundi, & l. Iul. §. ex his. j. tit. j. & vtrobique per Bar. ¶ † Scḋa ra-
tio eſt, quia fuerunt emiſſa principaliter propter aliud. ſ. cũ gra-
uabat iſtam de manumittẽdo ſeruũ ſuum, & regulariter verba
enũciatiua etiam de præterito emiſſa propter aliud diſpoſitio-
nẽm non inducunt, niſi in teſtõ militis. l. ex his. C. de teſta. mili.
¶ Tertia, quia non continet certã rem vel quantitatẽ, vnde etiã
ſi eſſent de præterito, propter hoc diſpoſitionem non induce-
rent, vt ſequitur in tex. ſed propter rationes, de quibus s̃. & ſi ↄ-
tineret certam ſpeciem, idem eſſet, & hoc voluit hic gl. quæ in
cipit (quid ſi dixerit.) ¶ Quarta ratio eſt, fuerunt emiſſa cõditio
naliter. ſ. cũ legauero. argu. in l. demonſtratio. §. quod aũt iuris,
ibi, at ſi conditionaliter. de cõdi. & demon. facit l. 2. de hered. in-
ſti. & quod no. in l. 2. C. de inſt. & ſubſ. ſecũda aũt verba propter
vnã tm̃ rõnem diſpoſitionẽ non inducũnt, quia non continent
certam ſpeciẽ. vt tex. dicit: vñ ẽt ſi eſſent diſpoſitiua, propter in-
certitudinẽ non valerent niſi in caſu l. quidã. s̃. eo. & l. j. quando
committitur declaranda arbitrio alterius: ſi aũt hoc non eſſet,
quia ſunt enunciatiua de præterito emiſſa propter ſe purè, nõ
conditionaliter, diſpoſitionẽ inducerẽt, l. ex hac ſcriptura. alle-
gata in gl. pro ↄ̃ria, & apparet ꝙ expoſitio gl. in verbo [legaſſe.]
cum dicit. i. (legaturam eſſe.) non eſt neceſſaria, quia gl. intelle-
xit ꝙ non fuerunt enuntiatiuè prolata, niſi in teſtõ, & ſi hoc eſ-
ſet text. videretur ſibi contrariari, quia primo dicit ꝙ dixit lega
uero poſtea dixit legaſſe, ideo glo. exponit ſic, ſed vt dixi ceſſat
ↄ̃rium. ¶ Vltimò no. in fi. non tenere grauamen ſi emolumen-
tum cuius contemplatione fuit iniunctũ, nõ eſt ſecutũ, idem ſi
fuit ſecutum, & fuit reuocatũ, nam & grauamen videretur re-
uocatũ. l. cũ quis. §. j. & l. Pamphilo, §. fi. j. tit. j. hoc quãtũ ad gra-
uatũ, cui legatum fuit ademptum, tñ remanet apud hæredẽ cũ
illo onere. l. ſi adimendo. de adi. leg. & vide ibi Bar. eõ verò ſi adi
mitur onus, an cenſeatur ademptum emolumẽtũ, dic ꝙ ſic. de
adi. leg. l. filio §. matri, & l. alumnæ. §. ab heredib. ſed ſi grauamẽ
alio modo deficit quàm ꝑ adẽptionẽ teſtatoris, tũc aũt ex poſt
facto, & non adimit. l. ſi quis Titio. s̃. eo. aut nõ ex poſtfacto, ſed
a principio, & dic vt s̃. eo. l. ſi quis quos. & l. codicillis. in prin. j.
eo. ¶ In gl. fi. ibi, [cũ pr̃. §. fi.] dic melius quàm gl. ꝙ ibi ſubſtan-
tia legati erat perfecta, quia res, & perſona erat expreſſa, ſed qua
litas oneris quod intendebat legatario adijcere, nõ erat expreſ
ſa. l. pe. C. de inſti. & ſubſti. hæc ſubſtantia non erat perfecta. Dy.

1 *Si quis ex hæredibus iuſſus ſit rem hæreditariam a ſeipſo percipere, totam rem percipere poteſt, licèt partem habeat a ſe, partẽ a cohærede, nec propter dicta verba a ſcipſo tenetur cohæredi pretium ſoluere.*
2 *Sicut in cõtractu poteſt dari licẽtia parti vt propria authoritate capiat rem venditam, vel pignoratam, ita in teſtamento poteſt teſtator hanc licentiam dare legatario.*
3 *Hæres quòd poßit propria authoritate capere poſſeſſionem rerum hæreditariarum, ſi non ſunt occupatæ per alium.*
4 *Quid in ſubſtituto.*

1 §. Lucius Titius. †Si aliquis ex hr̃dib. iuſſus ſit
rẽ hr̃ditariã a ſeipſo ꝑcipere,
totã rẽ ꝑcipere põt, licèt partẽ hẽat a ſe, partẽ a cohærede, nec
ꝑꝑ dicta verba a ſeipſo tenetur cohæredi pretiũ ſoluere. h. d. Et
ſic illa verba a ſe, intelliguntur extra proprium ſignificatum, ne
legatũ reddatur inutile, ad hoc allegatur, quid aũt operetur,
dic vt in gl. ¶ In tex. ibi, [integrum prædium.] videbatur quòd
non, nã quilibet eorum in dicto prædio habet partẽ iure hære
ditario, ſi ergo propter dicta verba ꝙ habeat illud prædium,
vel percipiat a ſeipſo, haberet ipſum integrum, & etiam par-
tẽ cohæredis, illã non haberet a ſeipſo, ſed a cohærede, & ſic nõ
verificarentur verba prædicta a ſeipſo, quæ non fruſtra debent
intelligi appoſita. l. ſi qñ. s̃. tit. j. ideo alij dicũt ꝙ neuter habebit
niſi partem. ſ. illam quam erat habiturus iure hæreditario, quia
illam a ſe hẽt. Iuriſconſultus hoc reprehẽdit, quia ſm̃ hoc præ
legatum nihil valet, quia etiam eo non facto quilibet erat ha-
biturus partẽ iure inſti. vnde verba non debent taliter intelligi
ꝙ ſint ſuperflua. d. l. ſi qñ. quæ in ↄ̃rium retorquetur. habebit er
go quilibet totũ, partim iure hæred. a ſeipſo, partim iure præ-
legati, & a cohærede, ſed tunc illa verba a ſeipſo, nihil operabũ
tur: nam etiam ſi non eſſent appoſita ꝑꝑ prælegatum ſolũ, idẽ
eſſet, propter quod quidam dixerunt, ꝙ pro parte cohæredis e-
ſtimationem ſoluat, quia videbit̃ habere a ſe iure emp. ſed nec
hoc placet Iuriſcõſulto, imo dicit neutrũ teneri ad aliquid, qd
ergo operantur illa verba, tex. non declarat. glo. magna dicit, ꝙ
poſſunt tria operari, ſed reiectis alijs tene vltimũ, propter quod
tex. ſemper allegat. ſ. ꝙ poſſit quilibet totã rem propria authori
tate occupare, quod non eſſet ſi dicta verba non fuiſſent appa-
poſita. l. j. §. rediguntur, quorum lega. & C. de legibus. l. non du-
2 bium, †allegatur ergo gl. ꝙ ſicut in ↄ̃ctu põt dari licentia parti,
vt propria authoritate capiat rem venditam, vel pignoratam,
a ita in teſtõ poteſt teſtator hanc licentiã dare legatario.[a] & non
3 habebunt locum iura de quibus ſupra. ¶ † De hærede vero nõ
eſt dubium, ꝙ põt propria authoritate capere poſſeſſionẽ rerũ
hæreditariarum, ſi non ſunt occupatæ per alium, quod dic ut
4 not. † Inno. in c. in præſentia. de proba. allegat etiam Bar. in pe.
expoſitione gl. ꝙ ſi fuit facta compẽdioſa per verba cõia ſubſti-
tuo, & fuit dictum quòd poſſit propria authoritate capere, non
eſt dubium ꝙ intra in pupil. ætatem importet directam ſubſt.
licèt ſi nõ eſſent appoſita illa verba, ſit dubium inter gloſſato
res, an omni tempore ſit fideicom. & cõiter gloſſ. tenent quòd
ſic, ſed Bar. aliter diſtinguit in l. Cẽturio. s̃. de vulg. & pup. ſubſt.

§. Lucia Titia. Si legatarius interueniat tanq̃ teſtis
in diuiſione rei ſibi ſub conditione
relictæ, nõ p̃iudicat ſibi. h. d. Et hoc eſt verum ẽt ſi ſe ſcripſerit,
& ſigillauerit vt teſtis, etiã ſi ſciebat ius ſuũ, qm̃ apparet quod
nõ facit animo ↄſentiẽdi, ſed teſtificandi, & non poterat ↄ̃dicẽ-
do actũ impedire, ſi aũt non vt teſtis, videret̃ feciſſe aĩo conſen-
tiẽdi, & præiudicaret ſibi, ſi ius ſuũ ſciebat, ſiue eſſet actus quẽ
poſſet impedire, ſiue nõ. l. fideiuſſor. §. j. de pig. ſed ſi nõ ſcripſiſ-
ſet, ſed ſolũ fuiſſet præſens, & tacens, tunc diſtingueret̃, an poſ-
ſit actũ impedire an non, vt no. gl. in l. Caius. de pig. ac. niſi frau
dulẽter taceret l. ſi ſine. s̃. ad Velleia. vel niſi eſſet ↄiũctus. l. ſi ſer
uus. de do. inter vi. & vxo, cætera dic ꝑ Bar. in l. q̃ dotis. ſol. matr.

ADDITIO.

a ¶ Legatario, Adde quod uoluit Soci. conſi. 11.

1 *Verba enunciatiua negatiuè prolata diſpoſitionem non inducunt.*
2 *Apud aliquem non dicitur eſſe aliqua res, niſi quando apud eum eſt poſſeſſio ciuilis, vel naturalis.*
*Apud te, minus importat, quàm penes te.*

1 §. Caius Seius. ¶ † Verba enunciatiua negatiuè ꝓ-
lata diſpoſitionem nõ inducũt. h. d.
ſm̃ Dyn. ſed hoc eſt ↄ̃ l. rationes. C. de proba. ideo dic ſm̃ Bart.
verba enunciatiua non inducunt diſpõnem vltra propriũ ſigni
a ficatum vocabuli, vel melius verba enunciatiua[a] eius quod eſt
in veritate, licèt ſint emiſſa principaliter propter ſe, non indu-
cunt diſpõnem, ſed enũciationem veritatis, & verba enunciati-
ua vel ſubiecta per modũ cauſæ ſm̃ illa intelligunt̃. h. d, & limi-
tat iſta lex l. ex hac ſcriptura, cum tota mã̃, vt vbicunque dicun
tur verba enunciatiua diſpõnem inducere, ſit verum qñ enun-
ciant id quod non eſt verũ, & fuerunt prolata ſcienter, ſi aũt id
2 quod eſt verum, aliam diſpõnem non inducũt, & † hoc ſumas
ex hoc §. pro cuius ſcĩa ſcias, quòd apud aliquem non dr̃ eſſe
aliqua res, niſi qñ apud eum eſt poſſeſſio ciuilis, vel naturalis. l.
penes. de verb. ſignifi. ſi ergo depono apud te, vel in domo tua,
vel in prætorio rem meam te ſciente, cum apud me remaneat
poſſeſſio, omnis res non dr̃ eſſe penes te, ſed penes me, ſed be-
ne dr̃ eſſe apud te, quod minus importat, in hoc ergo ſtat cõ-
ſideratio huius §. quia maritus exportauerat in domum vxoris
aliquas res cuſtodiæ, vel aliter, poſtea dixit ĩ teſtõ nullas res ſuas
eſſe penes vxorem, cum tamen ſciret illas res eſſe in prætorio
vxoris; vnde per hoc videbatur velle ſibi illas legare, maximè,
quia ſubiunxit quòd nolebat eam inquietari, arg. in l. j. C. de fal
ſa cauſa adiec. leg. vbi ſi teſtator dicit aliquem non eſſe debito-
rem, cum ſciat eſſe debitorem, vr̃ ſibi legare liberationẽ, & iſta
vxor videbatur debitrix ex cauſa depoſiti, ↄ̃rium eſt verius, quia
verum eſt quod dixerat teſtator, quia res illæ non erant penes
vxorem, & ſic enunciauit veritatem: ſed ſi dixiſſet nullas res eſ-
ſe apud vxorem, enunciaſſet falſum, & ꝓcedere poſſet ↄ̃rium,
vt ſibi uideat̃ legata liberatio, & vide Bal. in d. l. rõnes. & auth.
quod obtinet. C. de probat. ¶ In prima glo. ibi, [niſi vxor teſta-
menti tp̃e amouerat res.] ſ. animo interuertendi poſſeſſionem
mariti,

ADDITIO.

a ¶ Enunciatiua. De verbis enunciatiuis per Sign. de Omod. conſi. 166. per Fulg. conſi. 197, per Alex. conſi. 81. 3 lib. & conſ. 6. & conſi. 47. j. lib. per Lud. Rom. conſi. 65 & ibi quando verba enunciatiua ſunt geminata, & vide etiam eius conſi. 157. & 81. per Franc. de Aret. conſi. 23. per eundem Paul. conſi. 286. per do. Car. conſil. 138.

mariti, ſi ſic eũ priuauit poſſeſſione, & ſibi attribuit, vnde tũc
dicerent eſſe penes eam, ſi ergo teſtator hoc ſciebat, enuncia-
uit falſum ſcienter, ideo diſpõnem inducunt, hoc voluit iſta gl.
¶ In gl. ſecunda ibi, [ſed ibi certa quantitas vel ſpecies.] vult er
go gl. ꝙ ſi in iſto §. teſtator illas res ſpecificaſſet, quas tranſtule-
rat in prætoriũ, & dixiſſet eas non eſſe penes vxorem, iſta verba
diſpõnem inducerẽt, quod nõ placet, quia eſt eadem rõ de qua
ſ. ꝙ non erat penes vxorem, vnde pp hæc verba non induceret
diſpõ, ſed fateor ꝙ pp ſequentia verba, ꝙ occaſione illarũ rerũ
non vult eã inquietari, induceret diſpõ, quia apparet illa verba
eſſe relata ad illas res, vnde licèt non eſſent penes eam illæ res,
falſa demonſtratio nõ vitiat, ex quo conſtat de corpore, ſed qñ
non ſpecificat, quia cõſtat de certo corpore, etiã per hæc verba
non inducitur diſpõ, quia intelliguntur ex his quæ ſunt penes eã,
ſed iſtæ non ſunt. Ex prædictis collige diſtin. aut teſtator errat,
& non inducitur diſpoſitio l. j. de falſa cauſa. aut ſcienter, & tũc
aut expreſſe falſum, & inducitur diſpoſitio: aut verum, & tunc
aut nõ ſpecificauit res, & non inducitur, vt hic: aut ſpecificauit,
& tunc per prima verba non inducitur, ſed per ſequentia diſpo
ſitiua bene inducitur, vt ex prædictis patet.

## §. Si ea conditione.

Si per tutorem ſtat quo mi
nus impleatur ɔditio in ꝑ-
ſonam pupilli, pro impleta habetur. h. d. & ſic eius factum no-
cet pupillo, ſed habebit regreſſum contra eum. argumento in
l. 3. §. fi. de condictione ob cauſam.

---

*2 Quòd totus iſte § loquatur quando filia legatum non repudiauit, vel ac
ceptauit, & an tunc poſſit habere tam dotem per actionem de dote,
quàm etiam legatum a fratre inſtituto per actionem ex teſtamento.*

*3 Sicut cenſetur filia conſentire patri agenti ſi eſt præſens, & non contra-
dicit, & ita patri recipienti dotem.*

*4 Teſtator non præſumitur velle hæredem grauare duplici onere.*

*Præſumitur quis putare vel credere quòd actus quem facit valeat, &
ſit efficax de iure.*

*5 Si in dote ſunt quinque, & in legato decem, et filia acceptauit legatum,
debet petere ab hærede quinque, & a marito alia quinque, & ſi egit
ad quinq; contra maritũ, non põt agere cõtra heredẽ niſi ad quinque.*

*6 Quid ſi unum conſiſtit in quantitate, aliud in ſpecie.*

## 1 §. Qui inuita.

†Legatum factum filiæ cẽſetur factũ
animo compenſandi cum dote, quã
pater exegerat contra filiæ voluntatem, ideo vſque ad cõcur-
rentem quantitatẽ debet filia eſſe ɔtenta alterutro, & reſiduũ
petere põt. h. d. in effectu. Glo. diuidit, vt primo loquatur qñ fi-
lia repudiauit legatum, & voluit agere ad dotem ɔ̃ maritum,
q̃ ſoluẽdo patri ab ea nõ fuit liberatus vſque ibi, [ſic enim.] ibi
loquitur qñ legatum acceptauit, & hoc patet ex prima gl. poſi
ta in illo verſic. quæ diuiſio non placet, quia in themate quęrit
quantum filia põt petere ex cauſa legati, quæ qõ non procede-
2 ret ſi legatum repudiaſſet. † Ideo dic ꝙ totus §. loquitur quã do
legatum non repudiauit, vel acceptauit, vnde quærit an poſſit
habere tam dotem actione de dote, q̃ etiam legatũ a fratre in-
ſtituto per actionẽ ex teſtõ, & hoc eſt thema vſque ibi, [Mode-
ſtinus.] ibi præmittit ad euidentiã ꝙ ſi vult agere contra mari-
tum, poteſt, qui non fuit liberatus ſoluendo patri ɔ̃ ſuam vo-
luntatem, vſque ibi, [ſic, n.] ibi decidit quaſi incępit agere ɔtra
maritum & cõſequuta eſt dotẽ, & vult agere poſtea ɔ̃ fratrẽ, &
conſequi legatum, & diſtinguit an dos erat maior quàm lega-
tum, vel æquiualens, & tunc nihil petere põt, ſed debet eſſe con
tenta dote: ſi aũt minus eſſet in dote, tunc, quatenus plus eſt in
legato, põt illud petere act. ex teſtõ, vſque ibi, [non eſt enim.] &
non vltra, ibi autẽ reddit rõnem quare vſque ad cõcurrentem
quantitatem non põt petere, quia pater cenſetur illud legatũ
feciſſe animo compenſandi, quia non eſt præſumendũ voluiſ-
ſe filium, vel hæredẽ duplici onere grauare: quod declara, quia
ſi haberet ſoluere filiæ totũ legatũ, poſtea a marito poterit cõ-
ueniri, quia ſi reddidit filiæ dotem, condictione indebiti, vel
ſine cauſa, qa ſoluendo patri nõ fuit liberatus à filia, & ſic hrs
bis ſolueret filiæ etiam & marito, quod non p̃ſumitur patrem
voluiſſe qa cũ exegit a marito centũ, credidit ſe efficaciter exe
giſſe, & ꝙ maritus liberaret a filia, & ſic ꝙ non poſſit a filio uel
hærede eius repetere. vnde ne remaneat deceptus, & fiat quod
non putauit, cenſetur reliquiſſe animo compenſandi. In prin-
cipio ibi, [egerat.] ſub. & exegerat, cum actio eſſet cõis cũ filia.
ſed filia habebat cauſam ɔ̃dicendi, quia fortè pater erat turpis
perſona, & expreſſe ɔ̃dixit, vel erat abſens, & ignorans, & ſic ha
bebatur pro ɔ̃dicente, ſi habebat cauſam, non competebat pa-
tri exercitium, ideo maritus ſibi ſoluendo non fuit liberatus a
filia, vt in ver. [Modeſtinus.] & ſic maritus poterat repetere a pa
tre. l. qui hominem. §. ſi gener. de ſolu. & iſta patent ex gloſ. pri-
ma, & alia ſuper verbo. [non ignorans.] ſed ſi nõ habuiſſet cau
ſam ɔ̃dicendi, vel habuiſſet, & fuiſſet præſens, & non ɔ̃dicens,
& fuiſſet liberatus a filia, quę cenſeretur cõſentire. l. dotem. ſol.
3 mat. & hoc etiam vult gl. prima, quam no. † quia ſicut cenſetur
filia conſentire patri agenti ſi eſt pręſens, & non contradicit,
ita & patri recipienti dotem, in quo vidi quoſdam errare dicen-
tes, ꝙ qñ pater recipit ſolutionem, filia debet expreſſe ɔſentire,
& eius præſentia non habetur pro ɔſenſu. l. 2. ſolu. matr. ſed fal
4 ſum eſt, vt patet ex iſta gl. & l. quã allegat. ¶ † Vltimò no. ꝙ nõ
præſumitur teſtator velle hæredem grauare duplici onere. fa-
cit l. nauẽ. §. cũ autem. ad l. rhodi. de iactu. & l. pe. cũ glo. de dote
præle. Item ꝙ præſumitur quis putare vel credere, ꝙ actus quẽ
faciat valeat, & ſit efficax de iure ſm Bal. ¶ In gl. 2. quæ inci. [i. ɔ-
tradixerit.] ibi, [ſed an maritus &c.] videbatur ꝙ ſic, licèt ſibi nõ
eſſet factũ, ſed filiæ, quia ẽt vtilitas eius cõcernebat, nã ſi filia pri
mo egiſſet ad legatũ, & fuiſſet conſequuta, non potuiſſet agere
contra maritum vſque ad concurrentẽ quantitatem, ſicut nec
econuerſo, vt in tex. ergo &c. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. de leg. j.
gl. determinat contrariũ & non reſpõdet ad hoc, & allegat tex.
qui potius facit contra in l. fideicõmiſſa. §. interdum. j. titu. j. ſed
poteſt reſponderi ꝙ huic marito conſultũ eſt per aliã viam, qa
põt repetere ɔdictione indebiti, vel ſine cauſa, vt ſ. dixi, ideo nõ
poteſt videri eius contemplatione factũ, ſicut qñ debitor legat
creditori, quia non ualet legatum ſi non continet voluntatem,
& hic non videtur continere ratione prædicta. Et aduerte, quia
hoc caſu repudiauit legatũ, & ſi eſſet maius q̃ dos, non poſſet il
lud plus petere, tex. tñ in veritate iſtũ caſum non ponit ꝙ repu-
diauerit, quicquid hic dicat glo. & glo. quæ incipit quid, mutat
5 caſum. ¶ † In gl. quæ incipit. ſ. quinque. gl. exponit text. duobus
modis dum dicit, illius portione ſit tantummodo mulier con-
tẽta. Prima eſt, ſi in dote ſunt quinque, & in legato decẽ, & illa
acceptauit legatum, debet petere ab hærede quinque, & a mari
to alia quinque, & licèt gl. iſtam reprobet, tñ in ſe vr̃ veriſſima:
nec enim cogitur agere ad tota decẽ ɔ̃ hæredem, licèt decẽ fue
rint legata, & legatũ acceptauerit, quia põt videri acceptaſſe, vt
conſequatur illud plus, nõ vt fiat ſibi præiudicium quominus
agat ad quinque contra maritum, ſi tñ egiſſet ad decem ɔ̃ hære
dẽ, & fuiſſet conſecuta, nihil amplius a marito conſequeretur.
Secunda expoſitio eſt, (& iſta magis congruit literæ,) ſi egit ad
quinque ɔ̃ maritum, non poteſt agere ɔ̃ hæredem niſi ad quin
6 que, & illis dẽt eſſe contenta. † Prædicta aũt vera ſunt qñ tã dos
quàm legatum ɔſiſtunt in quantitate, quid ſi vnum in quanti-
tate, aliud in ſpecie? Rñdeo, videtur dicendũ ſi dos conſiſtebat
in ſpecie, & legatũ in quantitate acceptando legatũ etiam ſi ſit
minus, nõ põt agere ad dotẽ, quaſi tm̃ videatur rẽ æſtimaſſe, ſi-
cut qñ legatur quantitas, & grauatur legatarius in re propria l.
Imperator. §. qui centũ. j. eo. tit. Aut econuerſo dos erat in quã
titate, & legatũ in ſpecie, & tunc fiat cõpenſatio vſque ad ɔcur-
rentẽ quantitatẽ, ſicut cũ legatur ſpecies, & grauatur in quanti
tate, quia non tenetur vltra q̃ ſpecies valeat. l. ciuitatibus. in fi. ſ.
tit. j. & hoc qñ relinquit pro dote, & ſic expreſsè animo ɔpenſan
di: quid ſi ſimpliciter reliquit? rñdeo vr̃ relinquere animo cõpẽ
ſandi. l. ſi cũ dotem. §. ſi pr̃. ſol. mat. quia erat debitor ex cã neceſ
ſaria, ut ibi no. ſecus ſi eſſet in alio extraneo, qui eẽt ex cã volũ-
taria. j. e. l. creditorẽ. vbi nõ p̃ſumitur niſi dicatur, ita ſolue aliud
ɔ̃rium. de l. j. §. ſciendum. C. de rei vxo. acti. formatum in gl. pe.

---

*1 Verba generalia ſequentia & obſcura declarantur per præcedentia.*

*2 In dubio fit reſtrictio vt quis cẽſeatur in minus grauatus quàm fieri po
teſt, dum tamen reſtrictio fieri poſſit ſalua ratione recti ſermonis.*

## 1 §. Lucius Titius.

†Per ſequentẽ diſpoſitionẽ ſpe
cialem cenſetur receſſum a ge-
nerali præcedente, qñ cadunt inter perſonas grauatas, item ge-
neralia verba & ſequentia & obſcura declarantur per præcedẽ-
tia clara, & per illa reſtringuntur, qñ cadũt inter diſpoſitiones.
h. d. Ad primũ dic, vt dixi in l. ſi tibi homo. §. 1. ſ. tit. 1. & ſ. eo. l. le
gatorũ. §. qui plures. ¶ In tex. ibi, [vt omne onus legatorũ in ſe
ſuſtineret in hũc modũ.] hic non erat dubiũ, imo ponitur pro
conſtãti, quod vr̃ per hoc receſſum a primo generali grauami-
ne, ſed dubium erat de oneribus debitorum, an ẽt illa teneret
filius ſuſtinere propter verba quæ addidit in præceptione facta
filiæ. ſ. ꝙ filius ſuſtenturus erat magna onera, & præſtaturus oĩa
legata, & videbatur quòd ſic, vt illa verba magna onera, aliquid
operarentur, contrarium determinatur, quia in dubio non præ
ſumitur intellexiſſe de alio onere, q̃ legatorum, & qđ ſubiici-
tur & legata, exponuntur, & pro. i. ſed ſi ſtaret propriè, potius fa
2 ceret in contrarium, quia adderet. l. ea tñ. de leg. 3. ¶ † No. ergo
ꝙ in dubio fit reſtrictio, ut quis cenſeatur in minus grauatus,
quàm fieri poteſt, dum tamen reſtrictio fieri poſſit ſalua ratio-
ne recti ſermonis, ad hoc facit præced. §. ne duplici onere &c.

---

*1 Verba diſpoſitiua ad quæcunque directa fideicom. petitionem inducunt.*

*2 Si relinquo rem ad vſumfructum, vel ad alimenta, videor relinquere e-
tiam proprietatem.*

*Aliud eſt relinquere vſumfructum, aliud ad uſumfructum.*

*3 Si maritus reliquit uxorem dominam, & uſufructuariam, qui impor-
tent illa uerba.*

## 1 §. Titia cum nuberet.

†Verba diſpoſitiua ad
quæcunque directa fi
deicom. petitionem inducunt, & qui voluit rem ad tempus ad
aliquem peruenire, cenſetur velle, ꝙ poſt tẽpus ueniat ad hære
dem. cum hoc vltimo concor. l. fin. C. de lega. venio ad caſum.
¶ In tex. ibi, [erunt enim, &c.] hic erat primum dubium vtrum

mortuo

mortuo marito, ꝑꝑ hæc verba filia poſſet petere ab hæredibus
mariti bona illa ſibi reſtitui iure fideicōmiſſi: nā a legatario po
teſt relinqui hæredi, vt patet in l. ſi a me. ad l. Fal. & dubiū erat,
quia teſtōr iſta verba non dixerat ad maritū, ſed ad filiā. vñ po-
tius videbātur eſſe adulatoria. l. gñali. in prin. de vſufr. leg. ſed il-
lud in verbis enunciatiuis, vel adulatoriis, in quibus diſtinguiī
an dirigātur ad grauatū, & diſponūt. l. vnū. §. fi. j. eo. an ad onera
tū, & tunc ſecus. d. l. gñali. ſed ſi ſunt diſpoſitiua, ſemper diſpō-
nē inducūt ad quæcunque dirigātur. l. miles ad ſororē. & l. cum
pr. §. donationis. j. eo, hoc autē verbū, (erunt) dr̄ potius diſpoſi-
tiuum, vt hic, qđ no. ꝑ hoc ēt tollitur ꝯrium de princ. l. vbi ver-
ba futura diſpōnē non inducunt, qa illud in verbis enūciatiuis,
& ſi ſubſtātiuū ſum, es, eſt, tā in præſenti q̃ in futuro ē diſpoſiti
uū, qđ no. ſed verbū lego, in p̄ſenti eſt diſpoſitiuū, in futuro eſt
enunciatiuū, vt ſ. in prin l. ſed op. de l. peto. in princ. j. eo. ſed ibi
ꝯcernit res, hic perſonas, nā exponitur erunt. ſ. res dotales ¶ In
tex. ibi [vt quādiu viueret.] hic erat aliud dubiū, quia nō dixi qđ
eſſet poſt mortē eius, ſed præſumiī velle ꝙ redeat ad hæredē,
quia hæc eſt nā legati tp̄alis, ſed quæro. quid ſi tp̄e quo moritur
maritus filia iā deceſſerit, an hæredes poſſint petere? vr̄ ꝙ non,
quia ſi filia viueret, diceretur habere iure fideicom. d. l. ſi a me,
ſed fideicōmiſſum cōditionale ad hęredē non trāſmittiī. C. de
cad. tol. l. j. §. ſin autē. & hoc erat ꝯditionale, quia poſt mortem
mariti. l. hæres meus. de cōdi. & demon. Bar. determinat ꝯ̃rium
& allegat l. ſi ita. de ſtatulibe. & facit l. ſeruus ſi hæredi. eo. tit. & l.
Lucius. de fideic. lib. ad rationem prædictā non rñdet, & ꝯ̃ eū vi
detur caſus in l. cāæ. §. Pomponius. de minori. Iſtū caſum habui
pluries de facto, ꝙ dic quantum ad primū caſum, cū dixit, (erūt
.n. poſt mortē eius tua, & filiorū tuorū.) & non eſt dubiū, quan
tū ad ſ̃m, dic, aut teſtator legauit ad tempus, vt vſque ad biēniū,
&c. & tunc finito tp̄e redeunt ad hęredē, non iure fideicom. ſed
ꝯſolidationis, quia conſolidaī cū hæreditate, ſicut vſufr. cū pro-
prietate, & ſic penes quēcunque reperitur hæreditas bona re-
deunt, ita intellige determinationē Bar. q̃ in ſe eſt ſingularis, ī
tellecta mō quo dixi. Aut fuit legatū ſimpl̄r, nec tp̄s fuit oppo-
ſitū ad ſubſtātiā eius. Sed legatarius fideicōmiſſarius fuit graua
tus reſtituere poſt mortē, & tūc ꝓcedūt allegata in ꝯ̃rium, quia
nō trāſmittunī, ſed remanebūt apud hr̄dē grauati. ꝑ l. ſi qs Ti-
tio. ſ. e. & iſta liga tibi ad digitū, quia ſi es miles hēbis đ facto, &
2 vidi ſolēnes viros errare in hoc nō cōſiderātes p̄dicta. ¶ † In gl.
fi. ibi. [ſed dic ꝓprietatē.] No. ergo ꝙ ſi relinquo rē ad vſumfr.
vel ad alimenta, videor relinquere proprietatē non ſolū vſum-
fru. aliud eſt. n. relinquere vſumfru. aliud ad vſufr. & eſt caſus in
l. fi. de vſufru. ea. re. quæ vſu conſu. & no. per gl. in l. cū hi. de tran
ſac. nā verba illa ad vſumfr. ponūtur per modū cāæ, & cauſa nō
reſtringit legatū, vt plenè no. in l. 4. de ali. leg. & tetigi ſ. eo. l. Lu
cius. probatur in l. donationes in concubinā. §. ſpecies. de do. &
l. filios. de vſufru. leg. & hoc eſt magni effectus, quia ſi eſt ꝓprie
tarius, & alius hēt in re emphyteuſiꝫ, ipſe habebit laudare ven-
ditionē factā per emph. & habere laudemiū, ſecus ſi eſſet vſufr,
l. itē ſi fundi. § huic. de vſufr. & adde l. cū quo. §. j. ad l. Fal. vbi ha
betur ꝓ vſufru. quātū ad effectū de quo ibi, & hinc ſumpta oc-
3 caſione Dy. † formauit hic q. Si maritus reliquit vxorē dñam &
a vſufr. quid [a] important illa verba? nā gl. loquitur qñ illa verba
vſufr. ponuntur per modum cauſę, hic principaliter, de qua qō
ne eſt gl. ord. in l. 2. C. ſi ſec. nup. mu. & Bar. examinat hic de qua
etiam in Spe. qui fil. ſint legi. §. j. ver. quid ſi quis ita dixerit, de
qua Bal. in fi. C. de indi. vid. & in l. ſi pater. de vſufr. & in d. l. 2. &
in auth. ibi poſita & in iſtis locis oīno vide, qa plures circa hoc
cadunt qōnes, ego non lego iſtas legumculas, videte per uos.

ADDITIO.

a ¶ Et vſufructuariam. Adde eundem conſi. 287. Soci. conſi. 11. Anc. conſi.
180. & 79. & conſ. 229. Bal. conſi. 429. per eundem conſ. 405. 3. libr. 205. &
76 & 66. 2. lib. Lud. Rom. conſi. 516. Anc. conſ. 237. Sign. de Mediol. conſ.
9. Alexan. conſi. 39.

---

1 *Portio deficiens accreſcit coniuncto verbis tantum, & coniuncto re tan-
tum pro rata quam habent in re legata.*
2 *Quādo extat cōiūctus re tātū, et alter verbis tantū, ꝙ ſimul admittanī.*

LEX XLII.

1 MEuio. † Portio deficiens accreſcit coniūcto ver-
bis tm̄, & coniuncto re tm̄ pro rata quaꝫ
habent in re legata. h. d. ſ̃m verū intellec. quē tenuit
Old. & Bar. & Bal. etiam ſequitur. Pet. aūt dixit ſe le-
giſſe infortiatum octo vicibus antequam intelligeret hanc le-
gem, nimirū q nec gl. intellexit. Legit. n. tribus modis, & nulla
eſt vera, primo ꝙ oēs iſti tres erant coniūcti verbis tm̄, quia po-
ſiti in vna oratione, & ſub vno verbo, hæc eſt falſa, & ꝯ̃ textum,
qui bis ponit illud verbū lego, alia eſt ecōuerſo ꝙ oēs erāt re tā-
tū coniūcti, nō verbis, iſta eſt tertia lectura, quā gloſ. tenet, quæ
ſimiliter eſt falſa, quia Meuius, & Seius non erant coniūcti re,
cum diuerſæ dimidiæ fuerint eis legatæ, ſed benè erant coniū-
cti verbis, qa ī eadē oratione poſiti. Alia lectura eſt ꝙ Meuius,
& Seius erāt re coniuncti, quia eadem dimidia erat relicta, nō
aūt verbis, licèt eſſent poſiti in eadē oratione, quia hoc non fa-
cit eos coniunctos, ſed copula, &, vel cū. l. triplici. de verborum
ſignificatione. Titius verò benè erat coniunctus verbis, cum il-
lis duobus, licèt eſſet poſitus in alia oratione ſoluta, quia pun-
ctus loco copulæ habetur, vt no. in l. cū duob. §. ſi in coeūda. ff.
pro ſoc. iſta eſt ēt falſa, & ſupradicta, quia Titio & Seio fuerūt
relictæ diuerſę dimidiæ, ut ibi, [& partes &c.] & ſic non vna tā
tum. Item, qa magis attēditur vnitas orationis, quàm copula in
hac materia. Tene ergo quartam lect. quę non ponitur in glo.
licèt Bar. dicat quòd gl. ſentit, ſed ego non cōprehendo ꝙ ſen-
tiat. Dic ergo, primi duo erant coniuncti verbis quia in vna ora
tione poſiti, non re, quia non eadem dimidia, ſed diuerſę fue-
runt legatæ, & ſic totus fundus inter ambos. Titius verò cui in
alia oratione erat totus fundus lega. erat cum primis coniūctus
re, quia idem fundus legatus primis, licèt per partē fuit poſtea
legatus ſibi, ſed erat verbis diſiūctus. quia in alia oratione, ſi er-
go deficit portio vnius ex primis, reperitur ſupereſſę unus con
iunctus verbis tm̄. Itē Titius coniunctus re tm̄, & quia neutra
iſtarum coniunctionum pręualet alteri, idcirco ambo admittū
tur ad partē deficientē pro rata, quā habebat in fundo. Debes
autem ſcire ꝙ cū fundus primo eſſet totus legatus, licèt per par
tes, & poſtea ſimiliter totus Titio, faciebant ſibi partē per con-
curſum, & ad Titiū pertinebat vna dimidia per concurſum, ad
alios alia dimidia, quia loco vnius hr̄, cū ſint verbis coniuncti.
l. planè. la. j. ſ. tit. j. ibi acſi coniunctū, &c. & cū illam dimidiā ha-
berēt diuidere æqualiter, ſequitur ꝙ quilibet habebat dimidiā
dimidię, & ſic quartā totius. Titius aliā dimidiā, & ſic duas quar
tas, ſi ergo Meuius deceſſit ante diē legati cedentē, illa ſua por-
tio quę eſt quarta totius, dēt diuidi in tres partes, vnā habebit
Meuius, alias habebit Titius, qa reperitur habere in duplo plu-
res quàm Meuius. ſ. duas quartas, & Meuius vnā tm̄, & iſte eſt
caſus clarus. Si aūt ſupereſſet coniunctus re & verbis, & alius re
tm̄, vel verbis tm̄, & ſoli primo accreſceret, quia duplex coniū-
2 ctio præfertur. l. re coniuncti. ver. pręfertur. † j. tit. j. eſt ergo hic
caſus de eodem, de quo dubitatur in d. l. re coniuncti. qñ extat
coniunctus re tm̄, quę iſtarū p̄feratur, & hic eſt caſus ꝙ neutra,
ſed ſimul admittūtur, cętera dic, vt ibi no. ¶ In tex. [ſi Seius de-
ceſſerit.] intellige vt dixi viuo teſtatore, vel die legati cedente, a-
liàs nō diceretur defecta portio ſua, nec accreſceret, ſed trāſmit
teretur. ¶ In tex. ibi, [vtrique] videbatur ꝙ Meuio tm̄, qui erat
coniunctus verbis, quia illa propriè dr̄ coniūctio, quia tex. ubi-
cunq; faciūt mentionē de coniunctis verbis, coniunctos aūt re;
appellant diſiūctos. C. de ca. tol. l. 1. §. ſin autē. ſed ꝯ̃ eſt, vt hic pa
tet. ¶ In tex. ibi, [ſeparatim.] hic eſt tex. contra Pet. & alios, qui te
nent, ꝙ poſiti in diuerſis orationibus, qui tñ ſunt coniuncti co-
pula, vel ſolutis in qbus eſt punctus, dñr coniuncti verbis, quia
tex. dicit ꝙ ſunt ſeparati, & loquitur de Meuio & Seio, qb. fue-
runt relictę partes, ꝙ ſunt ſeparati a Titio. Item hic eſt tex. ꝙ po
ſiti in eadem oratione, ſunt coniuncti verbis ſecundum Barto.

---

1 *Si legatur mulieri a uiro, uel extraneo quicquid nomine dotis ad uirum
ꝑuenerit, uidetur legata tota quantitas, nulla facta deductione impen
ſarum neceſſariarum: ſi autem legetur dos, fit illarum deductio.*
2 *Relatiuum quis, uel qui, ſignificat ſecundum tēpus uerbi ad qđ refertur.*
3 *Quādo aliud peruenit, & recedit, uel deſinit perueniſſe, ſi cōtingit ex cā
de præterito, uidetur non perueniſſe, ſecus ſi ex cauſa ſuperuenienti.*
4 *Si mulier dedit in dotem fundum & pecuniā, & in eo fundo erāt expēſę
neceſſariò faciēdæ, quas maritus fecit, nō uidetur pecunia perueniſſe.*

1 §. A me hærede. † Si legatur mulieri à viro, vel ex
traneo quicquid nomine dotis
ad virū peruenerit, vr̄ legata tota quātitas, nulla facta deductio
ne impenſarū neceſſariarū: ſi aūt legetur dos, fit illarum dedu-
ctio, h. d. Et licèt prima facie videatur facere drīam inter legatū
factū ab extraneo, & factū a viro, re vera in hoc non eſt uis, ſed
in modo legādi. An legans retulerit ſe ad factū, & ad principiū
ꝯ̃ctus, qa legauit qcquid mulier ꝓ dote ſoluerat, vel tradiderat,
& nulla fit deductio, an ſe retulerit ad ius, ſ. puta ad dotē, legādo
dotem, & ſic habuit reſpectū ad tp̄s p̄ſens, & tunc fit deductio
impenſarum neceſſariarū, quæ dotē minuunt. l. ꝙ dr̄. de impen.
2 † & ſic no. ꝙ relatiuū quis vel qui, ſignificat ſ̃m tp̄s verbi, ad qđ
refertur, & adde l. eū, qui. §. ſi mulier. de iureiur. & iſtū intel. ha-
buit gl. quæ inci. legauit ſimpl̄r, licèt gl. in l. 1. C. de falſ. cau. adie
cta leg. voluerit facere drīam, an legatum fiat extraneo. An a ui-
ro, ut litera vr̄ prima facie ſonare, opponit Bart. ꝙ ēt in primo
caſu quādo legauit id, qđ peruenit debeat fieri deductio impē-
ſarum quia non dicitur perueniſſe quod non durauit. l. qui cō-
cubinā. §. cū ita. de leg. 3. & ſoluit ꝙ eſt neceſſe dicere eſſe ſpecia
le in legato dotis. Bal. dicit ꝙ eſt vna truffa, & rñdet ꝙ inſpecto
principio dicitur perueniſſe in effectu, iſta reſpōſio nihil valet,
quia ſemper poſſet hoc dici, nec haberet vnquam locum §. cū
3 ita. † Dic ergo quando aliud peruenit & recedit, vel deſinit per
ueniſſe aut contingit ex cā de præterito, & non videtur perue-
niſſe, an ex cauſa ſuperuenięti, & tūc ſecus, ut hic, iō poteſt di-
ci, ꝙ ſi quando mulier dedit in dotem fundū, & pecuniam, in
in quo fundo erāt expenſæ neceſſariò faciendæ, quas maritus
facit, nō videatur pecunia perueniſſe, & ſic fiat deductio impē-
ſarū, quaſi pecunia ob illā cām a prin. videatur data, ut partim
expendatur, partim retineatur, & iſta eſt notabilis limitatio.

1 *Qui nõ eſt capax pro ſe,pôt eſſe capax ꝓ alio cui rogatus eſt reſtituere.*
2 *Capacitas vel incapacitas non conſideratur reſpectu perſonæ mediæ per quam facit tranſitum,ſed reſpectu perſonæ ad quam debet finaliter peruenire.*

LEX XLIII.

1 CVm ei qui. † Qui non eſt capax pro ſe, pôt eſſe capax pro alio cui rogatus eſt reſtituere.h.d.† Et ſic not.ꝙ capacitas vel incapa
2 citas non cõſideratur reſpectu perſonæ mediæ, per quam facit tranſitum,ſed reſpectu perſonæ ad quam debet finaliter peruenire,ſecundùm Bal.& vide gl. in l. eam quam. C. de fideicom. Videbatur cõtrarium, quia medium inhabile impedit extrema coniungi.l.tria prædia.de ſer.ruſt. præd. & impedit tranſitum fieri.l.filiusfa.§.fin.de fal. ſed fallit hic.

1 *Indefinita quando æquipollcat uniuerſali.*
2 *Si aliquis in uineam ſuam miſit plures operarios,poſtea miſit unũ et promiſit ſibi dare quantum unus de alijs habet, ꝙ tunc debeat habere tãtum quantum alius qui tantumdem fecit, uel non plus arbitrio boni uiri,non autem quantum ille qui minus habet,ſi plus fecit.*

1 SI ita relictum. † Indefinita etiam ſingularis numeri æquipollet vniuerſali,ſecus in particulari oratione,& ſi illa ſit dubia ſit ĩterpretatio in minorem partem, h. d. vel ſic cũ ſit relatio ad hrdẽ ſimplr̃,cẽſetur fieri ad oẽs heredes,niſi fiat cũ expreſſione certi numeri.h.d.& Bal.reputat iſtud principiũ valde notabile.¶In tex. ibi, [quantum hæredes oẽs habebunt.] Diuide ergo hoc modo, quia Stichus habebit vnã dimidiam:alij aliam dimidiam, quaſi ſint re coniuncti. Et oẽs loco vnius habeantur.l.planè.circa prin.ſ.tit.j.& hoc ſi habes in tex.quantũ hæres meus.quidã habent verbũ, quintus, quidã verbũ,quiſq; & tunc q̃ ſit dr̃ia inter iſta verba,& verbũ vnus, ponitur in gl.ſed nõ placet Bart.quia ſicut quilibet ex quinque hr̃dibus pôt dici quintus,ſic pôt dici vnus,& pôt dici quis,& ſic idẽ eſſet in ſe,ꝑterea quintus dr̃,qui quinto loco noĩatus eſt,ar. in l.quoties.de vſufru.dicit ergo Bar.ꝙ non debet eſſe aliqua dictio: ſuit ergo oratio indefinita,ideo æquipollet vniuerſali. ĩ. l. proxi.in prin. ¶† Vltimò tex.facit,ſi aliquis in vineã ſuam mi
2 ſit plures operarios, poſtea miſit vnũ, & promiſit ſibi dare quãtũ vnus de aliis habet,vt intelligatur ꝙ debet habere quantum ille,q minus habet: vel dic aliud in contractu, in quo verba nõ debent intelligi ſm mẽtem proferentis tm̃.l.veteribus.ſ.de pac. l.in venditione.in fi.cõia præd.ideo remittitur arbitrio boni uiri ſm merita perſonæ.arg.in l.cum pater.§.pr̃ q filium.ĩ. eod. vt habeat tantũ quantum alius qui tantundem fecit, vel nõ plus.

1 *Quando dies apponitur fauore grauati,fructus interim percepti ad eum pertinent. Si autem fauore onerati,tunc non ſunt reſtituendi.*
2 *Dilatio ſemper cenſetur appoſita fauore debitoris.*

1 a §.Pegaſus ita ſolitus. † Quãdo dies apponitur fauore grauati, fructus[a] interim percepti ad eum pertinent.Si autẽ fauore onerati, tũc non ſunt reſtituendi.h.d.& ſemper allegatur.& l. Iabolenus. de annu.leg.aliàs,eum qui.¶In tex.ibi,[vtrum ne hæredis.] quod
2 præſumitur,ſemper.n. dilatio cenſetur appoſita fauore debitoris.l.eũ qui.de verb.obl.¶In tex.ibi, [retinere debere.]hic iũge ſi.§.ibi.[antecedẽtis tpis.]Sed an fideicõmiſſarius poſſit renũciare huic fauori,& petere ſibi ante tp̃s reſtitui ſi erat talis, q poterat renũciare? Dic ꝙ ſic,vt no.ſ.c.ti.l.cũ pr̃.§.curatoris.p gl. & B.

ADDITIO.

a Fructus. Per iſtum tex conſuluerunt Bar.& Fran.de Alber.ꝙ fructus medij temporis rei relictæ eccleſiæ conſecrandæ debeantur ipſi eccleſiæ vnà cum ipſa re,& eſt tex,in c nos quidem.ibi ſine diminutione. de teſta. ubi ita refert & ponderat Abb.

1 §.Si ita ſit ſcriptum. † Alternatiua poſita inter ſummam maiorem & minorem,vel minorem dilatione & maiorẽ,facit vt minor ſumma ſit in oblone,quia cũ electio ſit debitoris, & ſit veriſimile, ꝙ eliget minorẽ, ſuperfluũ eſt inducere oblonẽ in maiori.h.d. gl.vr̃ ſentire,ꝙ vtraq; ſumma ſit in obligatione, licet ꝯtingat vt plurimũ ꝙ eligatur minor:iõ dr̃ hic ꝙ in oblone eſt minor,iõ ſi eligeret maior legatarius haberet ex cã legati. Doct. tenẽt ꝯtrĩũ p tex.ibi,[acſi decem ſola,&c.] & ſic ſi eligeret maiorem,quatenus excederet haberet ex donatione inter uiuos,non ex cã legati,& pôt eſſe vtilitas,ſed aliter ſoluitur gabella de vno, aliter de alio: hoc voluit gl.in l.inter ſtipulantẽ.§.2.de verb.ob. niſi rõne adiuncti caderet affectio inter maiorẽ,& minorem ſummam, vt ſi grauatus dare decẽ hic,uel Bononiæ xv. & magis intereſt dare xv. Bononiæ, quàm x.hic, tunc eſſet idem ꝙ in ſpeciebus, in quibus vtraque ſpecies de alternatiuis eſt in obligatione, ut probatur ſecundum Bar.in l.qui res.§.mihi Romæ.de ſolu.

1 *Indefinita quando non æquipolleat uniuerſali,& nu.2.*
*Lex prolata in perſonam unius,cẽſetur generalis in perſonis omnium.*
3 *Dictio omnis,eſt uniuerſalis collectiua,& nõ attribuit actũ cuilibet,ſed omnibus ſimul ſi profert in plurali,ſi verò in ſingulari,eſt vniuerſalis diſtributiua,& actũ inſolidum attribuit,& quid in dictione quilibet.*

LEX XLV.

1 a SI pluribus. † Indefinita[a] æqpollet vl'i nõ diſtributiuè, ſed collectiuè. h. d. ¶† Primũ dictũ,ꝙ ĩdefinita ęqpolleat vl'i,ad qđ iſta lex allegat,ꝓcedit ſine dubio ĩ indefinita, i quia de nã legis eſt vt ſit vl'is.l.3.C.de leg.vnde ẽt lex ꝓlata ĩ pſonã vnius,cẽſet generalis in perſonis oĩum, vt patet ĩ multis legib.C.& in decretalib.Itẽ procedit in prolata ab hoĩe negatiuè.l.ſi is qui cc.§.vtrum.de reb.dub.ibi ſi quid eorũ factum nõ erit.i.nihil factum erit,magis.n.eſt vl'is negatiua,q̃ affirmatiua, vt no.in l.hoc genus.de cõd.& dem.& facit l.luminũ. de ſer.vr. præd.¶Itẽ ꝓcedit in affirmatiua,qñ profert in mã neceſſaria, vt in diffinitionib.vt cũ dico homo eſt aĩal.i.oĩs homo,vel obligõ eſt iuris vinculũ.i.oĩs obligõ, qa diffinitio debet ꝯuerti cũ ſuo diffinito,vt no.in l.j.§.j.de dolo.Itẽ ꝓcedit qñ profert in mã ꝯtingente circa ea q̃ dependent ex ptãte loquentis, vt in hac l. qa eſt in ptãte teſtatoris grauare vnũ vel oẽs, vt in princ.legis ꝑcedentis.Itẽ ꝓcedit qñ non penderet merè ex voluntate proferẽtis,nõ eſt.n.eadem rõ oĩum cõprehenſorum ſub indefinita, ſi aũt non eſſet eadẽ rõ,non procederet l.oblone gñali. de pig. ideo ſi dico hõ currit,non æquipollet huic oĩs homo currit qa hoc eſt de mã ꝯtingente,& nõ pendente ex voluntate proferentis,nec eſt eadem ratio oĩum.Cætera circa hoc vide per Bartol.
3 poſt Dy.& Pet.& gl in c.vt circa.de elec.¶† Not.ẽt hic ꝙ dictio oĩs,eſt vl'is collectiua,& non attribuit actũ cuilibet,ſed oĩbus ſimul,quod eſt verũ ſi profertur in plurali,ſi aũt in ſingulari,eſt vl'is diſtributiua,& actũ inſolidũ attribuit,vt no.in l.moſchis.de iure fiſci,dictio quilibet,ſemper eſt diſtributiua. & per hoc dicit gl.ꝙ ſi iudex diceret,condẽno quemlibet eorũ in decẽ,cenſetur quilibet inſolidũ condẽnatus,intellige ſi hoc dixit expreſſe,aliàs ſecus in ſñia,quæ eſt ſtricti iuris,vt probatur in ll. quas gl.allegat.C.ſi plures vna ſententia.l.j.& 2.requiritur etiã ꝙ fuerit petitũ,vt ibi no.in alijs diſpõnibus,ẽt ſi nõ dicatur inſolidũ, intelligitur, vt hic, ideo ſi fieret cõmiſſio pluribus , & cuilibet eorũ,vel cõſtituerent procuratores plures,& quilibet eorũ inſolidũ,intelligeretur facta cuilibet inſolidũ,& q̃libet poſſet pronũciare,vel actum gerere, tex.eſt in l.nõ diſtinguemus.§.ſi plures.de arbi.& vide quod no.in c cum plures. de off.deleg. in 6. & quod Bar.no.ĩ.ad Treb.in l.hæredes mei.§.cum ita.

ADDITIO.

a ¶Indefinita.Vide latè per Io.Mon.in c.generali.de elec.lib.6.gl. in l.j. de reg.iur.Io.And.in c.circa.de electio.per Bal.conſi.171.1.lib.

1 §.Si ita. † Si quantitas relinquitur ſæpius eidẽ a diuerſis hæredibus ſępius debet cũ effectu.h.d.quia uno ſoluẽte nõ liberatur alter: ſi vero eadẽ ſpecies ſæpius legaretur a diuerſis hæredibus eidẽ,& nõ eſſet hæreditaria,deberetur cuilibet inſolidum,tñ non cum effectu exactionis,imo vno ſoluẽte liberarentur alij.l.ſi tibi hõ.§.j.ſ.tit.j.& l.Meuius.§.cum qui. ĩ.eo.ſed ſi eſſet hæreditaria,deberetur a quolibet pro parte hæreditaria.l.ſi fundũ ſub conditione.§.libertus.ſ.tit.j.cętera dic, vt hic per Bar.qui recitat longã diſtin.Dyn.quã ego recitaui in l.planè.la j.ſ.tit.j.& iunge quod no.in l.cũ centum.de adi. leg.

LEX XLVI.

SI ita ſcriptum. Maſculinum genus ꝯcipit fœmininum,non ecõuerſo. h.d.de hac materia dic per Cy. in l.quicũque. C.de ſer.fug.& Bar.in l.j.de verb. ſign.

§.Si ſub conditione. Ius condõnale,vel in diẽ repudiari nõ poteſt. h.d. hoc verum,niſi in iudicio.l.in plurium.de acq.here.& in l. j. de cura.bo.dan.vel niſi parte pñte,quia tunc habet vim pacti, & ꝑ viam pacti bñ pôt repudiari ius de futuro.l.j.cũ ibi not.de pact. ſed per viam renunciationis non, quia renunciatio innitit voluntati renunciantis tm̃,& nihil aliud eſt q̃ abdicatio iuris , qđ quis habet,ſed ſi non habet,quia eſt ꝯdõnale,non pôt abdicari,ſed pactum innititur in conſenſu duorũ,& non tendit ad abdicandum principaliter,ſed ad ſe obligãdum , poteſt autem qs ſe obligare ſuper iure de futuro,quia illud non patet,quia obligatio eſt de præſenti.facit l.& hæredi.§.filia.de pact.

§.Si pater filiæ. Si cõditio extiterat tempore teſtamẽti,& teſtator ignorabat, legatũ reputatur purum,ſed ſi ſciebat,expectabitur vt iterum exiſtat. h.d.dic vt l.ſi iam facta.de condi.& demon.& no.quod dictio, vbi,facit condi.dic vt.in l.j.eo.tit.per Bar.

1 *Qui legat quæ ſibi debent,cẽſetur legaſſe debita pura,nõ aũt cõdõnalia.*
2 *Si teſtator extraneo inſtituto mandauit ſibi, ꝙ ſolueret omnia debita fratris ſui, ꝙ hæres teneatur etiam ſoluere dotem vxoris dicti fratris qñ matrimonium erit ſolutum, licet tempore teſtamenti conſtaret,& qđ in debito cuius conditio poſſet deficere.*

LEX XLVIII.

1 SI ita ſcripſiſſet. † Qui legat quę ſibi debentur,cenſetur legaſſe debita pura,non autem conditionalia.h.d.¶In tex.[quicqd mihi

mihi Lucium Titium dare,&c.]cum iſte Lucius Titius teneretur in quibuſdã purè, in quibuſdã ſub conditione, vel in diem, & ſic legatum põt operari in puris debitis, vnde ad illa reſtringitur, ſed ſi teneret̃ ſolũ cõditionaliter, tunc ne ſit inutile, veniret ẽt conditionalis. l. cũ illud. §. j. quando dies le. ced. & arg. in l. fundus qui locutus. de fun. inſtr. quid ſi teſtator nõ retulit ſe ad perſonã alicuius, ſed ſimpliciter quæ a ſuis creditoribus debentur. Dic aut appoſuit verba quæ important neceſſitatẽ, vt quæ mihi dari fierive oportet, & idẽ. Aut non ſunt appoſita iſta ver
2 ba, & tunc vr̃ ſecus: vñ conſuluit Io. An. † ſi teſtator extraneo inſtituto mandauit ſibi, ꝙ ſolueret oĩa debita fratris ſui, ꝙ hæres teneretur ſoluere ẽt dotẽ vxoris dicti fratris, quando matrimonium erit ſolutũ, licèt tpe teſtĩ conſtaret, licèt eſſet debitum cõditionale, & ſemꝑ dubitaui de illo conſilio ꝑꝑ iſtã l. quæ ɔ̃rium vr̃ probare, ſed poſſet dici ꝙ debitum dotis pendet ſub conditione omnino extitura, quia eſt neceſſe vnũ ſolui ſaltem morte, ideo fortè aliud in debito, cuius conditio poſſet deficere.

ADDITIONES.

a Sempronius. Adde ꝙ Bal. in l. ſcripturæ. C. de fide inſtr. dicit ꝙ hæc l. nõ haberet locum in contractibus oneroſis.

b ¶Prothocollũ. Adde Bal. conſi. 44 & quid ſi non reperitur prothocollũ, vide per eun. conſi. 130. 2. lib. per Ant. de But. in c. dudũ. de cõuer. cõiu. Bal. in rub. C. de fi. inſtr. Cano. in c. quoniam. extra de proba. & dicit Bal. in l. fi. C. de eden. ꝙ ſi notarius caſu perderet inſtrumenta, poteſt cogere illæ cui reddiderat inſtrumentum, vt faciat ipſi copiam.

---

1 *Si in diuerſis ſcripturis eandem voluntatem continentibus reperiantur ſummæ diuerſæ, minor tantum debetur.*
2 *Cum de fide inſtrumenti dubitatur, recurritur ad prothocollum.*
3 *Poteſt quis compellere notarium ꝙ ſibi det in publica forma teſtamentum de quo fuit rogatus, licèt viuat adhuc, ſed aliud non poteſt.*
5 *Poteſt quis compellere notarium vt de eodem inſtrumento vel contractu faciat ſibi plura inſtrumenta, & hoc a principio, & quid poſtquã fecit vnum.*
6 *Quæ differunt ſecundum plus & minus, non differunt in ſubſtantia.*

LEX XLVIII.

1 SEmpronius. a† Si in diuerſis ſcripturis eãdem voluntatem continentibus reperiantur ſummæ diuerſæ, minor tm̃ debetur. h. d. & eſt no. caſus. ¶In tex. ibi, [exemplari cauſa] & ſic patet, ꝙ ambę erant originales, quia ab eodem ɔfectę, nec vna erat extracta, nã exẽplar dr̃ originalis ſcriptura, ſed exẽplũ non dr̃ originalis, ſed index, ſed ſi vna ſcriptura eſſet magis originalis, q̃ alia, vt prothocollũ, ſeu imbreuiatura, & inſtrumẽ
2 tũ inde ſumptũ, tunc ſtaret̃ originali, † qa cũ de fi. inſtr. dubita-
a tur, recurrit ad prothocollũ, b in Aut. de tabel. & hoc tenet Bar. hic ꝑ l. ſi qs argentariis. §. pe. & fi. ſ̃. de eden. de quo plenius ꝑ eũ in l. ſi librarius, ante fi. de reg. iu. & eodẽ mõ ſi eſſent duo inſtr̃a vnũ extractũ de prothocollo, aliud extractũ de illo, ſtaret̃ illi de quo vltimũ eſſet extractũ, vt ſi notari⁹ diceret ꝙ hoc eſt inſtrm̃ teſtamẽti ɔfectũ manu mei notarij, vt patet ex inſtr̃o ɔfecto tali die, nã illud ad quod ſe refert dr̃ originale reſpectu iſtius, ſed nõ reſpectu prothocolli: an aũt ſtaretur prothocollo, ſi per notarium non fuit redactũ in publicã formã, & faciat fidem in iu
3 dicio? vide Cy. & Bar. in l. ɔ̃ctus. C. de fide inſtr. ¶ † Quid ſi non reperitur prothocollũ, an derogetur fidei inſtrumẽti? dic ꝑ Bal. in eo. ti. ſuper rub. in 9. coll. & habui de facto. ¶In tex. ibi, [eiuſdem patrisfa.] ſi aũt diuerſorũ, tunc aut non reputantur idem, & debetur vtraq; ſumma. l. planè la j. §. j. ver. ſed ſi duorũ. ſ̃. tit. j. Aut reputãtur idem vt teſtator & hęres eius, & debetur maior, partim ex vno teſtõ, partim ex altero. arg. ſ̃. tit. j. l. quid ergo. in
4 principio. † ¶In gl. j. ibi, [duo teſtamenta.] i. duas ſcripturas de eo. teſtõ, & no. ex glo. iuncto tex. quòd põt quis compellere notariũ vt ſibi det ĩ publica forma teſtm̃, de quo fuit rogatus, licèt viuat adhuc, non ſic põt alius, quia nõ debet notarius teſtamẽtum alicuius publicare vel manifeſtare ad inſtantiam alicuius immo incideret in Senatuſconſultum libonianũ, ad hoc ſ̃. qm̃
5 ad teſtm̃ apud l. ſecũda. §. ſi dubitetur. ¶ † No. etiã ꝙ põt quis ɔpellere notariũ, vt de eodẽ teſtõ vel ɔ̃ctu faciat ſibi plura inſtrumenta, & hoc a principio, ſed poſtquam feciſſet vnum, ſi peteretur vel faceret aliud, nõ deberet audiri, niſi ex iuſta cauſa probanda coram iudice. l. ſi quis ex argentariis. §. prohibet. de edẽ. vt ſi primum eſſet peremptum. adde quod no. Bar. in l. fi. de bo. auth. iud. poſ. poſſet etiam eſſe iuſta cã iſta, quã dicit glo. ſi uole-
6 bat ſe abſentare. ¶ † In vltima gl. ibi, [de ali. le. l. libertis. la 2.] ſed dic aut legatum erat factum ſimpliciter, & vtraque ſumma debetur, ſi in ſcriptura continentur diuerſæ quãtitates. l. quinquaginta. de proba. aut ob cauſam, vt alimentorum, & debetur vltima, ſiue maior, ſiue minor. d. l. libertis, adde quod no. glo. in l. j. de bonorum poſſeſſio. de duobus teſtamentis ab eodem confectis eodẽ die, nec apparet quod primo & qđ poſt. Adde qđ dixi in d. l. planè. Itẽ procedit quãdo producebant a diuerſis, vna a legatario, alia ab hærede, ſi autem ab eodem, vr̃ ꝙ neutri ſtetur, per l. ſcripturæ, de fi. inſtr. C. vel illa loquitur quando inuicẽ contrariantur, ſed hic nõ ſic, quia maior ſumma & minor non contrariantur, quæ enim differunt ſecũdum plus & minus, nõ differunt in ſubſtantia. l. fi. de fide inſtrumentorum.

1 *Fructus & partus percepti ex re legata ante conditionis euentum ad hæredem pertinent, non ad legatarium.*
2 *Si maritus in dotem recipit fundum æſtimatũ æſtimatione quæ facit emptionem, quod præſumitur in dubio, & ſic in dote eſt æſtimatio nõ fundus, ſi poſtea legat fundum ſimpliciter, non cenſetur legaſſe animo cõpenſandi cum æſtimatione.*

LEX XLIX.

3 ſactio. l. ſi ex falſis. in gl. fi. & l. in bello. §. fi. ꝟ. de ca. ¶ † Itẽ allegatur iſte tex. ꝙ licèt ille, qui petit intereſſe in termino dato ad ꝓbandum non probet quantitatem eius, nihilominus reus non abſoluitur, ſed poteſt implorari iudicis officium vt æſtimet intereſſe, quod non eſt regulariter in aliis quod perpetuò tenementi, & ita dicunt Docto. in l. vna. C. de ſenten. quæ pro eo. ꝑ hunc tex. & per l. ſemper. §. hoc interdicto, quod vi aut clam.

1 *Prorogatio diei legatorum facta ſimpliciter refertur etiam ad ea quæ diem habent.*

LEX LXXVI.

1 Titio centum. ¶ † Prorogatio diei legatorũ facta ſimpliciter refertur etiam ad ea quę diem habent. h. d. Et per hoc quod dicit ſimpliciter, tollitur cõtrariũ gl. de l. talis ſcriptura, quia ibi fuerunt prorogata legata diem non habentia. ¶In tex. ibi, [deinde protulit diem legatorium,] ſcilicet dicendo legata, quæ ſupra feci uolo deberi annua, bima, trima die, nam cenſetur receſſiſſe a die expreſſa, ſcilicet in aliquo de prædictis legatis, licèt Alphenus dixerit contrarium, quod a ſpeciali die non cenſeatur receſſiſſe.

1 *Verba diſpoſitiua licet non referantur ad grauatum, ſed ad honoratum, nihilominus inducunt grauamen.*

LEX LXXVII.

1 Miles ad ſororem. † Licet verba diſpoſitiua nõ referãtur ad grauatum, ſed ad honoratum, nihilominus inducunt grauamen. h. d. ſic ſ. eo. l. peto. in prin. & l. Titia. §. fi. & ſupra tit. j. l. ſi ſeruus. §. qui margaritam. infra eo. l. cum pater. §. qui donationis, & infra tit. j. l. cum quis decedens. §. Seia.

1 *Decedens hæreditate non adita, nõ tranſmittit portionem prælegati, quã erat habiturus iure hæreditario ſi adiuiſſet, ſed alteram quam iure prælegati ſic, ſi deceſſerat.*

2 *In vulgari ſubſtitutione non ueniunt prælegata.*

3 *Pro parte quam quis erat habiturus iure hæreditario ſi adiuiſſet, non ualet legatum, etiam ſi non adiuit morte præuentus.*

1 §. Pro parte hæres inſtitutus. † Decedẽs hereditate non adita, non tranſmittit portionem prelegati, quam erat habiturus iure hæreditario ſi adiuiſſet, ſed alteram quam iure prę legati ſic, ſi deceſſerat. h. d. allegatur ſemper iſte tex ꝙ in vulga-
2 ri ſubſti. non veniunt prelegata, † quia iſte hęres erat ſubſtitutus, & ad ipſum ex ſubſti. non peruenit niſi dimidia pars hęreditatis illius præcedentis unà cum dimidia fundi, quam ille erat habiturus hęreditario iure, ſed dimidiam, quam erat habiturus ab iſto cohęrede ſubſtituto, non pertinet ad ipſum coheredem ſubſtitutum ex ſubſti. ſed ad hęredem decedẽtis, & ad hoc l. Sextiliam. ꝟ. tit. j. in ſubſtitutione autem fideicommiſſaria dic
3 vt in l. cũ virum. C. de fideicom. ¶ †. Item no. ꝙ pro parte, quã erat habiturus iure hæreditario ſi adiuiſſet, nõ ualet legatum, etiam ſi nõ adiuit morte præuentus, ſecus ſi ideo quia repudiauit vt l. qui filiabus. ſ. tit. j. cum aliis allegatis in glo. pro contrariis, & ſic pro illa parte cenſetur factum legatum ſub conditione ſi repudiabit, non autem ſi hæres non erit, quia tunc in articulo mortis uerificaretur illa conditio. vt l. pen. quãdo dies leg. ced. & ſupra tit. j. l. ab omnibus. §. cum quidam. in fi.

1 *Reſciſſo teſtamento per querelam pro parte, legata diuidua debentur, et preſtantur pro parte, libertates verò inſolidum, ſeruitutes uerò debẽtur inſolidum, ſed ſufficit præſtari æſtimatio partis.*

3 *Teſtamentum ex poſt facto poteſt pro parte rumpi, & pro parte ualere, non ſic a principio.*

LEX LXXVIII.

1 Cum filius. ¶ † Reſciſſo teſtamento per querelam pro parte, legata diuidua debentur & præſtantur pro parte, libertates verò inſolidum, ſeruitutes verò debentur inſolidum, ſed ſufficit præſtari æſtimatio partis. h. d. ¶In tex. ibi, [quod non erit

erit,] ſi referatur ad primum caſum,dẽt ſic intelligi, ꝙ illud qđ
eſt ibi dictũ,ꝙ ſi legatum eſt diuiduũ,debetur pro parte,& prę
ſtatur pro parte,non procedit in ſeruitute,quę cum ſit indiui-
dua adhuc debetur inſolidum,& inſolidum petitur, licèt libe-
retur præſtando partẽ æſtimationis: ſed ſi reſerretur ad proxi-
mũ,intelligitur ſic,vt illud quod dr̃ in liber.ꝙ nihilominus cõ-
petit inſolidũ,non hẽt locũ in ſeruitute prædiali, quæ licèt ad-
huc debeatur inſolidũ,nõ tñ præſtatur,vel competit inſolidũ,
ſed liberatur præſtando partẽ æſtimationis. ¶In tex. ibi, [aut ſi
paratus.] declara ſic,ſi legatarius agat ꝯ hæredem,qui obtinuit
ad ſolidam ſeruitutem, vt obtineat partẽ ęſtimationis, puta v.
cũ tota ſeruitus valeat x.ipſe aũt hæres nollet ſoluere illa v.ſed
potius præſtare ſeruitutem,tm̃ fecit cũ filio,ꝙ contentatur ſer-
uitutẽ pręſtari,dummodo ſibi pręſtetur pars æſtimationis, qa
ipſe non tenetur,certè ſi legatarius perſeueret in petẽdo, vt ob
tineat æſtimationẽ repelletur,quia debet offerre illi filio, & cõ
2 ſequi integram ſeruitutẽ. † Et no. hic, ꝙ teſtm̃ ex poſtfacto p̃t
pro parte rumpi,& pro parte valere,non ſic a prin. & hoc pro-
cedit in ruptura quę fit per querelam,quia nõ venit ex defectu
ſolennitatis,ſecus in illa quę fit per ius dicendi nullum,vel per
contratab.quia illa venit ex defectu pręteritionis, qui eſt defe-
ctus ſolennitatis,vt l.inter cętera.ff.de lib. & poſth. & ſolẽnitas
eſt indiuidua.In gl.quæ incipit,[.i.apud diuerſos.] ibi,[qa actor
contra vnum non cõtra alium.] hoc eſſe potuit ſi egit diuerſis
libellis,& ſic diuerſę fuerunt inſtantię, ſed ſi eodem libello, &
eadem inſtantia,non potuit probare contra vnum,ꝙ non pro-
bauerit contra alterũ,hoc aũt eſt in arbitrio ſuo agere diuerſis
libellis,vel eodem contra plures ex eadem cauſa: vt no. in l. eo
quod a multis.C.ſi cer.pet.vbi uide per Bal.

1 *Ad illum cui legatur uniuerſitas iuris pertinent commoda, & incom-*
*moda, quæ tempore teſtamenti inueniuntur durare.*
2 *Actiones competentes actiuè ipſi teſtatori, tranſeunt utiles in legatariũ*
*abſque aliqua ceſſione, ſed paßiuæ non tranſeunt, ſicut nec in empto-*
*rem, ſi legata eſt uniuerſitas iuris, & quis conueniatur.*

1 §. Lucio Sempronio. † Ad illũ cui legatur u-
niuerſitas iuris pertinẽt
cõmoda,& incommoda, quæ tempore teſtamenti inueniun-
tur durare h.d.Et dic ꝙ pertinent incõmoda integra,ẽt ſi bona
illius vniuerſitatis non ſufficiant, & imputet ſibi cur accepta-
uit,vt ĩ.eo.l.cũ pater.§.menſę,niſi in caſu.ĩ.tit.j.l.nomen.§. vni.
¶ In tex.ibi,[oẽm hereditatẽ Publii Meuij.] ſupple,quæ ad me
teſtatorẽ peruenit,& ſic erit idẽ,acſi illi talẽ hereditatẽ vende-
ret,quo caſu cenſetur vendita cũ cõmodis,& incõmodis, vt in
2 toto tit.de here.vend.Aduertendũ tñ, † ꝙ actiones competen-
tes actiuè ipſi teſtatori,tranſeunt vtiles in legatarium abſq; ali
qua ceſſione,ſed actiones paſſiuæ nõ tranſeũt,ſicut nec in em-
ptorẽ, quãtũ ad hoc vt creditores poſſint ipſum legatarium cõ
uenire,ſed conueniunt heredem iſtius legãtis,& heres exactus
recuperabit ab illo legatario per actio.in factũ,vt l.hereditatis.
de dona qa iſtud non eſt fideicõmiſſum vře,cũ nõ ſit legata he
reditas ipſius legãtis:tũc.n.trãſirent onera ẽt paſſiuè ipſo iure.

1 *Hæres non poteſt aduerſus legatarium retinere uſumfru.quem habebat*
*in re legata, ſecus in ſeruitutibus prædialibus.*
2 *Quando teſtator legat rem in qua ipſe habet partem, puta proprietatẽ,*
*quæ eſt pars integralis, & hæres eius habet alteram partem, non re-*
*ſtringitur legatum ad ius quod habet teſtator, ſed pleno iure debetur.*

1 §. Dominus hærede. † Heres nõ poteſt aduer-
ſus legatariũ retinere vſũ
fru.quem habebat in re legata, ſecus in ſeruitutibus prædiali-
bus.h.d.& hoc qñ fuit legatus fundus,uel res talis,quia intelli-
gitur cum omni emolumento,& ſic detraheret de eo,quod le
gatum eſt ſi retineret vſumfru. ſecus ſi legata eſt ſola proprie-
tas,vt infra de vſufr.leg.l.3. Item quod hic dicitur in vſufr. pu-
to procedere etiam in vſu, quia & per illum diminueretur cõ-
moditas,ut dixi ſ.eo.l.is cuius. Quid autem ſi res erat obligata
heredi iure pignoris? dic ꝙ ſi non confunditur obligatio per-
ſonalis, eſt idem quod in ſeruitutibus prędialibus, vt patet ſ.ti.
j.l.ſi ſeruus Titii,& quod ibi per Bar.alias idem quod in perſo-
2 nalib.Et not. † ꝙ quando teſtator legat rem, in qua ipſe habet
partem, ut proprietatem quę eſt pars integralis, & heres eius
habet alteram partem, non reſtringitur legatum ad ius, quod
habet teſtator, immo perinde eſt acſi heres nullum ius habe-
ret,non ſic ſi quidam tertius haberet alteram partem vt ſ. titu.
j.l.ſerui electione.in fi.& l.ſi domus.§.fi.quod eſt notandum.

1 *Quod debetur ex obligatione nouãte, cenſetur deberi etiam ex nouata.*
2 *Non eſt falſum id quod iuuatur primordio ueritatis, & idem in eo quod*
*habet aliquid ueritatis admixtum.*
3 *Dictio, ex, proprie ſignificat cãm proximam, ſed dictio propter, remotã.*

1 §. Hæres meus Titio. † Quod debet̃ ex obli-
gatione nouante, cẽſe-
tur deberi ẽt ex nouata.h.d.Et no.quia propriè non debetur ex
nouata,ſed pp nouatam,tñ hic illa dictio, ex, ponitur pro, pro-
pter,quod no.& hoc per rõnẽ q̃ ponitur in fi. quia nouata fuit
2 principalis,& origo debiti vñ deſcendit nouans. † Et iſte finis
ſemper allegat̃,ꝙ non eſt falſum id, quod iuuat̃ primordio ve-
ritatis,& idẽ in eo, quod habet aliquid veritatis admixtũ,vt ſu.
5 de ꝯhen.emp.l.quid tñ. † Et per prædicta vr̃ idem dicendum,
in acceſſionibus,quas quis conſequit̃ ex re acquiſita ex cã one-
roſa: nã licèt illæ non acquirant̃ ex cã oneroſa,quia tñ pp cãm
oneroſam,idẽ in eis eſt acſi ex cã oneroſa, vt ſ.eo.l. ſi quod ex
Pamphila.cũ ibi no. propriè aũt loquendo dictio, ex, ſignificat
cãm proximã,ſed dictio,pp,remotã.l.eo tpe. in fi.ſ.de pecu. &
l.j.C.ſi ſeruus extero. ¶In tex.ibi, [non debeatur,] ſ.propriè lo-
quẽdo,quia non ex teſtõ Sempronij,ſed ex ſtipulatione debet̃,
tamen quia debetur propter teſtamentum Sempronij, hæc fal
ſa demonſtratio non nocet,vt ſequitur,& reddit rationem ibi,
[nec in totum.] vt ſic exponas, nec, id eſt, quia non.

§. Seruus purè. Legatum factũm ſeruo proprio ẽt
cum libertate,non valet, ſi tpe quo
cedit dies legati libertas ex aliqua cauſa impediatur.h.d. & ſic
ſuſpenſio quæ eſt in libertate proueniens a iure, non eſt in le-
gato, ſecus ſi proueniat a teſtatore,vt fuit relicta ſub ꝯditione,
quia cenſetur repetita eadẽ condõ in legato.l. cum ſeruũ. circa
prin.ĩ.de cond & dem.non tamen eſt hic legatum nullũ a prin
cip.ſed inſpicitur tempus quo dies legati cedit, vt hic patet.

1 *Qui mandat dari vni ex pluribus plus quàm alijs, cenſetur mandare, ꝙ*
*detur oĩbus, licet illi plus. Et quãtũ plus relinquit̃ arbitrio mãdatarij*
2 *Comparatiuum includit ſignificatum poſitiui.*
3 *Si grauatus hæres dare vni ex liberis quem elegerit, perinde eſt acſi eſ-*
*ſet grauatus dare illi quem dignum putauerit, non illi quem voluerit.*

1 §. Pater cum filia. † Qui mandat dari vni ex pluri
bus plus q̃ alijs, cenſetur man-
dare,ꝙ det̃ oĩbus,licèt illi plus. Et quantum plus relinquitur ar
2 bitrio mandatarij.h.d.multũ notabiliter. † Et ſic no. ꝙ cõparati
uũ includit ſignificatũ poſitiui. Item ꝙ verbũ plus,quod põt ſe
hr̃e ad arbitriũ boni viri,& ad liberam voluntatẽ, in dubio ĩter
pretat̃ ſm̃ primũ. Ex hoc dico,ꝙ ſi grauat̃ heres dare vni ex libe
ris quẽ elegerit, perinde eſt acſi eſſet grauatus dare illi, que di-
gnũ putauerit non illi quẽ voluerit: & hoc dico pp id quod hr̃
in l.cũ quidã.ſ.eo.vbi iſte caſus non ponit̃, ſed ſolũ qñ dixit cui
voluerit, vel quem dignum putauerit, iſto ẽt modo intellige l.
vnum ex familia.in princ.ſ.eo.& quod ibi not. in prima gloſſ.

§. Non iure tutori. Ille per quem non ſtat quo-
minus tutelam ſuſcipiat,nõ
priuat̃ legato.h.d.Et loquit̃ hic qñ iſte erat nõ idoneus fortè pp
ætatẽ, ſecus ſi culpa ſua,vel qa erat vilis,vt ſ.de exc.tut.l.qđ aũt.

1 *Qui venit contra cautionẽ mutianã, tenetur reſtituere rem cũ fructib.*
2 *Aliud eſt relinquere vxori vſumfructũ quouſque caſtè & honeſtè vi-*
*xerit, & uitam uidualem ſeruauerit: & aliud eſt relinquere ſibi ſi non*
*nupſerit, quia tunc præſtat cautionem de non nubendo.*

1 §. Qui mutianã. † Qui venit ꝯ cautionẽ mutianã
tenet̃ reſtituere rẽ cũ fructibus.
2 h.d. † Et ſic no. diligẽter, ꝙ aliud ẽ relinquere vxori vſumfr.quo
uſque caſtè & honeſtè vixerit, & vitam vidualem ſeruauerit.
Nã tunc ſi p aliquos annos ſtetit vidua, nõ perdit vſumfru. pro
annis præteritis,ſed pro futuris ſic, nec tunc pręſtat cau.de non
nubendo,aliud ſi relinquat ſibi ſi nõ nupſerit,qa tũc p̃ſtat cau.
de nõ nubendo,& qñcunque poſtea nubat,reſtituit fructus an
norũ p̃teritorũ per iſtum tex.& vide Cy.in l.fi. C. de indic.vid.

1 *Actiones qñ ſunt plures, quæ electione tollunt̃, nõ admittitur cumulatio.*

1 §. Varijs actionibus. † Qñ ſunt plures actiões,
quę electione tolluntur,
nõ admittitur cumulatio,ad hoc allegat̃, & intellige hoc de a-
ctione perſonali ex teſtõ,& de rei vend.vt non poſſit cumulari
pro eadẽ re,ſed actio perſonalis & hypothe.vñr poſſe cumula-
ri,in Auth.de fideiuſ.§.ſed neque. In tex.ibi, [vti non poteſt.] ſ.
petendo partem per vnam actionem,& partem per alteram,&
ad hoc tendit id, quod ſtatim ſequitur, (quia legatum &c.) vel
totum per vtranque,& ad hoc tendit verſi. [non enim.]

§. Repetendorum. Damnata memoria teſtato
ris,repetũtur legata ſoluta,
quia apparet teſtamentum non valere.h.d.

LEX LXXIX.

CVm pater filios. Iuſſus retinere ſpeciẽ
hr̃ditariã & pecuniã,
retinet ſpẽꝫ de tota hereditate,pecuniã vero de por-
tione ſua tm̃.h.d.& ſic totã pecuniam imputat ſibi
in Falcidiã,quia totã habet iure inſtõnis,ſed ſpeciem quatenus
habet, cohæredi non imputat,quia illud habet iure prælegati,
non hæreditario,& in Falcidiã nõ imputatur,niſi quatenus ha
bet iure inſtõnis,vt l.in quartã.cũ ibi plenè not.ĩ.ad l.Falc. & ĩ
hoc conſiſtit effectus huius principij. Itẽ quia in retentione rei
participat cohæres, ſecus in retentione pecuniæ.

§. Eorum quibus. Donationi cauſa mortis po-
teſt fideicõmiſſum imponi
& ex ea detrahit̃ Falc.qua detracta fideicõmiſſum intrinſecum
minuitur, ſecus in extrinſeco.h.d.dr̃ autẽ intrinſecũ ſuper ipſa
re donata vel legata,ſed extrinſecum quando ſuper alio.

Filij

2 *Filij non legitimi poſſunt capere a matre ex vltima uolũtate, & ꝙ poſ*
*ſint ſibi ab inteſtato ſuccedere vnà cum filijs legitimis & naturalibus,*
*niſi mater eſſet illuſtris, uel niſi filij eſſent concepti ex damnato coitu.*
*Caſus in quo quis cogitur agere ad inſtantiam alterius, & illi tradere.*

1 **§. Mater filijs.** †Adhibitus ad ſtipulandũ aĩo donã
di cã mortis, põt grauari de remittẽ
do debitori, cui ex hoc quæritur exceptio poſt vſque ad quanti
tatem debitam pro Falc. ad quam petendam cogitur præfatus
adhibitus per acti. in factum, & tradere hæredi. h.d. ¶ In tex. ibi,
[per in factum actio.] ſ. ex qua ſubſidiaria agent hæredes mulie
ris ꝯ filios vt agant ꝯ virum, & exigant, & reſtituant hr̃dib. alio
namq; modo non põt hr̃dibus prouideri, cum ꝯ virum nõ ha-
beant actionem de dote, qa mulier nõ fuit ſtipulata, ſed filij. Itẽ
ꝯ filios aliam act. non habent, & æquitas dictat, ꝙ agere poſſint
2 propter Falc. † No. hic ꝙ filij non legitimi poſſunt capere a ma
tre ex vltima voluntate, quinimmo poſſunt ſibi ab inteſt. ſucce
dere vnà cum filijs legitimis & naturalibus, niſi mater eſſet illu
ſtris, vel niſi filij eſſent concepti ex damnato coitu, quod dic vt
plenè no. in l. ſi qua Illuſtris. C. ad Orfi. ¶ Item no. in fin. caſum
in quo quis cogitur agere ad inſtãtiam alterius, & illi tradere.

---

1 *Legatum unà cum onere ſuo acquiritur ignoranti.*
2 *Quando onus eſt iniunctum emolumento ſicut ignoranti acquiritur emo-*
*lumentum, ita & ignorans obligatur.*

1 **§ Surdo & muto.** †Legatum vnà cũ onere ſuo
acquiritur ignorãti. h.d. quod
intellige tam quo ad actio. q̃ quo ad dñium, ſed quia iſta acqſi-
tio eſt legalis proueniens ſine voluntate legatarij, eſt reuocabi
lis. quia ſi non acceptat, fingitur non facta, licèt verè facta fue-
rit, vt l. legatarius. §. j. ſ. tit. j. Idem in qualibet alia acquiſitione le
gali proueniente, etiam inter viuos propter voluntatem alte-
2 rius, vt l. Pomponius. & ibi plenè no. ſup. de nego. geſt. †Et nota
hic ꝙ qñ onus eſt iunctum emolumento, ſicut ignoranti acq-
ritur emolumentum, ita & ignorans obligatur.

---

1 *Mors ciuilis non tollit facultatem eligendi, nec facit exiſtere cõditionẽ.*
*Excommunicatus qui æquiparatur deportato poteſt eſſe arbitrator.*
*Fratribus minoribus poteſt committi electio pauperum, et an poſſint eſ*
*ſe arbitratores.*

1 **§. Hæreditatem filius.** †Mors ciuilis nõ tol
lit facultatem eligen
di nec facit exiſtere conditio. Et ad legatum factum vni ex plu-
ribus non facta electione admittuntur illi tm̃ qui reperiuntur
2 tunc viuere eo tempore quo deficit poteſtas eligendi. h.d. † Et
propter prima duo allegatur iſte §. ꝙ excommunicatus qui æ-
quiparatur deportato, poſſit eſſe arbitrator, de quo in mercu-
rialibus ſuper regula dolo. Item ꝙ fratribus minoribus poteſt
committi electio pauperum, & an poſſint eſſe arbitratores, vi-
de per Spe. de arbi. §. fi. ver. quid de ſimplici monacho. ¶ In tex.
ibi, [ante mortem filij. ſ. naturalem, interim ergo hereditas erit
apud fiſcum, apud quem ſunt alia bona deportati, vt infra de
iure fiſci. l. Statius Florus. §. Cornelio. quod facit ad quæſtiones
de quibus tetigi in l. peto. §. prædium. ſupra eod.

---

1 *Pretium rei meæ qui mihi legat quam indebite uendidit, cenſetur reli-*
*quiſſe aĩo compenſandi, ſeu non retractandi uenditionem, & ſi accepto*
*etiam aliud legatum, quàm illud factum ab eodem, non poſſum retra-*
*ctare, dummodo mihi illud pretium offeratur.*
2 *Si maritus aliud quã pretium duntaxat legauit mulieri, cuius prædiũ*
*dotale indebitè uendidit, non cenſetur legaſſe animo compenſandi, &*
*quid ſi legauit pretium tantum, & quid ſi pretium, & etiam aliud.*

1 **§. Qui dotale prædium.** †Qui legat mihi p̃
tiũ rei meæ quam
indebitè vendidit, cenſetur reliquiſſe aĩo compenſandi, ſeu nõ
retractandi venditionẽ. & ſi accepto ẽt aliud legatum q̃ illud fa
ctum ab eodẽ, non poſſum retractare, dũmodo mihi illud pre
tium offerat. h.d. iſte mirabilis caſus. ¶ In tex. ibi, [non teneri ꝯ-
ſtabat.] ſ. quia non debitor, cũ venditio non tenuerit, & ſic nõ
ob. ꝯ̃rium glo. ſm̃ Dy. vel dic ꝙ non tenuit in præiudiciũ mulie
ris, non quo ad virum, & ſic vr̃ ꝙ eſſet debitor ſi mulier nollet
retractare vendit. & nunc teneas ſolutiones glo. ſi tm̃ mulier ac-
ceptaſſet legatum pretij, ex tunc confirmaretur venditio. argu.
2 C. de furt. l. 2 ¶ †Et not. tres caſus, nam ſi iſte maritus legaſſet
huic mulieri aliud q̃ pretium dũtaxat non cenſeret legaſſe aĩo
cõpenſandi, niſi hoc dixiſſet, & ideo ẽt ſi illud acceptaſſet, non
ꝓhiberet retractare venditionẽ, vt C. de rei vxo. actio. l. j. §. ſcien
dũ. ſi verò pretium tm̃, in dubio vr̃ legaſſe aĩo compenſandi, &
ideo acceptando non põt reſcindere, & iſti duo caſus non po-
nunt hic. Interdum legat illud pretiũ, & ẽt aliud, & iſti caſus po
nunt hic, & tũc licèt aliud nõ videat relictum animo cõpenſan
di, qa tm̃ pretium benè vr̃ relictum hoc aĩo, acceptãdo ẽt aliud
legatum excluditur a vendica. prædij, vt eſt caſus ſingularis hic.

---

1 *Mandatum ſimplex cuius effectus poſt mortẽ confertur, re integra mor-*
*te mandantis finitur, ſi mandatarius eam ſcit, ſecus ſi ignorat.*
2 *Donatio cauſa mortis ad hoc ut morte cõfirmetur debet eſſe facta ĩ uita*
*donantis.*
3 *Mandatum de ſoluendo morte mandantis finitur, etiam ſi mandatarius*
*mortem ignorauit, ſed fingitur non finitum.*
4 *An ſoluens liberetur.*
5 *An transferatur dominium pecuniæ ſolutæ.*
6 *Si Meuio debitori ſuo creditor mandauit vt Titio cui mortis cauſa dona*
*bat pecuniam debitam ſolueret, & Meuius mortuo creditore ſoluit,*
*an donatio perficiatur.*
7 *Paria ſunt promittere per ſe, uel facere per alium promitti.*

1 **§. Meuio debitori.** Mandatum ſimplex cuius
effectus poſt mortem con-
fertur, re integra morte mandantis finitur, ſi mandatarius eam
ſcit, ſecus ſi ignorat. Ad hoc ſemper allegat iſte tex. ſunt. n. tres
caſus: nam interdũ mandatũ & effectus mandati conferuntur
in vita mandantis, & tunc conſtat ꝙ finitur morte, vt l. manda-
ti. C. man. interdũ conſtat ꝙ mandatum & eius effectus confe-
runtur poſt mortẽ, & tunc ꝯſtat ꝙ indiſtinctè non finitur mor
te, vt l. ſi verò non remunerandi. in fi. ſ. man. interdũ mandatũ
confertur in vita, ſed effectus confertur poſt mortẽ, & tunc ha-
bet locũ diſtinctio huius §. qui non eſt alibi, & ita no. in fi. j. de
ſol. Ego dico, ꝙ hic mandatũ erat finitũ morte, ſed qñ ignora-
uit, fingitur non finitũ quantũ ad duos effectus, videlicet ut mã
datarius ſoluens liberetur ne ignorantia ſibi noceat, & quan-
2 tũ ad hoc vt donatio † cã mortis perficiatur, perinde eſt acſi do
nãs adhuc viueret, & in hoc ſecundo ſtat difficultas iſtius §. to-
ta. non. n. eſt difficultas in primo caſu qñ ſciuit, nec in ſecundo
qñ ignorauit quantũ ad effectũ liberationis conſequendę, ſed
eſt quantum ad effectum donationis perficiẽdæ: quia donatio
cauſa mortis ad hoc, vt morte ꝯfirmetur, debet eſſe facta in vi-
ta donantis, aliàs nõ reperiretur tp̃e mortis quid ꝯfirmetur, fit
autem vel cũ incipit a traditione, vt l. inter mortis. de do. cauſa
mor. vel cũ incipit a promiſſione, vt eo. tit. l. mortis cã. ſed hic
non proponitur ꝙ aliquod iſtorũ interuenerit. ſ. ꝙ creditor q
volebat donare Titio tradiderit Titio ĩ eius vita: immo nõ tra-
didit, ſed mandauit Meuio, vt traderet. Itẽ nõ proponitur ꝙ ip-
ſe creditor promiſerit aliquid Titio per ſtipulationem, ſed ſolũ
ꝙ mandauit Meuio ꝙ traderet, & ſic donatio non erat facta in
vita donantis ſi Meuius non proceſſerat ad traditionẽ, vnde tẽ
pore mortis donare volentis nõ ſuberat donatio facta q̃ poſſet
ꝯfirmari, videbatur ergo ꝙ ex ſol. quæ poſtea fieret, nõ perficie
tur donatio, ẽt ſi ab ignorante, cuius ꝯ̃rium patet hic in fi. ¶ In
tex. ibi, [qui mortis cauſa donabat] i. donare volebat, & incipe-
re a tradi. ad quam faciendã deſtinabat debitorem eius. ¶ In fi.
ibi, [tunc. n portio iure Falcidiæ.] ſ. dũtaxat, & ſic donatio perfi
citur ex tali ſolutione facta poſt mortẽ, qa fingitur fuiſſe facta
in vita donare volentis, & per mortẽ poſtea ꝯfirmata, & ſic nõ
retractatur niſi uſq; ad Falcidiã, & hoc pp̃ ignorantiã ſoluentis
q̃ operatur tria. ſ. liberta eius, & quia facit mandatum cenſeri
non eſſe reuocatum morte. Itẽ quod dixi, quia facit cenſeri tra
ditionẽ factã in vita, aliàs non poſſet ꝓcedere quod hic dr̃, quia
non potuiſſet ꝯfirmari morte ſi nõ fingeretur facta in vita, qa
non fuiſſet repertũ tp̃e mortis aliquid cõfirmabile, & hoc quan
do fuit mandatũ de ſoluẽdo aĩo donãdi cã mor. cuius effectus
confertur poſt mortẽ, ſed ſi inter viuos nõ ꝓcederet quod hic
dr̃, quia mandatũ eſſet reuocatũ morte, & licèt ſoluens ignorã-
ter liberetur, tm̃ donatio non perficeretur, & ſic hæres donantis
poſſet repetere p ꝯdõnem ſine cã, & iſtud pp̃ doctrinã, quã ſ. di
xi. & per l. 2. §. ſed ſi quis donaturus. j. de dona. gl. tm̃ prima intel
ligit, ꝙ hic interuenit promiſſio inter creditorẽ volentẽ dona-
re, & Titiũ, & hoc vt fugiat ꝯ̃riũ, de quo ſ. quia donatio fuit fa-
cta in vita donantis, vñ potuit ꝯfirmari: ſecus ſi nulla promiſſio
interueniſſet. Idẽ ſequitur Bar. ſed in hoc diſcrepat a gl. qa glo.
vult ꝙ qñ ſciuit mortẽ, ſit reuocatũ mãdatũ, & ẽt donatio. Bar.
hoc vltimũ repræhendit, quia mors non eſt cã reuocandę do-
nationis, ſed ꝯfirmandæ, & ideo tenet ꝙ ſolũ mandatũ ſit reuo
catũ. Sed tunc oppono, quia debet liberari ẽt ſcienter ſoluẽdo
cũ ſoluat creditori creditoris, vt l. ſi opera. ď doli excep. & rñdet
ꝙ illud ſi non interueniſſet mandatũ, ſed qa interuenit, & fuit
reuocatũ ſoluẽdo ꝯtemplatione mãdati reuocati ſciẽter vr̃ do-
naſſe. Breuiter eius opi. non placet nec gl. quia ſi verũ eſt ꝙ do-
natio non ſit reuocata, nec mandatũ erit reuocatũ cũ ſit factũ
ſuper obligatione quæ trãſit ad hr̃dẽ, ut l. fundi. §. Itẽ ſi amicus.
de acq. poſſ. & ſic ẽt ſcienter ſoluẽdo liberatur, cuius ꝯ̃rium hic
oritur. Præterea non poteſt dici ꝙ ſoluerit contemplatione mã
dati reuocati, ſi ſciebat ipſum reuocatũ: potius eſſet hoc dicen
dũ qñ ignorabat, & ſic haberet locũ l. ſi opera de doli excep. Te
ne ergo ꝙ hic donans vel donare volens nullã fecerat ꝓmiſſio-
nẽ Titio donatario & ſic in eius vita nõ erat facta donatio ali-
qua ſed deſtinata, vt fieret, & ita ſonat litera, quo caſu de qua-
3 tuor eſt videndũ. ¶ † Primũ an mandatũ factũ Meuio de ſol-
uendo fuerit reuocatũ, & dico ꝙ ſic indiſtinctè, quia eſt finita
volũtas p mortẽ, ergo eſt finitũ mãdatũ, qđ fundatur ſup volũ-
tate, vt l. 4. ſ. loca. niſi eẽt collatũ poſt mortẽ, vt ſi mãdaſſet poſt
mortẽ ſolui ſed tũc nõ haberet locũ diſtinctio huius § ſm̃ glo.
& bene per l. ſi verò non remunerandi. in fi. ſ. man. in hoc ergo
diſcrepo ab aliis qui tenẽt, ꝙ ſi mandatarius ignorauit, non eſt
finitum:

4 finitum,ego dico ꝙ eſt finitum,ſed fingitur nõ finitũ.¶ † Secũ-
do eſt videndum,an ſoluens liberetur,& breuiter ſi ſciuit mor-
tuũ,nõ eſt liberatus,vt in primo caſu: ſi ignorauit eſt liberatus,
ipſo iure in caſu huius §.quia mandatum fingitur non finitũ,
ita intelligo vltimum caſum,ſed ſi eſſemus in caſu in quo hoc
fingeretᷓ,vt ſi voluiſſet donare inter viuos,eſſet liberatus ope ex
5 ceptionis,vt l.eius qui in prouincia.§.j.ſi cert.pet.¶† Tertio vi-
dendũ eſt an transferatur dñim pecuniȩ ſolutæ,& hic dicas ꝙ ſi
ſoluens erat dñs indiſtinctè transfertur,ẽt ſi erat reuocatũ man
datum,& hoc ſciebat,& hic eſt caſus l.hoc iure.§. ſi quis dede-
rit.ĩ.de do.ſed ſi non erat dñs,vt ſi tradidi pecuniã Meuio non
transferendo dñium ut tibi traderet cui donare volebã,tunc ſi
tradidit poſt mortem meã ignoranter transferret dñium, quia
mandatũ fingitur durare ſi volui donare cauſa mortis. Si autẽ
inter viuos vel ſi ſciuit mortẽ, non trãsfertur dñium, & ſic hæ-
res meus poterit vendicare, ut l.ij.§.ſed ſi quis donaturus. eod.
6 tit.¶ † Quarto eſt videndũ,an donatio perficiatur, & hic eſt di
cendũ,ꝙ ſi volui donare inter viuos,non perficitur,quia cũ mã
datũ ſit reuocatum,nõ põt dici facta traditio ex voluntate mea
ſiue ſcienter ſiue ignoranter ſoluerit,& ſic poterit repeti a te ꝑ
hr̃dem meũ qñ ignoranter ſolueret: ſi aũt ſcienter, tunc nec ꝑ
hr̃dem meũ nec per ſoluentem,qa vr̃ donaſſe,ut hic. Si aũt vo
lui donare cã mortis,tunc ſi ſoluit ſciẽter,non perficitur, & ſic
non cenſetur habere a me ſed a ſoluente,vt hic. Si vero ignorã-
ter,perficitur,ac ſi me viuente traditio facta foret, vt in fine hu
7 ius §.q non eſt alibi. ¶ † Ex prædictis patet,ꝙ nec alia lec. quã
ponit gl.q̃ incipit, ꝑ hr̃des,eſt bona, q̃ vult ꝙ hic creditor man
dauit Meuio debitori ꝙ promitteret, & ipſe promiſit, nã tunc
donatio eſſet facta in vita,ſicut ſi ipſe donans promiſiſſet, cum
ſint paria,ꝓmittere ꝑ ſe,vel facere ꝑ aliũ promitti,& eſt caſus in
l.fi.de ſol.& ſic ꝑ mortẽ ꝯfirmaretur donatio de iure cõi,& mã-
datũ ẽt duraret,& ſic nõ haberet locũ diſtinctio huius §. quia
ẽt ſcienter ſoluendo eſſet liberatus,ſed ſi mandauit ſolui, & ip
ſe promiſit,dic ꝙ promiſſio intelligitur,ſᷣm naturam mãdati,
videlicet ſi mandatũ durabit,& ſic mortuo mandatote re inte-
gra cũ ſit finitũ mandatũ,finitur ẽt promiſſio, & nõ tenebitur
ſoluere.arg.l.cũ quis decedens.§.j.ĩ.tit.j.& ſi ſoluitᷓ,eſſet idẽ dicẽ
dum per omnia,vt ſ̃.dixi,quãdo nulla interueniſſet promiſſio

1 *Portio defertur cohæredibus & ſubſtitutis cum onere ſuo.*

1 ## §.Cum pater.

† Cohæredibus & ſubſtitutis deferẽ
portio cũ onere ſuo.h.d.Dyn.Et erat
hic rõ dubitandi,quia iſtud onus erat iniunctũ filiæ in prædiis
propriis quæ ſibi debebantur ex teſtõ auiæ matris,& ſic nõ ha-
bebat ab aliquo redimere,ſed cohæredes,uel ſubſtitutus habe-
bunt ab illa redimere, quod eſt difficilius,vt ſ̃.eo.l.vnum ex fa
milia.§.ſi rem.& ibi tetigi, & ſi non potuerunt redimere,habe
bunt ſoluere æſtimationẽ,ut l.non dubium.in fi.ĩ. tit.j.

1 *In prælegato facto vni ex hæredibus non debetur euictio, ſed ſi fiat plu-*
*ribus debetur ope excep.*
2 *In prælegato quod debet imputari in trebellianicam, vel in legitimam,*
*debetur euictio.*
3 *Quando teſtator diuidit hæreditatem inter inſtitutos, & poſtea commit*
*titur executori, dicta diuiſio mediante iudice auditur ille q petit ſibi*
*caueri de euictione rei ſibi aſſignatæ à cohæredibus, nec aliter cõpelli*
*tur cõſentire ꝙ alijs aſſignẽtur res deſtinatæ ꝑ teſtõrem niſi caueant.*
4 *Si iſta cautio non eſt petita, & ſecuta ſit euictio, an poſſit agi.*
*Quid ſi erant quatuor hæredes, & vni fuit prælegata vna res, & alteri*
*altera.*

1 ## §.Euictis prædijs.

† In p̃legato facto vni ex hære
dibus nõ debetur euictio, ſed
ſi fiat plurib.debetur ope excep.h.d.iſte §.ſingularis,habẽs duo
dicta q̃ alibi non ſunt ſᷣm Dy.& oẽs.¶In tex.ibi,[crediderat.]er
go ſi ſciebat eſſe alienũ,vr̃ ſecus ſᷣm Bald.ſed intelligẽdo ſᷣm ꝙ
alii Doct.vñr intelligere, eſſet idẽ qa rõ quare hic non agitur de
euict.eſt,quia cùm habeat partẽ hr̃ditatis, dẽt ſtare ꝯtentus, q̃
rõ locũ hẽt ſcienter ſiue ignoranter legauerit,& ſiue iſte præle
gatarius erat coniuncta ꝑſona,vt hic,ſiue extranea, licèt gl. hic
ſentiat ꝯ̃rium,ſed Bal.tenet opi.gl. ꝙ ideo hoc ſit hic,quia prę-
legauit ignorãter, & iſte erat coniũctę perſonę, & ſic allegabat
ꝯ̃ cohęredes,qui ſi̾c erant coniunctę perſonæ, priuilegium cõ
iunctionis,quod facere non poterat,& cũ ſint in pari cauſa,me
lior eſt ꝯditio rei, vt l.ſi ſeruũ.§.ſequitur.de verb.obl. Ex hoc ſe-
quitur ꝙ qñ legauit ſcienter,non hẽt locũ qđ hic dr̃,quia nõ ve
nit rõne coniunctionis,cũ etiã ſi nõ eſſet coniũctus eſſet idem.
ut l.cũ alienã.C.de leg.Item ſequitur ꝙ ſi cohæres nõ eſſet ꝑſo-
na coniuncta,ẽt ſi ignoranter legaſſet,non haberet locũ qđ hic
dr̃,quia tunc non ſunt in pari cauſa, & ſic p̃fertur iſte agẽs. tene
2 menti,quia eſt ſingularis limitatio ad iſtũ tex. † Eſt & alia,nam
quod hic dr̃,procedit niſi tale prælegatũ habeat onus, vt quia
hẽat imputari in Trebellianicã,vel in legitimã,vt ĩ. ad Treb. l.
ſi heres percepto.& ibi vide gl.& Bar.& l.ſcimus.§.j.C.de inoff.
3 teſt.† In tex.ibi,[ſi tñ.]no.ſingulariter hic,ꝙ qñ teſtator diuidit
hr̃ditatem inter inſtitutos.poſtea cõmittitur executori dicta di
uiſio, mediante iudice auditur ille qui petit ſibi caueri de eui-
ctione rei ſibi aſſignatæ a cohæredibus, nec aliter compellitur
conſentire,ꝙ alijs aſſignẽtur res deſtinatæ per teſtatorem niſi
4 caueant. † ſi tñ iſta cautio non eſt petita,tenet hic gl.& C.fami.
erciſc.l.ſi cogitatione.ꝙ ſecuta euic.nõ poſſit agi.Cyn. ibi vr̃ te
nere ꝯ̃rium,& rñdet ad hunc tex.Sed quid ſi erant quatuor hæ-
redes,& vni fuit prælegata vna res,& alteri altera,an habebit lo
cum quod dr̃, [inter eos.] gloſſ.hic innuit ꝙ non, dum dicit ꝙ
hic loquitur qñ ſunt facta prælegata omnibus. Cõtrarium pu
to,quia idem ſi quibuſdam,non vni ſoli,vt inter eos locum ha
beat quod hic dicitur,cum ſit eadem ratio.

1 *Quantitas certa ſi pro dote legatur, licèt pro minori maritetur, tamẽ re*
*ſiduum eſt mulieri ſoluendum.*
2 *Cauſa legati quæ reſpicit fauorem legatarij, non reſtringit legatum cer-*
*tæ quantitatis, & nu. 1.*
3 *Si teſtator legauit centum pro dote, & poſtea ipſemet maritauit pro qn*
*quaginta, an poßint peti alia quinquaginta.*

1 ## §.Pater certam.

†Si legatur certa quantitas ꝑ do-
te, licèt pro minori maritetᷓ, ta-
men reſiduum eſt mulieri ſoluendũ.Item ſi teſtator mandat vt
hæres ſtipuletur dotem filiæ ad cõmodum ipſius hæredis, cẽſe
tur hoc voluiſſe dũtaxat in caſu quo mr̃ium ſoluatᷓ morte mu-
lieris,nõ aũt ſi diuortio,vel morte viri,ne mulier remaneat in-
dotata.Itẽ cenſetur voluiſſe ꝙ ſtipuletᷓ dũtaxat pro prima vice,
& primo mr̃imonio,nõ aũt in ſcđo.h.d.iſte §. notabilis in oĩb.
1 tribus dictis. ¶ † No ex primo caſu ꝙ cauſa legati quæ reſpicit
fauorẽ legatarij non reſtringit legatũ certæ quãtitatis, qa licèt
illa cauſa poſſit expleri pro minori quantitate, tñ tota quanti-
3 tas debetur,vt hic,& l.libertis.la j.ĩ.de alim.& ciba.leg. † Et lo-
quuntur iſta iura qñ cauſa expletur pro minori quantitate per
hæredem,vel per legatarium: ſi autem per teſtatorem, vt quia
legauit cẽtũ pro dote,& poſtea ipſemet maritauit pro qnqua-
ginta,an poſſit petere alia quinquaginta? dic ſup.eo.l. Lucius.

1 *Electio facta ante tempus de perſona incerta de certis non ſortitur effe*
*ctum, nec poteſt dici electio quouſque poteſt retractari.*
2 *Si aliqui ſint rogati reſtituere bona pauperibus poſt mortem eorum, & i*
*uita eligantur aliqui pauperes qui poſtea tempore mortis nonſint in re*
*rum natura, uel ſint effecti diuites, habetur electio pro non facta, &*
*oſset Epiſcopus apponere manus ac ſi facta non fuiſſet.*

1 ## §.A filia pater.

†Electio facta ante tẽpus de ꝑſona
incerta de certis nõ ſortitur effectũ
nec poteſt dici electio quouſque põt retractari. h. d. & aſſignatᷓ
hic duplex rõ,vna quia poſſet contingere ꝙ electus moreretur
ante mortẽ eligentis,quo caſu irritaretur electio,nec ille elect⁹
tranſmitteret ad hæredes ſuos,quia non habebat ius ſolidũ,ſeu
tranſmiſſibile quouſque poterat,vt ſ̃.eo.l.vnum ex familia. cir-
ca princ. Alia ratio eſt,quia poſito ꝙ non decederet.poſſet eue
nire caſus ꝙ oẽs alij decederent ipſo relicto, & ſic ipſe eſſet ha-
biturus etiam ſi non fuiſſet electus. Interim ergo quouſq; aliqs
de prædictis caſibus poſſit euenire nõ poſſet dici electio facta,
cũ poſſit ad irritũ deduci,ſed ſi nullus de iſtis caſib.eueniſſet,
quia ille non decederet,nec alii, & perſeueraretᷓ in electione,
tunc ex tꝑe mortis videretᷓ fieri,& valeret vt ex nunc,non vt ex
2 tunc,ita loquitur l.vnũ ex familia.in princ.¶† Et iſta no.pro il-
lis qui ſunt rogati reſtituere bona pauperibus poſt mortẽ eo-
rum,ꝙ ſi in vita eligantᷓ aliqui pauperes. qui poſtea tꝑe mortis
nõ ſint in rerũ natura,vel ſint effecti diuites, habetᷓ electio pro
non facta & poſſet eṗs apponere manus ac ſi facta non fuiſſet.
Tenẽ mẽti perpetuo,vt ẽt tetigi in d.l.vnum ex familia.§.j.¶In
gl.prima ibi. [Alijs vt R.] precedens magis placet, vt cõmodũ
medij tẽporis ſit ipſius electi ex donatione quẽ eligens vr̃ in ip-
ſum feciſſe,vt facere potuit de eo qđ ſpectabat ad eũ,nã quouſ
que viuebat cõmodum ad ipſum ſpectabat, vnde potuit alteri
donare.¶In fi.gl.ibi. [tunc enim qñcunq; vellet reſtituere.]nõ
tamẽ tranſirent iura ex Treb.quia non eſſet facta reſtitutio ſe-
cundum voluntatem defuncti,vt l.ſed ſi ante.ĩ.ad Treb.

## §.Fidei hæredem.

Manumiſſi ex cã fideicõmiſ
ſi cõtinentᷓ appꝉone liberto
rum teſtatoris.h.d,videbatur ꝯ̃rium hic,qa iſti non erãt liberti
tꝑe mortis teſtõris,ſed ſatis videbãtur eſſe, ex quo ad hunc ſta-
tũ erãt deſtinati per teſtatorẽ,qui mandauerat eos manumitti.

1 ## §.Fidei tuæ.

† Grauatus de reſtituendo quicquid ad
eũ peruenerit,tenet etiã ad illa quæ poſt
grauamen ſibi relicta ſunt.h.d.¶ In tex.ibi, [peruenerit.] Nota
verbum,non.n.dixit qcquid tibi legaui,quia eſſent verba prȩte
riti tꝑis,& non ſemper cõprehẽderent futura, ſed dixit, [perue-
nerit.] quod eſt futurum & verificatur ẽt in his quæ poſtea re-
linquuntur, & ſic non ob.contrarium glo. de l.vxori.ĩ.tit.j.

1 ## §.Volo.

† Appellatione liberorũ cõtinentᷓ naturales tñ.
h. d. Et hoc in diſpoſitione teſtatoris, & qñ ap-
ponũtur in conditione, quod dic plenè in l. ex facto. §. ſi quis
rogatus.ĩ.ad Trebel. ſecus in diſpoſitione legali,ita loquitᷓ l.ge-
neraliter.de inſt.& ſubſt.iuncta l. cũ acutiſſimi. C.de fideicom.

1 *Grauamen iniunctum debitori per creditorem de ſoluendo hæredi ipſius*
*creditoris non ualet.*

ſi non

2 *Si non valet id quod eſt principale, dilatio ſuper eo appoſita etiam non valet.*
*Dilatione pendente nihil debet innouari, niſi ſit data ſuper eo quod eſt nullum.*
3 *Tempus certæ ætatis honorati, intelligitur appoſitum eius fauore, & ſic non facit conditionem, ſed diem.*
*Minor xxv. ann. poteſt renunciare cum curatore fauori ſuo quãdo ex hoc conſequitur maiorem vtilitatem.*

1 **§. Curatoris.** †Grauamen iniunctũ debitori per cre
ditorem de ſoluendo hæredi ipſius cre
ditoris non valet. Itẽ dilatio ſolutionis collata in tp̃s certæ æta-
tis legatarij cenſetur facta ipſius fauore,& ideo põt ei renuncia
re,& prius petere.h.d.¶No.ex primo dicto,ꝙ licèt valeat graua
men ſi grauo debitorem meum de ſoluendo alteri,vt l. ſi pecu
niam.s̃.tit.j.ſi tñ grauo de ſoluẽdo hæredi meo,nihil valet, tan-
2 quam ſuperfluum,cũ etiã ſine hoc teneretur facere.† Secundo
no.tex.cum gl.quòd ſi non valet id quod eſt principale, dilatio
ſuper eo appoſita ẽt non valet,nã hic iſtud grauamen erat prin
cipale,& dilatio in tempus ætatis erat acceſſoria,dicit glo.quòd
redditur nulla pp nullitatem principalis,quod no.ad materiaꝫ
l.ſiue pars.C.de dila.vbi dr̃ ꝙ pendente dilatione nihil debet in-
nouari,nam eſt verum niſi ſit data ſuper eo quod eſt nullũ,naꝫ
3 tunc dilatio eſt nulla.¶†Item no.ꝙ tp̃s certæ ætatis honorati
intelligitur appoſitum eius fauore,& ſic non facit conditionẽ,
ſed dieꝫ,vt l.Seius Saturninus.j̃.ad Treb.¶Vltimò no.ꝙ minor
xxv.ann.poteſt renunciare cum curatore fauori ſuo,quod intel
lige quando ex hoc conſequitur maiorem vtilitateꝫ,quia expe
diebat agere ante tp̃s.aliàs ſecus,vt j̃. de ann. leg.l. eum qui, &
ita intellige quod s̃.dixi in l.ſi ita relictum.§.Pegaſus.s̃.eo.

---

1 *Legata relicta ab inſtituto ſub conditione, cenſentur tacitè repetita ſub eadem conditione à ſubſtituto vulgari.*
2 *Repetitio tacita legalis intelligitur cum omnibus ſuis qualitatibus.*

1 **§. Ab inſtituto.** † Legata relicta ab inſtituto ſub
ꝯdõne cenſent̃ tacitè repetita ſub
2 eadem cõditione à ſubſtituto vulgari.h.d. notabiliter. ¶†Et ſic
no.ꝙ repetitio tacita legalis intelligitur cũ omnibus ſuis quali
tatibus,ſecus in repetitione expreſſa facta per teſtatorẽ, in qua
nõ ſubintelligeretur repetita ꝯdõ.l.ſi cui ſerui.§.j.s̃.tit.j.¶In gl.
ibi,[vel dic propriè,]hæc vera,vt s̃.eo.l.peculium.in fi.quod fa-
cit ad q.de qua ibi dixi,& eſt hic caſus, videbatur tñ non debe-
re expectari mortẽ inſtituti poſtq̃ hæreditatẽ repudiauit, cũ in-
tentio teſtatoris fuerit eum exonerare in caſu quo adiret,ne an
te mortem teneretur,ex quo ergo repudiauit, non cadit exone
ratio,& ſic videbatur ꝙ ſubſtitutus haberet reſtituere poſt ſuaꝫ
mortẽ,ſicut inſtitutus ſi adiuiſſet habuiſſet reſtituere poſt ſuã,
ſed ꝯ̃rium eſt, quia licèt ab inſtituto euellatur hæreditas, ꝯdõ
tñ quæ ſuam perſonã reſpiciebat,remanet in eodeꝫ ſtatu. ¶In
gl.ibi,[vel ſub ꝯdõne.] dic melius quàm gl.ꝙ ibi in conditione
appoſita in ipſa reſtitu. vt non intelligatur repetita in ſubſtitu-
tione vulgari, ne propter eius defectum contingat ꝙ faciat te-
ſtatorem inteſtatum decedere, quod eſt odioſum, non ſic qñ
facta eſt ſubſtitutio in legato,quĩa ceſſat dicta ratio,ita loquit̃.l.
j.§.pro ſecundo C.de cad. toll. hic verò loquitur in conditione
appoſita in legato, vel fideicommiſſo relicto ab inteſta.

---

1 *Cum legatur vniuerſitas iuris, valet legatum, licèt contineat plus incommodi quàm commodi.*
2 *Caſus in quo legatum affert incommodum propter naturam rei legatæ, vt ſi legatur vniuerſitas iuris.*
3 *Quando legatur vniuerſitas, legatarius non admittitur ad petendum, niſi caueat hæredi de indemnitate, & quæ dicatur vniuerſitas iuris.*
*Si quis legat apothecam pannorum, non veniunt panni, niſi dicatur.*
4 *Si aliquis legat vxori cameram ſuam, an cenſeatur ſenſiſſe de rebus exiſtentibus in camera.*
*Si legauit ſcrinia, an cenſeatur ſenſiſſe de rebus ibi exiſtentibus.*

1 **§. Menſæ.** †Cum legatur vniuerſitas iuris,valet legatũ,
licèt contineat plus incommodi q̃ commo-
di.h.d.& eſt notabilis,limitã tñ, niſi appareat ꝯ̃rium ex aliq̃bus
2 coniecturis de voluntate defuncti.j̃.tit.j.l.nomen.§.vni.¶†No.
caſum in quo legatum affert incõmodum pp nãm rei legatæ,
vt qñ eſt legata vniuerſitas iuris, quo caſu grauat̃ in plus q̃ ſen-
3 tiat ꝯmodi:rl̃r ſecus,vt s̃.eo.l.Imperator.cũ ibi notatis.¶†Item
no.ꝙ qñ legat̃ vniuerſitas,legatarius nõ admittit̃ ad petẽdũ,niſi
caueat hr̃di de indẽnitate:dr̃ aũt vniuerſitas iuris,vt menſa,tabu
la,banchum,fundicũ,& ſimilia.Nam qui talia legat, vr̃ legare
ipſam negotiationẽ.Idẽ ſi legat hæreditatẽ q̃ ad ſe peruenit, vt
s̃.e.l.cũ filius.§.Lucio. Quid ſi legauit tabernã vel apothecã?dic
ꝙ iſta ſunt magis nõĩa locorum,q̃ negociationis,vt l.qui taber
nas.de ꝯ̃h.emp.& de fundo inſtr.l.tabernã,ẽt ſi dixit lego apo-
thecã pannorũ,vel pannariã,quia non veniũt panni,niſi dicat̃.
4 ¶†Quid ſi aliq̃s legat vxori camerã ſuam,an cenſeat̃ ſenſiſſe de
reb.exñtibus in camera?vel pone ꝙ legauit ſcrinia, an cẽſeatur
ſenſiſſe de reb.ibi exñtibus?vide Bar.in l.fi.j̃.de pe.leg.Itẽ quid ſi
quis legauit alicui ſtudiũ, ſeu bibliothecã, an videat̃ ſenſiſſe de
libris:vide per eundẽ.j̃.ti.j.l.librorum. §. quod ſi bibliothecam.

1 *Appellatione mancipiorum datorum in dotem, vel donatorum, continentur partus editi ex illis mancipijs.*
2 *Pater ſi legauit filiæ mancipia, quæ ſibi donauerat, an ex cauſa legati debeantur etiam partus.*
3 *Si pater filiæ nubenti facit aliquam donationem non valet eo viuente ſi erat in poteſtate, & ſi ei donat ſcrinia cum iocalibus conſuetis, an teneat donatio.*
4 *Regula de duabus cauſis lucratiuis, non habet locum quando primo quis conſecutus eſt æſtimationem.*

1 **§. Pater filiæ mancipia.** †Appellatione mã-
cipiorũ datorum in
dotẽ,vel donatorũ,ꝯtinent̃ partus editi ex illis mancipijs.h.d.&
eſt vnus nouus caſus & difficilis ad intelligendũ q̃d Iuriſconſul
tus voluit,& malè declaratus.Et legit̃ duobus modis princip̃lr,
primo ſ̃ꝫ intellec.Dy.ꝙ iſte pr̃ non dederat iſta mancipia in do
tẽ,quia tex.hoc non dicit,ſed ſolũ dicit ꝙ dedit filiæ nubẽti, vñ
poteſt intelligi,ꝙ dedit vltra dotem,talis quidem donatio non
valuit efficaciter viuente patre,ſi filia erat in ptãte; ſed mortuo
patre ꝯfirmatio trahitur retro quo ad fructus & partus,licet nõ
2 quo ad dñium,vt no.s̃.eo.l.ſeq. qõ.† Pone ergo ꝙ pr̃ huic filiæ
talia mancipia quæ ſibi donauerat legauit, q̃ritur an ex cã lega-
ti debeant̃ ẽt partus?& dubiũ erat,licèt Dy.& Doc.non tangãt.
quia legãdo vr̃ reuocaſſe donationẽ, & voluiſſe ꝙ habeat ex cã
legati,vt no.s̃.ti.j.l. ſi qñ.in prin. poſito ergo ꝙ ſi nõ legaſſet iſta
filia confirmata donatione per mortẽ debuiſſet habere partus,
nunc videbatur ꝯ̃rium, quia in legato non veniunt fructus &
acceſſiones perceptæ viuo teſtatore.vt s̃.tit.j.l.quæſitũ.§.pen.ꝯ̃-
riũ tñ rñdetur,& rõ eſt,quia non debet eſſe deterioris ꝯdõnis q̃
ſi legata non eſſent, & idẽ dicit in vxore cui fuiſſent donata, &
poſtea legata. Rõ ergo decidendi ſ̃m iſtam lect.eſt,q̃a hoc caſu
cũ ſit vtilius filiæ vel vxori habere ex donatione q̃ ex legato, ta-
le legatũ potius dr̃ confirmatio donationis,q̃ eius reuocatio, &
ſic nota limitationẽ ad id q̃d dicunt Doc.in d.l.ſi qñ.s̃.tit.j.ꝙ le-
gando vr̃ reuocaſſe donationẽ,quia hoc non eſt verũ quantũ ad
fructus & acceſſiones ꝑceptas à tpe donationis, quia iſtud eſſet
3 damnoſum mulieri, hr̃ ergo potius pro confirmatione. ¶†Iteꝫ
no.ſ̃m iſtã lecturã, ꝙ ſi pater filiæ nubenti facit aliquam dona-
tionẽ,nõ valet viuente patre,ſi erat in ptãte,q̃d facit ad q̃õnem
de facto,ſi donat ſcrinia cũ iocalibus cõſuetis, an teneat dona-
tio.Et quidã cõſuluerunt ꝙ non,ꝑ rl̃am gñalem,pro quibus fa-
cit iſte tex.ſ̃m hãc lecturã, & ſic mortua filia relicto filio & pa-
a tre,debebunt redire ad patrem,ꝯ̃riuꝫ conſului.[a] ꝙ immo ad fi-
liũ,tanq̃ ad hæredẽ,q̃a valuit donatio,cum ſint appendices do-
tis,quia ſi non darẽtur,tanto minor eſſet dos, vñ ſicut eſt ſpãle
in dote,ꝙ valeat donatio ẽt iure veteri,vt l.Põponius Philadel-
phus.s̃.fam.erci.ita & in iſtis,arg.in l.inter ſocerũ.§.cũ inter.de
pac.dot. & l.ẽt.C.de iure do. vbi q̃d iuris eſt de principali dote,
idem de augmẽto.Sc̃d̃m gl.iſta mãcipia fuerũt data in dotem,
& dicit glo.ꝙ non curat vtrum æſtimata,aut inæſtimata.Certè
primũ non p̃t procedere,nã ſi data fuerunt æſtimata,partus nõ
erant dotales,cuius ꝯ̃rium dicit gl.ſequens, tene ergo ꝙ fuerũt
data inæſtimata.Item aduertendũ, ꝙ p̃t contingere duob. mo-
dis,primo,ꝙ pater non fuerit ſtipulatus reddi dotem ſibi, & ſic
actio de dote erat cõis inter patrẽ & filiam, & ſic maritus tene-
bat̃ filiæ,ſecundo ꝙ pr̃ fuit ſtipulatus ſibi ſoli reddi, & tũc actio
non eſt cõis,ſed ſolius patris,& maritus non tenetur filiæ,& iſti
duo ſenſus colligũtur ex gl.dũ dicit, [debeantur filiæ à marito,
an non.]tenendo ꝙ nõ fuit ſtipulatus,tunc iſtud legatũ impor-
tat,ad hoc vt aliquid operet̃, ꝙ filiæ debeat̃ æſtimatio ab hære-
de patris incontinẽti,ſicut ſi legaſſet rẽ cuiuslibet alterius,quia
erant mariti,vt l.doce ancillam.C.de rei vendi.& poſtea ſoluto
matrimonio filia per actioneꝫ de dote conſolidatã in eius per-
ſona recuperabit à marito mancipia & partus, & ſic habebit v-
4 trunque.†nec obſt.rl̃a de duabus cauſis lucratiuis,nam vltra id
q̃d dicit gl.dic ꝙ illa non ob.qñ primo ꝯſecutus eſt quis æſtima
tionẽ,vt no.in l.planè.§.j.s̃.tit.j.item non obſt.qñ diuerſis tẽpo-
ribus,vt l.æſtimo.de ver.ob.& niſi hoc importaret ꝙ debet̃ æſti
matio,nõ eſſet alicuius vtilitatis, cũ ẽt ſine hoc legato ꝑ actio-
nẽ de dote ꝯſolidatã eſſet recuperatura ipſam dotẽ.Si intelligit̃
ſecundo mõ,ꝙ pater fuit ſtipulatus,hoc ſolũ importat vt hære
des pr̃is teneant̃ huic filiæ cedere actionẽ ꝓ mancipijs, & parti-
bus recuperandis,quia legando mancipia data in doteꝫ, perin-
de eſt ac ſi legaſſet dotẽ,& ideo veniunt ẽt partus ſicut ſi doteꝫ
legaſſet,cũ ſint dotales, & hoc voluit iſte tex.& iſta lectura ma-
gis placet q̃ præcedens,q̃a de æſtimatione nil dr̃ in tex.& eſt di-
uinatio.no.tñ vtranque lec.quia ſ̃m præcedentẽ aliud eſt lega-
re dotẽ,quo caſu filia nihil conſequitur ab hæredibus patris,&
poſtea dotem per actioneꝫ de dote, quod perpetuò tene mẽti,
& hoc quando actio erat cõis:aliàs dic,vt in ſecunda lectura.

ADDITIO.

a ¶Contrarium conſului. Adde ꝙ idem tenet, & refert Pau.hic d.Alex.de Imo.in conſ.27.col.fi.in 5. vol.

---

1 *Rogati reſtituere hæreditatem poſſunt eam inter ſe diuidere, & illa videntur fuiſſe in fideicommiſſo quæ per diuiſionem obtinuerunt, ideo non tenentur de periculo eorum plus quàm tenerentur.*

2 *Licèt rogati de reſtituendo non poſſint alienare in præiudicium fideicom-
miſſarij, benè poſſunt diuidere in præiudi cium illius.*
*Plures feudatarij poſſunt inter ſe diuidere.*
3 *Portio prouenięns ex diuiſione, cadit in fideicommiſſo ac ſi illa ſola fuiſ-
ſet relicta.*
4 *Diuiſio dicitur eſſe quædam permutatio.*
*Per ſimplicem diuiſionẽ nõ cenſentur diuidentes renũciare fideicõmiſſo,*

1 **§. Hæreditatem.** †Rogati reſtituere hæreditatem poſſunt eam inter ſe diuidere: &
illa videñt fuiſſe in fideicõmiſſo quæ per diuiſionem obtinue-
runt, ideo non tenentur de periculo eorũ plus q̃ tenerent. h.d.
notabiliter. Et põt intelligi ꝙ fuerunt rogati reſtituere extraneo
vel inter ſe. †Et ſecundum primum caſum nota, ꝙ licèt rogati
de reſtituendo non poſſint alienare in præiudicium fideicom-
miſſarij, bene poſſunt diuidere in præiudiciũ illius. qđ eſt valde
ſingulare, ſic & feudũ non põt alienari in extraneo, & tñ plures
feudarij pñt inter ſe diuidere, vt in vſibus feudorũ quibus mo-
3 dis feu. amittatur. §. ſi verò non fuerint. ¶ †Item no. ꝙ portio
prouenięns ex diuiſione cadit in fideicõmiſſo, ac ſi illa ſola fuiſ-
ſet relicta. facit l. Iul. §. Idẽ Celſus, de act. emp. & adde quod no.
Bar. in l. is qui. ĩ. de vſufru. leg. ¶ In text. ibi [reſtituere] puta ego
fui rogatus reſtituere meam dimidiã Titio poſt mortem meã,
& tu tuã Seio, & cum in hr̃ditate eſſent certa noĩa debitorum
meorũ, & factis delegationibus illi debitores ſolidã ſummã mi-
hi promiſerunt te volente, poſtea effecti ſunt non ſoluendo, &
extitit caſu reſti. & hæres meus dicit ſe nõ teneri fideicommiſſa
rio meo, niſi vt cedat actiones ꝯ illos tales quales ſunt: fideicõ-
miſſarius dicit ꝙ iſta diuiſio nõ potuit fieri in eius præiudiciũ,
nam ſi non fuiſſet facta cũ haberet dimidiam prædiorum & di-
midiã nominum debitorum, ſaltem dimidia prædiorum [quæ
hodie extat] ad eũ deueniret: ergo teneẗ hæres meus ac ſi dimi-
diam illã tibi vendidiſſem, quod facere non potuiſſem in eius
præiudicium. ꝯrium rñdetur, quia ad aliud nõ teneẗ hæres, nec
iſta põt dici fuiſſe venditio, ſed quædã permutatio dimidiæ præ-
diorum cum dimidia noĩum debitorũ, & iſta ſecunda ſuccedit
loco primæ, poſtq̃ ex diuiſione ad me peruenit, vt illa ſola vi-
4 deatur eſſe in fideicõmiſſo. Tene menti. †& ſic nota ꝙ diuiſio
dr̃ eſſe quædã permutatio. Secundũ aliam lecturam allegaẗ ꝙ
per ſimplicẽ diuiſionem non cẽſentur diuidentes renunciare
fideicõmiſſo, quod plenè dic in l. qui Romæ. §. fi. de verb. obli.
prima tamen lectura magis placet, & congruit literæ.

---

1 *Qui legat hæreditatem ſibi quæſitam, non videtur legare fructus quos ip-
ſe conſumpſit.*
2 *Si emphyteuſis conceſſa eſt alicui pro ſe & filijs ſuis maſculis, quibus de-
ficientibus deueniat ad fœminam quæ nupſerit, & rem patris habeat,
quid importent illa verba, & rem patris habeat.*

1 **§. Filia.** †Qui legat hæreditatem ſibi quæſitam non vr̃ legare fructus quos ipſe cõſumpſit. h. d. ergo à ꝯrio
quos non conſumpſit, ſic ẽt ſi ſunt percepti viuente teſtatore,
& quod plus eſt, ẽt ſi tpe teſtamenti, qa augent hæreditatẽ, non
ſic cum legatur res ſingularis, vt ſ. titu. j. l. quæſitum. §. penult.
2 ¶ †In tex. ibi, [rem matris.] quod exponitur, id eſt hæreditatem
quæ fuerat acquiſita huic patri teſtatori mediãte filia, ad hoc ſ.
de iniuſto teſtõ. l. poſthumus. §. idẽ l. & circa. quod facit ad qõ-
nem, in qua conſului his diebus de quadam emphyteuſi cõceſ-
ſa cuidam pro ſe & filijs ſuis maſculis, quibus deficientibus de-
ueniat ad fœminam quæ nupſerit, & rem patris habeat (ita di-
cebant verba) quæritur quid importent illa verba, & rem pa-
tris habeat? Reſpondeo, id eſt hæreditatem, vt hic nõ tñ requi-
ro ꝙ ſit hæres inſolidum, ſed ſufficit ꝙ in quocunque modico
ſit inſtituta per l. ſi ex modica. ĩ. de bonis libertorũ, & quod no.
Bart. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. de oper. liber. ¶ In text. ibi,
[vel in ſuum patrimoniũ conuertit,] ſed ꝯ. ſ. eo. l. Imperator. in
fi. vbi iſto caſu non cenſentur conſumptum. Sol. notabiliter ibi
in rebus principalibus hæreditatis, quæ licèt ſint alienatæ, ſi ta-
men loco earum aliæ ſunt ſubrogatæ, ſuccedunt loco earum,
hic loquiẗ in fructibus, qui ſunt res acceſſoriæ, & ideo largius
aſſumitur verbum conſumptio, quod perpetuò tene menti, &
adde quod no. per Bar. ſ. eo. l. cum filius. §. Lucio.

---

1 *Ratio & cauſa verborum teſtatoris plus attenditur quàm verba.*
2 *Ex oratione & cauſa loquendi colligitur mẽs loquentis, mens nihil aliud
eſt quàm ratio.*

1 **§. Dulciſsimis.** †Rõ & cã verborum teſtatoris plus attenditur q̃ verba. Ad hoc ſp alle-
gatur. Et hoc quando tendit ad reſtringẽdum verba, vt hic. Idẽ
2 ſi ad ampliandum, vt ĩ. tit. j. l. nomen debitoris. §. fi †Et rõ eſt,
qa ex rõne & cã loquendi colligitur mens loquentis, cum mens
nihil aliud ſit q̃ ratio, vt no. Dy. in c. fi. de reg. iur. lib. vj. ad quod
ſ. ſol. mat. l. cum mulier. la j. & de calum. l. hæc actio, & l. emptor
§. fi. de rei vend. & l. ſi is qui animo. de acq. poſ. & idem in diſpo-
ſitione legali, quia ratio expreſſa per mẽtem plus attenditur q̃
verba legis vt no. in d. c. fi. per l. adigere. §. quanuis. ĩ. de iure pa-
tro ſed ſi non eſſet expreſſa in l. ſed ex coniecturis poſſet colligi,
dic vt no. per Bar. in l. non dubium. C. de leg. In diſpoſitione au-
tem vltimæ voluntatis non curo vtrum ſit expreſſa, vt hic, vel
ex coniecturis poſſit colligi, vt ſ. eo. l. cũ proponebaẗ. ¶ In text.
ibi, [quæcunq; mihi.] Iſtud verbũ faciebat dubiũ, cũ ſit genera-
le, vt oĩa quæ fuerunt matri tpe mortis eius cõprehendantur,
ſed ꝑ rõnem quæ ſtatim ſubnectiẗ, nequaquã cũ his controuer
ſiam habeas &c. reſtringunẗ ad illa tantũ bona quæ inter iſtam
teſtatricẽ, & iſtos fratres ſuos eoſdemq́; anunculos remãſerunt
indiuiſa, quia in illis conſueuit excitari materia controuerſiæ:
non ergo comprehenduntur illa quæ ex diuiſione facta erant
ſolius teſtatricis, quia in illis ceſſat cauſa diſcordiæ, cui voluit
prouidere.

---

1 *Traditio clauium & aſſignatio rerũ in dubio præſumitur cauſa cuſtodiæ,
ſi non præceſsit titulus habilis ad tranſlationem dominij.*

1 **§. Pater.** †Traditio clauium, & aſſignatio rerum in dubio præſumiẗ cauſa cuſtodiæ, ſi nõ præceſſit ti-
tulus habilis ad tranſlationẽ dñij, ad hoc allegatur, ſed ſi præ-
ceſſit, operatur tranſlationem ptãtis & dñij. vt l. clauibus. de cõ-
trahen. emp. & de aſſigna. lib. per totum, & de vſufru. leg. l. gene-
rali. §. hæredis, vbi verbũ aſſignare importat tranſlationem iu-
ris, ſed hic ex pluribus colligebatur mens, ꝙ noluit plus iuris
transferre, ſed cuſtodiam committere.

---

1 *Oratio imperfecta perficitur ex præcedentibus & ſequentibus, ſi congruè
fieri poteſt.*
2 *Omiſsio notarij vel ſcriptoris non vitiat actum, quando poteſt colligi quid
erat dicendum,*

1 **§. Cum imperfecta.** †Oratio imperfecta perficitur ex præcedentibus, & ſe-
quentibus, ſi cõgrue fieri põt. h. d, ſic ſ. eo. l. vnũ ex familia. §. pe
2 ibi dũ dicit, & cætera q̃ legãtur. ¶ †No. ergo hic, ꝙ omiſſio nota
rij vel ſcriptoris nõ uitiat actũ, qñ põt colligi qd erat dicendum,
& hoc qñ circa diſpoſitionẽ, ſed circa ſolennitatem talis omiſ-
ſio bñ vitiat & nocet, gl. eſt notabilis in l. ambiguitati. C. de teſta.

---

1 *Iuramentum facit rem valere meliori modo quo valere poteſt.*

1 **§. Filius matrem.** †Iuramentũ teſtatoris vel hæredis habet vim clauſulæ co-
2 dicillaris, ad hoc ſemper allegatur. †Item allegatur ꝙ iuramen-
tum facit rem valere meliori modo quo valere poteſt, & hoc
includitur ſub virtute iuramenti.

---

1 *Verba prolata per modum conſilij non inducunt neceſsitatem.*
2 *Ratio alterat naturam verborum.*
3 *Verbum rogo, licèt de ſui natura non ſit neceſsitatiuum, tamen neceſsita-
tem importat in vltimis voluntatibus.*
4 *Omne verbum ex quo de voluntate teſtatoris apparet, neceſsitatem im-
portat licet de ſe ſit ineptum.*

1 **§. Mando filiæ.** †Verba prolata ꝑ modum cõſilij non inducunt neceſſitatẽ, ad hoc
allegaẗ, ẽt ſi de ſe ſint præceptiua, vt patet in verbo, [mando.] cu
ius ſignificatum alteraẗ ꝑꝑ rõnem annexã dũ dixit [pro ſalute
2 ſolicitus ipſius.] †Itẽ poſtea ſubdit, [ita. n. poterit &c.] & ſic nota
ꝙ rõ alterat naturã verborũ. facit §. dulciſſimis. ſ. ea. l. ¶ In tex.
ibi, [nõ videri relictã,] & ſi iſta filia nõ obtemperauit conſilio,
ſed fecit teſtm̃, & extraneũ hæredẽ inſtituit, non tenebiẗ illi ſo-
rori reſtituere quicquã ꝑꝑ dicta verba, & hoc eſt qđ ſequitur.
3 †Et econuerſo verbũ, rogo, licèt de ſui natura non ſit neceſſita-
tiuũ, tñ neceſſitatẽ importat in vltimis voluntatibus. ĩ. proxi. §.
4 †qa omne verbũ ex quo de voluntate teſtatoris apparet, neceſ-
ſitatem importat, licèt de ſe ſit ineptum, vt not ſ. ea. l. §. cum
imperfecta. in gl. & ĩ. tit. j. l. fideicommiſſa. §. hæc verba.

---

1 *Si rogetur quis diſtribuere inter plures ſecundum eorum merita nõ facta
diſtributione, admittẽtur omnes exceptis illis, qui demeruerũt offendẽ
do, quia omnes videntur mereri, dummodo non demereãtur, ſed ſi facta
ſit diſtributio, illi ſoli admittũtur ĩter quos facta eſt, ſi illi ſoli meruerũt.*
2 *Si te hæredem inſtituto, & poſtea grauo ꝙ bona tua reſtituas tali, videor
ſenſiſſe duntaxat de bonis meis.*
*Merentes dicuntur, qui non apparent demerentes.*
3 *Si grauo te quòd quandoque reſtituas Titio, videor grauare vt reſtituas
poſt mortem.*
4 *Si grauo te vt reſtituas cum voles, videor grauaſſe poſt mortem.*

1 **§. Rogo filia.** †Si rogeẗ qs diſtribuere inter plures ſecundum eorum merita nõ facta diſtri-
butione, admittentur oẽs, exceptis illis, qui demeruerunt offen
dendo, qa oẽs videnẗ mereri, dũmodo nõ demereanẗ: ſed ſi fa-
cta ſit diſtributio, illi ſoli admittunẗ inter quos facta eſt ſi illi ſo-
li meruerũt. h. d. declara vt in glo. licèt ergo nõ facta diſtributio
ne admittanẗ ẽt illi qui non meruerunt, dũ tñ nõ demeruerint
ſi tñ facta eſt inter merentes, nõ admittunẗ, qui nec merenẗ, nec
demerenẗ, ſed ſi nõ inter oẽs merentes facta fuiſſet, admitterẽ-
tur qui derelicti fuerũt, quia hoc fideicõmiſſum factũ eſt om-
nibus merentibus, & illi qui meruerũt dicunẗ merentes, ſiue ſe-
quaẗ diſtributio, ſiue non. ¶ Illi qui nec meruerũt, nec demer-
uerũt dicunẗ merẽtes ſi nõ fiat diſtributio: ſed ſi fiat, nõ ĩter eos,
2 non habẽt ꝑ merẽtibꝰ, & iſta colligunẗ ex tex. & gloſſis ¶ †No.

tex,

tex.cū gl ſuper verbo,[bona tua,] ꝙ ſi te hæredē inſtituo, & po-
ſtea grauo ꝙ bona tua reſtituas tali, videor ſenſiſſe duntaxat de
bonis meis,in qbus te inſtituo,q̄ poſtea futura ſunt tua, nō aūt
de tuis bonis ꝓprijs, qđ ꝑpetuò tene mēti, nā ſi intelligeret̄ de
tuis, & bona mea æquiualerent illis acceptādo bona mea,tene
reris reſtituere tua, vt patet ſ̄.eo.l.vnū ex familia.§.ſed & ſi fun-
dū.verſi.dixi.¶ Itē no.ꝙ merentes dicunt̄ q non apparēt deme-
3 rētes,ad hoc vide bonū tex. in l.ſeruo. de manu. teſta. ¶† Itē ſi
grauo te ꝙ qn̄que reſtituas Titio, videor grauare vt reſtituas
poſt mortē,ita colligit̄ hic,ibi [electio &c.] & hoc iō, qa graua-
ui reſtituere ſ̃m merita, ꝑꝑ qđ vr̄ voluiſſe differri quouſq; poſ-
ſum mereri,vt eſt caſus notabilis in d.l.ſeruos. alias iſtud verbū
importat,vt cū primum poterit,reſtituat, caſus eſt qn̄ dies leg.
4 ced.l.antepe.quam perpetuò tene mēti:ſecus,†ſi grauo te vt re-
ſtituas cum voles, quia videor grauaſſe poſt mortem, vt l. vxo-
rem.§.pen.ĵ.tit.j.

---

1 *Verba diſpoſitiua inducunt grauamen etiam ſi non referantur ad grauatū ſed ab honoratum.*
2 *Verbum dono, quando importet legatum.*

1 §. Donationis. †Verba diſpoſitiua inducunt graua-
men ēt ſi non referant̄ ad grauatum,
ſed ad honoratū.h.d.¶No.verba quæ ſunt in fi.ꝑꝑ quæ ſemper
2 allegat̄.¶†Itē no.ꝙ per verbū dono fit legatum, qn̄ profert̄ cir-
ca abſentē,& nemine pro eo recipiente, ſupple & cū ſolennita-
te quæ requirit̄ in vltima voluntate, & iſto mō dēt limitari qđ
not.in l.illud.C.de ſacroſ.eccle. vbi no. gl. ꝙ non valet donatio
facta abſenti nemine pro ipſo recipiente, nam verum eſt, niſi
ſit ibi ſolennitas requiſita in vltima voluntate,quia tunc impor
taret legatum. Tene menti perpetuò.

---

1 *Alienatio voluntaria facta contra expreſſam prohibitionem teſtatoris poteſt ſtatim reuocari.*
2 *Prohibitio alienationis, quando ſit perſonalis, & quando realis.*
3 *Aliud eſt alienare, aliud alienanti conſentire.*
4 *Tres differentiæ inter caſum quando teſtator prohibuit alienationē expreſsè, & quando non prohibuit expreſsè, licèt prohibeatur tacitè à lege vt in re ſubiecta reſtitutioni.*
5 *Qui cōtra voluntatem defuncti facit, non admittitur ad commodum cōſequendum ex ea.*
*Fruſtra legis auxilium inuocat, qui committit in legem.*
6 *Si duo fecerunt pacem, & promiſerunt ſe non offendere ſub pæna, & poſtea ſe inuicem offendunt, & non apparet quis primò inceperit, quòd neuter poſſit ab altero pænam petere, & quid ſi apparet.*
7 *Facilius perdit quis ius acquirendum quàm acquiſitum.*
*Qui conſenſit vni alienationi, non prohibetur retractare alias, quibus nō conſenſit.*

1 §. Libertis prædium. †Alienatio voluntaria
facta ꝯ expreſſam ꝓhi-
bitionē teſtatoris,pōt ſtatim reuocari, & ad reuocandū admit-
tunt̄ illi tm̄,qui ante ipſam cōtra voluntatē teſtatoris nō aliena
uerunt, & qui eidē alienationi nō cōſenſerūt. Item vltimus de
familia ēt ſi alienet cōtra expreſſam ꝓhibitionē,nō reuocat̄ alie
natio.h.d.& cōtinet quatuor caſus. Primus eſt qn̄ oēs alienaue-
rūt vno excepto, vſq; ibi,[alioquin.] Secundus,qn̄ oēs ſimul, vſ
que ibi,[cæterum.] Tertius,qn̄ oēs ſeparatim vſq; ibi, [at ſi ne-
mo.] Quartus,qn̄ nullus, ſed vnus tm̄ remanſit in familia, q po
2 ſtea alienauit,ēt in extraneū.¶†In tex. ibi, [ne id alienarēt.] Iſta
prohibitio eſt in perſona, qa quilibet vr̄ ꝓhibitus alienare par-
tē,ſuā extra familiā:& ſi nō eſſent verba quæ ſequunt̄,ſi vnus eo
rum alienaret intra familiā, illa pars alienata poſſet poſtea ex-
tra familiā alienari,vt ĵ.tit.j.l. pr̄ filiū.§. quindecim. ſed ꝑꝑ ver-
ba quæ ſequunt̄, [atq; in familia librtorum retinere &c. [red-
dit ꝓhibitio realis,& ſic ēt ſi facta intra familiā, non poterit po-
ſtea extra familiā alienari, vt ſ̄.eo.l. peto.§. fratre. & qđ ibi dixi.
3 ¶†In tex.ibi, [quibus nō dedit.] ergo ſi conſenſiſſet alienationi
vnius,& nō aliorū,illā tm̄ ꝓhibent̄ reuocare, qa ex hoc ſolo ꝙ
cōſenſit,nō facit cōtra ꝓhibitionē defuncti, qa aliud eſt aliena-
re,aliud alienāti cōſentire,vt in rl̃a iuris:ſed qn̄ facit cōtra, tunc
ꝓhibet̄ reuocare ēt alienationes aliorū, vt ĵ. in verſi.[alioquin,]
4 qa plus deliquit, & hoc voluit gl. ¶†No. ex iſto primo caſu cū
gl. tres dr̄ias inter caſum qn̄ teſtator prohibuit alienationē ex-
preſsè, & qn̄ nō ꝓhibuit expreſsè, licet ꝓhibeat̄ tacitè à lege, vt
in re ſubiecta reſtōni,nam primo caſu ab ipſo principio eſt nul
la,ſecūdo valet, & poſtea reuocat̄ exiſtente cōdōne fideicōmiſ-
ſi, vt in gl.q eſt notabilis, & vera,licèt q̄dā gl. dicat, ꝙ ēt hoc ſe-
cūdo caſu ſit nulla ꝑ auth.res q̄.C. cōmu. de leg. ſed iſta verior.
Secunda dr̄ia eſt, qa prima ſtatim retractat̄, nō expectato ꝙ eue
niat cōdō fideicōmiſſi,ſecūda nō, & eſt rō in his duobus, qa cū
expreſſa ꝓhibitione teſtatoris cōcurrit ēt tacita legalis, ſed non
ecōuerſo, & duæ ꝓhibitiones fortiores ſunt q̄ vna. Eſt & tertia
dr̄ia, qa primo caſu q alienauit contra ꝓhibitionē, vt hic in ver.
[cæterū] licèt ēt ſimul,vt in verſi.alioquin. In ſecūdo caſu ſecus
qa exiſtēte cōdōne fideicōmiſſi,ēt ille q prius alienauerat reuo
cat alienationē illius in cuius ꝑſona extitit, qđ eſt ſingulare, &
rō eſt, qa nō venit ad reuocandū alienationē, tanquā facta con-
tra voluntatem defuncti,ſed eo quia extitit ꝯdō fideicommiſſi.
¶ Ex hoc infero,ponamus ꝙ vnus ex iſtis conſenſit alienationi
alterius, certū eſt ꝙ non p̄t ſtatim retractare illā alienationem,
vt hic, ſed quid ſi ille q alienauit poſtea decedat,& ſic extat ꝯdō
fideicommiſſi,an admittet̄ ex hoc capite? vr̄ ꝙ ſic per hāc gl. pu-
to dicendū ꝙ ſi ꝯſenſit partibus pn̄tibus,non admittat̄, qa vr̄ fi-
deicommiſſum ꝯdōnale remiſiſſe ꝑ pactū,qđ fieri p̄t, al's ſecus,
quia fideicommiſſum ꝯdōnale non potuit repudiare, vt ſ̄.e. l.ſi
ita.§.ſub ꝯditione,licèt à reuocatione pn̄ti potuerit ſe exclude-
5 re.¶†Itē no.in verſ.alioquin.ꝙ ille qui facit ꝯ voluntatē defun-
cti,non admittitur ad ꝯmodū ꝯſequendū ex ea, & ſic in ſil'i fru-
ſtra legis auxiliū inuocat,qui ꝯmittit in legē, vt l.auxiliū.de mi-
6 nori.¶†Et inducitur ꝙ ſi duo fecerunt pacem,& promiſerunt
ſe non offendere ſub pœna,& poſtea ſe inuicē offendunt,& nō
apparet quis primo inceperit, ꝙ neuter poſſit ab altero pęnam
petere:ſed ſi appareret,tūc ille qui incępit non p̄t ab altero pete
re: ſed econuerſo ſic, vt hic in verſ.cæterū, vide ꝑ Ioā. And. in rl̃a
fruſtra.de reg.iu.& in addi. Spec. de treug.& pa. ſuper rub. in fi.
¶In gl.q̄ incipit, ſed ſi ꝯſenſit,ibi.l.ſi fundū ꝑ fideicommiſſum,
illa nihil facit,quia loquit̄ qn̄ legatarius, q habebat ius de pn̄ti,
quia legatū erat purū,ꝯſenſit hæredi alienāti: hic loquit̄ qn̄ ille
qui non habebat adhuc ius in parte alienata, ſed ſperabat hr̄e,
ꝑꝑ alienationē factā ꝯ prohibitionē ſi non ꝯſenſiſſet, ſi ergo ꝯ-
ſenſit,facit vt ſibi hoc ius non acquirat̄, & ſic non p̄t petere pre-
tiū.¶In gl.q̄ incip.i.ſi non alienauerunt,ibi, & malè, quia Ro-
ge. vr̄ voluiſſe ꝙ ille alienauit ꝯ prohibitionem, vel qui ꝯſenſit
alienāti,indiſtinctè ꝓhibeatur à retractando, & ita intellexit vſi.
alioquin, ſed neutrū eſt verū, quia in primo caſu ſi alienauit, li-
cèt ꝓhibeat̄ retractare alienationes q̄ fiunt ſil', vel poſt, non tū
7 illā q̄ facta erat prius, vt hic in verſi.cæterū.† Et ſic no. ꝙ facilius
perdit quis ius acquirendū q̄ acquiſitū. Itē ſi ꝯſenſit vni aliena
tioni, non prohibetur retractare alias quibus non conſenſit.

---

1 *Res prohibita alienari in extraneum, non prohibetur deuenire in extraneum iure ſucceſſionis inteſtati.*
2 *Si res eſt prohibita alienari ſpecialiter in talem extraneum, tunc etiam iure ſucceſſionis inteſtati non poſſet ad illum deuenire.*

1 §. Cum inter libertos. †Res prohibita aliena
ri in extraneū, nō ꝓhi
bet̄ deuenire in extraneū iure ſucceſſionis inteſtati.h.d. multū
notabiliter ſ̃m gl.q̄ eſt ĵ.tit.j.l.pr̄ filium.§.Iul. Agrippa,q̄ melius
2 & notabilius declarat q̄ facit hic.† Et ſic licèt loquat̄ in filio li-
bertæ, idē eſſet in quolibet alio qui ſuccederet ab inteſtato, &
hoc verum quādo prohibitio erat generalis quo ad extraneos,
ſecus ſi ſpecialis,putà ꝙ non alienet in talem, tunc etiam iure
ſucceſſionis inteſtati non poſſet ad illum deuenire, vt l.codicil-
lis.§.mater.ĵ.eo.dico, ꝙ etiam ſi iſte ſucceſſurus ab inteſtato in-
ſtrueretur, poſſet etiā capere ex teſtō, & ita ſenſit gl. in d.§.Iul.
Agrippa, ſufficit enim ꝙ ſit talis ad quem poſſent tranſire iure
inteſtati, aliàs ſecus, vt l.peto.§. fratre ſupra eodem.

---

1 *Legata relicta ab eo quem teſtator inſolidum putabat ſucceſſurum, ſi ſuccedat pro parte, pro parte illius tantum debētur, ſi ſunt indiuidua, ſed libertas debetur inſolidum, etiam ad incommodum illius grauati.*
2 *Legata indiuidua relicta ab eo quem teſtator inſolidū putabat ſucceſſurū, nullo modo debentur quando ſuccedit pro parte, Fallit in libertate.*
3 *Quid ſi talis non ſucceſſit in aliquo, ſed alius, an habeat locum iſte §.*

1 §. Cū exiſtimaret. †Legata relicta ab eo quē te-
ſtator inſolidū putabat ſuc-
ceſſurū, ſi ſuccedat ꝓ parte, pro parte illius tm̄ debent̄, ſi ſunt
indiuidua, ſed libertas debet̄ inſolidū, ēt ad incommodū illius
2 grauati.h.d.†Quid aūt in alijs legatis indiuiduis, vt in ſeruitute?
vr̄ dicēdū prout hr̄ ſ̄.eo.l.cū filius. Tu dic ꝙ tale legatum nullo
mō debet̄ ꝑ l.pe.ſ̄.de iure codi. vbi dr̄ indiſtinctè ꝙ legata indi-
uidua non debent̄ qn̄ ſuccedit ꝓ parte. Fallit in libertate, vt hic
ex æquitate. lex aūt cū filius,loquit̄ in relictis in teſtō ꝙ ꝓ parte
fuit reſciſſum, & tunc dic vt ibi.¶In gl.j.ibi.ĵ.ti.j.l.poſt emācipa
tionē.dic ꝙ hic credebat iſtā ſucceſſurā inſolidū, & ſucceſſit ꝓ
parte,ibi ſciebat, ꝙ erat ſucceſſura pro parte tm̄, credebat tū ꝙ
ſuccederet vno iure tm̄, puta p̄torio, & ſuccedit ciuili, vel econ-
uerſo. Certè hic nō facit quominus teneat̄ inſolidū, cū nihil ſi-
bi auferat̄ de emolumēto.¶In gl. ſuꝑ verbo,[dāni cā,] ibi, [ſed
cur non p̄ſtatur ab vtroq; ſicut fideicōmiſſum &c.] gl. malè lo-
quitur. innuit.n. ꝙ fideicommiſſum pecuniarium vel diuiduū
præſtetur ab vtroq; ſuccedente, quod eſt falſum, immo nō prę-
ſtatur niſi ab iſta quā teſtator putabat ſuccedere, & pro parte
ſua tantum, ab alio non, quia teſtator ipſum non grauauit, vo-
luit ergo quærere gl. quare legatum libertatis non præſtatur ꝓ
parte tantum ſicut alia, & ad hoc tendit rn̄ſio quæ ſequit̄. ¶In
gl.ibi, [redemptis partibus.] hoc quando libertas fuit relicta ꝑ
fideicommiſſum ab iſta conſobrina, ſi autē directò, puta ꝙ ef-
ficiatur liber ad incommodum vtriuſque ſuccedentis, nec ha-
beat iſta conſobrina redimere, cùm non habeat manumittere.
3 †Et no. ꝙ iſte §. loquitur quando teſtator putabat iſtam ſucceſ-
ſuram inſolidum, & ſuccedit pro parte, quid ſi non ſucceſſit in

aliquo, ſed alius? Rñdeo, aut nõ ſucceſſit, nec potuit ſuccedere, quia erat alius in potiori gradu: aut potuit. primo caſu ſi legata fuerunt relicta ſimplr, debent, quia cẽſetur ſenſiſſe de quolibet ſucceſſuro, licèt putaret iſtam ſolam ſuccedere. l. ſi quis cũ nullum. de iure codi. ſi aũt nominatim ab ea, nõ deberentur ab eo qui ſucceſſit. vt l. j. in fi. ĩ. tit. j. Secũdo caſu qñ potuit, ſed noluit, vel impedita fuit morte pũenta, tunc aut alius qui ſucceſſit erat in vlteriori gradu, & ideꝫ per oĩa quod ſ. dixi, quia vr̃ ſuccedere pter voluntatem defuncti, vt d. §. fi. licèt in ſubſtõne vulg. non ſit idẽ, vt no. gl. in l. non iuſtã. C. ad Treb. quã oĩnò vide. aũt erat in eodem gradu, vt ſi iſta conſobrina repudiauit, vel morte pũenta eſt, & ſic ſua portio accreuit alteri. tunc dico ꝙ ille qui ſuccedit tenetur pro parte tm̃ pro qua teneretur iſta ꝯſobrina ſi adiuiſſet, vt l. ſi Titio & Meuio. §. Iul. ſ. eo. pro altera non, quia ſunt effecta inutilia. Quid autem ſi teſtator putat vnuꝫ ſuccedere ex diſpoſitiõe legati, & ſucceſſit alter ex diſpoſitione ipſius defuncti? dic, quòd legata debentur etiam ſi nominatim ſint relicta à primo, vt ſ. eo. l. ſi alienus. in fi. & ĩ. tit. j. l. à patre.

§. Pater qui filio. ¶ In dubio verba nõ ſunt ſic intelligenda vt importent fideicõmiſſum inutile, ſi alius intellectus poteſt eis dari, etiam ſi ex illo non reſultet vtilitas. h. d.

2 *Licèt rogatus de reſtituendo ſub conditione vel ad tempus lucretur fructus tanquam perceptos iudicio teſtatoris, debet tamen illos cum debito compenſare, idem in bonæfidei poſſeſſore, qui lucratur fructus, et tamen eos compenſat cum ſumptibus.*

3 *Licèt iure iſto non poſſet Trebellianica vel Falcidia directo prohiberi, vel auferri, poterat tamen auferri per indirectum.*

4 *Falcidia vel Trebellianica nunquam computatur in debito, niſi teſtator hoc expreſsè dicat, vel æquipollenter.*

5 *Qñcunq; onus apponitur poſt emolumentum acquiſitum, facit modũ potius quàm conditionẽ, ſed ſi eſſet implendũ ante, tunc faceret cõdõnẽ. Dictio vt, facit modum, & non conditionem.*

1 §. Titio fratri ſuo. † Rogatus de reſtituẽdo hr̃ditatẽ cũ onere, ẽt ꝙ non deducat id, quod ſibi à teſtatore debet, ſi percepit tot fructus ex hr̃ditate, q æquiualeant illi debito, (quod p̃t euenire, qñ eſt rogatus reſtituere ſub ꝯditione, vel ad certũ tp̃s,) tenet ſubire vtrunque onus, & debet illos cũ debito compenſare ſi hæreditatem adiuit, ſed quia ex hoc ſequitur iniquitas, quia ſibi per indirectuꝫ auferẽ Trebellianica ibi debita, conſuluit ſibi vt hæreditatẽ nõ adeat ex teſtõ, ſed repudiet, & adeat ab inteſtato, ſi eſt talis qui hoc facere p̃t, puta de venientibus ab inteſtato, nec per hoc incidit in edictum ſi quis omiſ. cau. teſt. quia non facit principaliter vt fraudet fideicommiſſarios, ſed vt fraudem quam teſtator ſibi parauit excludat. h. d. iſte §. magiſtralis & difficilis. Et diuide, quia primò loquiẽ qñ fuit rogatus poſt mortem, & interim percepit tot fructus qui æquiualent debito vſque ibi, plenè. Secũdo qñ purè, & ſic nullos fructus percepit, vel ẽt ſub cõdõne, & non percepit fructus: vel ſi percepit, non vltra illos qui ſufficiũt ad Trebellianicã. ¶ Itẽ prima pars ſubdiuidiẽ, quia primo poniẽ thema, & qó, vſque ibi, [cum ex fructibus,] ſecundo rñſio vſque ibi [qm̃,] tertio rõ rñſionis. Itẽ ſecunda ſubdiuidiẽ, quia primo poniẽ determinatio vſque ibi, [ſed iniquitatẽ.] Secundo obijcit de iniquitate, quæ oritur ex ea aditione hæreditatis, & eam fatetur vſque ibi, [prudentius.] Tertio conſuluit cõtra iniquitatẽ vt hæreditatẽ non adeat ex teſtõ, ſed ab inteſt. vſque ibi, [nec videbit.] Quarto remouet dubiũ, qđ cõtra hoc conſilium poſſet fieri. Et gl. j. ponit caſum, & bene loquitur, ſaluo ꝙ non diſtinguit inter primum principalem caſum & ſm, ſed debet fieri diſtinctio, aliàs primus caſus non differret à ſecundo, licèt primus loquatur qñ grauauit de reſtituendo ẽt hæreditatẽ Seij, q̃ debebaẽ iſti Titio. ſecundo qñ grauauit vt illam hæreditatẽ nõ deduceret de hæreditate Meuij, ſed certè tm̃ eſt vnũ quantũ alterum, & ideo diſtingue, vt dixi. Dicit ẽt glo. vnũ circa ſecundã partẽ, ꝙ in tex. non dr̃. ſ. ꝙ Titius non debet adire hæreditatẽ Meuianã, niſi renunciet fideicommiſſo in ver. [planè.] Sed certe non expedit hoc facere, nam eo ipſo ꝙ adit, videtur quodammodo renũciare, cũ fuerit grauatus, ꝙ nõ deducat, & ipſe adeũdo cẽſeẽ huic oneri aſſentire. Ex hoc ẽt patet, ꝙ nec eſt neceſſariũ aliud, ꝙ fortius dicit alia gl. ſup verbo, [retineat] ſcilicet ꝙ nõ põt adire niſi caueat de non deducẽdo, nã hoc dr̃ in tex. nec eſt neceſſariũ, rõne p̃dicta. Itẽ p ſupplemẽto gl. adde aliud qđ hr̃ in gl. ſuper verbo, [Falcidiam,] vt clarius pcedat caſus, ꝙ hæreditas primi teſtatoris. ſ. Seij valebat cẽtũ. quam Meuius fuit rogatus reſtituere Titio. Cũ ergo poſſet Meuius detrahere quartam, erat debitor Titij in lxxv. & iſtud eſt fideicommiſſum de quo hic dubitatur, an poſſit deducere de hæreditate Meuij poſtq̃ fuit grauatus quòd nõ deduceret, ſi enim grauatus non fuiſſet, clarum eſſet ꝙ ſic ante omnia, & vltra illud etiã deduceret Trebellianicam de hæreditate Meuij. Itẽ Meuius poſtea inſtituit dictum Titium creditorem in hæreditate ſua valente cccc. & ſic in totũ valebat hæreditas Meuij nõ facta deductione fideicõ. quingenta. dr̃ ergo ꝙ ſi percepit fructus æquiualentes fideicõmiſſo, ſine dubio non põt deducere: qđ intellige qñ vltra quartaꝫ Trebellianicam debitam Titio de hæreditate Meuij erant tot fructus, qui æquiualebant fideicõmiſſo, nã illi fructus primò cõputanẽ in quartam Trebellianicã, vt l. in fideicõmiſſariam. ĩ. ad Treb. & poſtea in fideicõmiſſum, debet ergo pcepiſſe tot fructus qui valeant clxxv. quia quarta de bonis meuianis aſcẽdit ad centũ, & ſi hoc eſt, oĩa bona tenetur reſtituere Sempronio, alia deductione nõ facta. ſed ſi nullos pcepit, vel nõ vltra centũ, quia ſunt neceſſarij pro Trebellianica, tũc in illud debitum debet cõputare Trebellianicã, quæ ſufficit, tñ ex hoc reſultat iniquitas, ꝙ aufertur ſibi Trebellianica per indirectũ, quæ iure directo auferri non poſſet iure iſto, contra quam iniquitatem conſuluit: nam illa ſequitur ſi adeat ex teſtõ, repudiet ergo, & adeat ab inteſtato, & non tenebitur ad fideicõmiſſum hæreditatis meuianæ, & ſic vbi teſtator voluit ipſum fraudare quarta, habebit totũ, nec incidet in edictum, quia nõ facit principaliter vt fraudet fideicõmiſſum, ſed vt fraudem quã teſtator ſibi parauerit excludat, quo caſu illud edictũ ceſſat, vt l. excuſa-
2 tus. ſi qs om. cau. teſta. ¶ † No. ex prima parte, ꝙ licèt rogatus de reſtituendo ſub ꝯdõne, vel ad tp̃s, lucretur fructus tanq̃ pceptos iudicio teſtatoris, debet tñ illos cum debito compenſare, vt hic ſicut cõpenſat in Treb. vt l. in fideicommiſſariã. ĩ. ad Treb. ſimile in bonæfidei poſſeſſore, qui lucratur fructus, & tñ eos ꝯpenſat cũ ſumptibus, vt ſ. de rei vendi. l. ſumptus. ¶ Et no. quia etiã ſi teſtator expreſsè non dixiſſet ꝙ compenſaret cum debito, vel ꝙ debitum non deducat, nihilominus tales fructus cuꝫ debito cõpenſat tex. eſt notabilis in l. quod de bonis. §. quia auus. circa fin. ĩ. ad l. Falc. quod. n. dicunt iura, ꝙ grauatus reſtituere hr̃ditatem ante omnia poſſit deducere quod ſibi debeatur, & de reſiduo quartam Trebellianicã, debet intelligi niſi tot fructus perceperit qui ſufficiant ad vtrũque, quia tunc neutrum deducit,
3 ſic limitatur l. in imponenda, ad l. Fal. cum ſimil. ¶ † Ex ſecunda parte no. ꝙ licèt iure iſto nõ poſſet Trebellianica vel Falc. directò prohiberi, vel auferri. l. quod de bonis. §. j. ĩ. ad l. Falc. poterat tñ auferri per indirectum. ſ. mandando, ꝙ eam cõpenſet cũ eo quod ipſe teſtator debet grauato, vt l. ſi debitor. ĩ. ad l. Fal. qđ etiam feciſſe vr̃ eo ipſo ꝙ grauauit ꝙ debitum non deducat, vt hic in ver. [planè,] vel ꝙ illud debitum alteri reſtituat, vt in prima parte huius §. ¶ Secũdo no. ꝙ ex hoc reſultat iniquitas, & tñ l. iſtam iniquitatem tolerat, quod eſt mirandum: ſeu hoc euenit pp fatuitatem grauati qui adit hæreditatẽ. ſibi. n. imputet, & hoc vult gl. ſuper verb. [iniquitatem.] Itẽ contra iſtam iniquitatem lex prouidet, & ſic vr̃ ſibiipſi cõtrariari lex permittendo, ꝙ fiat aliquid ꝙ ſit iniquum, & poſtea contra iniquitatem meden-
4 do. † Aduertendũ tñ quòd Fal. vel Trebellianica nunquã cõputaretur in debito, niſi teſtator hoc dixiſſet expreſsè, vel æquipollenter, ut patet in d. l. in imponenda. cum ſi. ubi deducit debituꝫ, & ẽt Falcidiã vel Treb. & ſic aliud eſt in Falcidia q̃ in fructibus quos cõputat in debito ẽt ſi non ſit dictum, ut ſ. dixi. Rõ eſt, quia Falc. uel Treb. eſt debita, & in eis directo grauari nõ poteſt, non ſic in fructibus. l. filiusfa. §. apud Marcellum. ſ. titu. j. & hoc quòd nõ imputeẽ niſi dicatur, pcedit in debito uero, ſed in quaſi debito bene ꝯputatur Falcidia, uel Treb. ẽt ſi nõ ſit dictũ, vt in dote, vel in debito iure naturæ, vt patet in auth. res quæ. C. cõia de leg. & quod no. in l. mulier. §. cum proponeretur. ĩ. ad Treb. & vide quod no. in vlt. gl. ¶ Vltimò iſtum tex. in fi. Bar. multum pulchrè inducit ad terminationem q̃onis terminatæ per eum, quæ incipit pupillus, quã ponit in l. 2. ſ. qui petant tuto. vbi omnino vide. ¶ In gl. quæ incip. [id eſt computationis.] in fi. ibi. [Idem tñ eſſet] ſ. vt non fiat cõputatio Falcidiæ niſi vſque ad concurrentẽ quantitatem, & quatenus debitũ tranſcendit poſſit deduci, caſus eſt in l. Lucius. §. maritus. ĩ. ad Treb. ita debet intelligi. l. ſi debitor. allegata pro contraria. ¶ In glo. quæ incipit, [quo caſu.] in fi. iſta glo. primo vult reprehendere opi. tactã in princ. eorum qui dixerunt, ꝙ in ſecundo caſu huius §. iſte Titius non põt adire hæreditatem Meuij, niſi caueat de nõ deducendo fideicõmiſſum & ꝙ iſta eſt cautio Mutiana, gl. hoc ꝓꝫ reprobat, quia cautio Mutiana præſtaẽ in condõnibus negatiuis, ſed hic nõ fuit condõ. ſed modus, vult ergo glo. ꝙ bñ dẽat cauere, ſed iſta ſit cautio, quæ præſtatur de modo implendo, de qua in l. quibus diebus. §. fi. de cõdit. & dem. Tu dic ꝙ nullo mõ præſtatur, qa eo ipſo ꝙ adit, perdit ius deducendi, & ſic de ipſa
5 non põt opponere fideicommiſſario, vt dixi ſ. ¶ † No. tñ ex glo. duo ad quæ ſemp allegatur, primo ꝙ qñcunque onus aponiẽ poſt emolumẽtũ acquiſitum, facit modum potius q̃ ꝯdõnem: ſed ſi eſſet implendũ ante, tunc faceret ꝯdõnem, vt l. qui hr̃di. in fi. de cõdi. & dem. & vide oĩno quod no. Cyn. in l. cum mota. C. de tranſac. ſecundo allegatur iſta gl. ꝙ, vt, facit modum, & non conditionem, vide per Bart. in l. j. de condi. & demon.

1 *Diſiuncta poſita inter perſonas inter quas cadit affectio ordinata, non reſoluitur in coniunctam, ſed intelligitur ordine ſucceſſiuo.*

2 *Quando grauatur hæres dare diuerſis alternatiuè, inter quos eſt diſpar ratio, diſiuncta non ponitur pro coniuncta.*

3 *Ordo ſcripturæ præponderat ordini affectionis.*

4 *Remediorum electio eſt actoris, ſeu creditoris.*

1 §. A te peto marite. Diſiũcta poſita inter perſo
nas inter quas cadit affectio
ordinata, non reſoluit̃ in coniunctã, ſed intelligitur ordine ſuc
ceſſiuo. h. d. ſm̃ Doc. ſed nõ placet. qa inter iſtos de quibus hic,
non cadebat affectio ordinata reſpectu eiuſdẽ perſonæ, quia v-
xor habebat tñ ad conſanguineos ſuos affectionẽ, & non mari
ti, & econuerſo maritus ad ſuos tantum, & non vxoris, bñ tñ
2 placet ſummarium in ſeq. † Et ideo dic qñ grauat̃ hæres dare di
uerſis alternatiuè, inter quos eſt diſpar ratio, diſiuncta non po-
nitur pro coniuncta, & ſeruat̃ ordo ſcripturæ, hoc dicit notabi-
liter. Lex ergo pen. C. de ver. ſig. loquitur qñ verba ſunt directa
ad legatarios, vt lego Titio, aut Seio, quo caſu ponit̃ pro con-
iuncta, ſed ſi ſunt directa ad hæredẽ, ꝙ det Titio, aut Seio, ſi qui-
dem inter illos eſt par rõ, non ponit̃ pro coniuncta, & datur hæ-
redi electio, vt ſ. eo. l. ſi Titio aut Seio, iuncto eo qđ no. in l. Lu-
cio. ſed ſi eſt diſpar ratio, attendit̃ ordo ſcripturæ, vt primo no-
3 minatus primo ueniat, caſus eſt ſingularis hic. ¶ † No. ergo hic
ꝙ ordo ſcripturæ præponderat ordini affectionis, quia ſi atten-
deretur ordo affectionis, uocarent̃ per prius propinqui vxoris,
quod non eſt. Et iſtum §. allegebat Pet. de Luna pro ſe, cum ꝓ-
miſiſſet vnire eccleſiam per omnes vias commodas, tam iuſti-
tiæ, q̃ ẽt ceſſionis papatus ſi expediret, & ipſe requireret ꝙ of-
ferret viã ceſſionis, dicebat ſe non teneri, & ꝙ volebat prius ex-
periri viam iuſtitiæ: quia non cenſebatur data electio cardinali-
bus, quibus erat facta promiſſio, ſed debebat attendi ordo ſcri-
pturæ: ſed certè, nihil facit, quia loquitur qñ alternatiua ponit̃
inter perſonas ſed illo caſu ponebatur inter remedia: promiſe-
rat enim unire eccleſiam, ad quam vnionem plura erant reme-
4 dia & viæ, † ſed regula eſt ꝙ remediorum electio eſt actoris, ſeu
creditoris, ita dicit Bart. in l. cum proponas. C. de pac. per l. qđ
in hæredem. §. eligere. de trib. & Guil. de Cu. in l. quamuis. ſ. de
pigno. act. pro quo ſupra de man. vindi. l. etiam §. plures. & l. 2. §.
Scæuola. de eo quod certo loco. Quando autem inter res pro-
miſſas vel debitas, dic vt ſupra eo. l. Lucio.

---

1 *Legatum certi prædij non redditur nullum, licèt non exprimantur confinia uel onera, quæ teſtator dixit ſe expræſſurum & morte præuentus non expreſſit*

2 *Legatum non redditur nullum, licèt non exprimantur confinia rei legatæ ſi res legata alio modo eſt certa.*

3 *Idem in venditione.*

4 *Libellus iſte, peto rem ſitam in tali loco, procedit abſque expreſſione cõfinium, & quando.*

1 §. Vicos citati. † Legatũ certi prædij nõ reddit̃ nul-
lum, licèt non exprimãtur confinia
vel onera, quæ teſtator dixit ſe expreſſum & morte præuentus
2 non expreſſit. h. d. ¶ † No. quòd legatum non redditur nullum,
licèt non exprimantur confinia rei legatæ, quod eſt verum ſi
3 res legata alio modo eſt certa. † & idem in vendi. vt eſt caſus in
l. cum ſeruo. §. fi. ſ. de contrahen. emp. aliàs pp incertitudinem
vitiaret̃, ꝑ qđ ẽt vr̃ ꝙ procedat libellus, in quo quis petat rẽ ſitã
in tali loco, licet non exprimat confinia, dũmõ reus ex forma
libelli poſſit reddi certus de re quæ petit̃, aliàs ſecus, vt l. ſi rem.
ſ. de rei vendica. Cætera dic pro declaratione huius §. in l. pen.
C. de inſti. & ſubſti. vbi Imperator allegat iſtum tex.

---

1 *Petens totum cùm ſibi pars tantum debeatur, conſtituit debitorem in mora quo ad illam partem, ſi ſe offerat illam recepturum.*

2 *Si petitur totum, cum pars tantum debeatur, non imputatur debitur cur non offert patem debitam.*

3 *Hæres qui partem confitetur fideicommiſſi debitam, poteſt fideicommiſſãrium compellere ad illam recipiendam.*

3 *An incumbat onus ipſi debitori offerre partem confeſſatam vt non conſtituatur in mora in illa parte, an uerò creditori offerre ſe paratum recipere, ut oneratus conſtituatur in mora.*

4 *Qui petit totum, quòd cenſeatur petere quamlibet eius partem, quantũ ad effectũ conſequendi ſententiam ſuper parte debita.*

## LEX LXXX.

1 Qui ſolidum. † Petens totum cum ſibi pars
tantum debeatur, conſtituit de
bitorem in mora quo ad illam partẽ, ſi ſe offerat illã
recepturũ. h. d. notabiliter: aliàs aũt nõ ꝯſtitueret, vt ꝓ-
bat̃ in l. fideicõmiſſ. poſt prin. ſ. de vſuris. qa debitor hẽt iuſtam
2 cãm litigandi rõne partis indebitæ, † qa cũ petat̃ totũ, non põt
ſibi imputari cur non offert partẽ debitã, cũ nõ ſit veriſimile ꝙ
creditor eam recepiſſet, arg. l. tutor. §. Lucius. de vſuris. Sed con-
tra hoc fortirer facit, qa hæres q confitet̃ partẽ fideicõmiſſi debi
tã, poſſet fideicõmiſſ. cõpellere ad illã recipiẽdã, vt l. quidã exiſti-
mauerunt, ſi cer. pet. ergo poſito ꝙ fideicõmiſſarius nõ offerat
ſe paratũ recipere, vr̃ tñ ꝙ hæres ſit in mora, ſi nõ obtulit illam
partẽ q̃ nõ erat in cõtrouerſia. Rñ. fateor, ꝙ ſi obtuliſſet, potuiſ-
ſet fideicõmiſſariũ cõpellere ad accipiẽdũ, vt ibi, tñ ſi nõ obtu-
lit fideicõmiſſarius nõ põt ſibi hoc imputare quare nõ obtuli-
ſti, qa poteras me cõpellere, nã hæres põt dicere: iõ tibi non ob-
tuli, qa tu petebas totũ, & nõ potes beneficiũ datũ mihi contra
me retorquere: debebas ergo te offerre paratum recipere, ſi
3 volebas me in mora conſtituere ¶ † Item fortiter facit contra l.
ſi ſeruus. §. boue, verſi. contra ſi corium, cum glo. ibi poſita. ſ. de
condi. furti. quæ videtur velle quòd incũbat ipſi debitori offer-
re, etiam ſi creditor non offerat ſe paratum recipere, & niſi one
ratus conſtituatur in mora, ſed intellige ſi creditor obtulerat ſe
4 paratum recipere per prius, aliàs eſſet caſus contra Bar. ¶ † Itẽ
facit contra, quia qui petit totum, cenſetur petere quamlibet
partem eius vt l. ſi quis cum totum, & quod ibi no. de exce. rei
iud. ſed reſpondeo verum eſt quantum ad effectum conſequẽ-
di ſententiam ſuper parte debita, quam conſequi non poſſet, ſi
non videretur eam petijſſe, quantum ad effectum conſtituen-
di debitorem in mora, niſi ſe offerat illam recepturum.

---

1 *Si res legata euincatur extraordinario auxilio aliquo dato hæredi, debet legatario ſolui de eo, quod ad hæredem peruenit ſecundum æſtimationem rei legatæ.*

2 *Licèt non valeat legatum ſi legatur res aliena ignoranter extraneo, tamẽ ſi teſtator qui credebat rem ſuam, quia emerat à non domino bona fide, habet ius ad recuperandum pretium an ſaltem illud pretium debeatur legatario, & ſic debeat ſibi cedi actio.*

3 *Quid ſi legauit coniunctæ perſonæ.*

4 *Caſus in quo pretium ſuccedit loco rei in particularibus.*

*Quando eſt datum pretium pro vna re, vel pluribus, & euincatur pars illius rei, vel vna de pluribus, ſecundum æſtimationem illius euictæ, & bonitatem eius, attribuitur ſibi de pretio.*

1 §. Cũ poſt mortem. † Si res legata euincatur
extraordinario auxilio a-
liquo dato hæredi, debet legatario ſolui de eo, quod ad hæredẽ
2 peruenit ſm̃ æſtimationem rei legatę. h. d. notabiliter. † Per iſtũ
tex. vr̃ limitari l. cum alienam. C. de leg. cum ſi. vbi dicitur, ꝙ ſi
legatur res aliena ignoranter extraneo, non valet legatũ, nam
videtur verum quantum ad ipſam rem, ſed ſi teſtator qui crede
bat ſuam, quia fortè emerat à non dño bona fide, habet ius ad
recuperandum pretium ꝙ ſaltem illud pretium debeatur lega-
tario per hunc tex. & ſic debeat cedi ſibi actio, & hoc quidã di-
cunt, ſed non eſt verum, quia hic loquitur quando fuit legata
res propria teſtatoris, & ſic valuit legatum, quę poſtea fuit abla
ta extraordinario auxilio reſtitutionis in integrũ. Ibi loquitur
quando fuit legata res aliena & ſic legatum non valuit, vnde ni
hil debetur legatario, & hæres recuperabit pretiũ pro ſe, ſi res
fuit ſibi euicta antequam traderet legatario, ſi autẽ poſtea, ma-
3 gis eſt dubiũ, an poſſit agere de euict. † & pro hoc gl. & Doct.
in l. ſi domus §. de euictione. ſ. tit. j. qui dicunt plus, ꝙ quando te
ſtator credidit rem eſſe ſuam ex aliquo ſpeciali contractu, & ta-
men non eſt, etiam ſi legauit coniunctæ perſonæ, non valet le-
4 gatum, & ita eſt in caſu prædicto. ¶ † Item no. hic caſum, in quo
pretium ſuccedit loco rei in particularib. facit l. item ſi verbe-
ratum. §. j. de rei vend. ¶ Item no. in fi. ꝙ quando eſt datum pre-
tium pro vna re, vel pluribus, & euincatur pars illius rei, vel vna
de pluribus, ſecundum æſtimationem illius euictæ & bonita-
tem eius attribuitur ſibi de pretio, ad quod vide bonam glo. C.
de tranſactio. l. ſi ex falſis. quæ allegat hunc tex.

---

1 *Reſpublica propter moram tenetur ad vſuras, propter temeritatem tenetur ad expenſas litis, quas recuperat ab adminiſtratoribus. Idem in pupillo & tutoribus.*

2 *Reſpublica vel pupillus non habent priuilegium quominus poſt moram teneantur ad vſuras.*

3 *Adminiſtratores reipub. vel pupilli debent agnoſcere bonam fidem, & ſoluere id quod debetur, non autem ſuperuacaneam litem inſtituere.*

4 *Qui habet iuſtam cauſam litigandi, non condemnatur in expenſis, ſi habuit in tota lite, & ſi in parte litis, quatenus habuit non condemnatur, & quatenus non habuit, ſic.*

*Iuſta cauſa litigandi an excuſet à pœna legali.*

1 §. Etiam. † Reſpublica propter moraz tenet̃ ad vſuras,
pp temeritatẽ tenet̃ ad expenſas litis, quas re-
cuperat ab adminiſtratoribus. Idẽ in pupillo & tutoribus. h. d.
2 ¶ † No. ꝙ reſp. vel pupillus non hñt priuilegiũ quominus poſt
morã teneant̃ ad vſuras, hoc tñ verũ, qñ fuit facta interpellatiõ
cõgruè cũ authoritate adminiſtratorũ, vel ipſi adminiſtratores
fuerunt interpellati, vt l. ſi ex legati cã. de verb. ob. ¶ Itẽ no. ꝙ li-
cèt teneant̃ recuperare ab adminiſtratoribus, & ſic adminiſtra-
tores debẽt agnoſcere bonã fidẽ & ſoluere id qđ debet̃, ñ aũt ſu
3 peruacaneã litẽ inſtituere. † Itẽ allegat̃ ꝙ ille q hẽt iuſtã cãm liti
gãdi, nõ ꝯdẽnat̃ in expenſis, & hoc ſi habuit in tota lite, ſi aũt in
parte litis, quatenus habuit, nõ ꝯdẽnat̃ quatenus nõ habuit, ſi-
cut no. ꝑ Bar. in l. deſtitiſſe. ſ. de iudi. & l. ſi quis inficiatus. ſ. de-
poſiti. An aũt iuſta cã litigãdi excuſet à pęna legali? dic idem vt
no. Bal. in l. ij. C. de epiſco. audi. & Io. An. in c. j. de elect. lib. vj.

§. Prædium. Vltimus de familia prædiuz alienari ꝓ-
hibitum & eius petitionem tranſmittit
ad eius extraneum hæredem. h. d. ſic ſ. l. præced. §. libertis in fi.

§. Si creditor. Si alienatur res per creditorem. & ſic
ex cauſa neceſſaria, non cenſetur fieri
contra prohibitionem teſtatoris, nec poterit reuocari.

1 *Errans in iure non cenſetur legatum repudiare.*
2 *Ignorantia iuris non prodeſt in lucris nullo modo acquiſitis.*
3 *Si dominium eſſet perfectè acquiſitum, tunc etiam ſi ſcienter permittit alium tenere & poſſidere rem ſuam, non perdit dominium, niſi lapſo tempore præſcriptionis.*
4 *Debita legalia dicuntur quaſi debita, vt legitima filij, & dos.*
5 *Quòd iſta quaſi debita non ſint ita fortia, ſicut vera debita.*

LEX LXXXI.

1 QVi fideicom. †Errans in iure non cenſetũ
2 legatũ repudiare.h.d.†Du-
bium erat, quia ignorãtia iuris nõ prodeſt in lucris,
vt l iuris ignorantia.C.qui admit. ad bon. poſ. pñt,
ſed reſponde verũ eſſe in lucris nullo modo acquiſitis, vt ibi, &
l.Clodius. de acquiren.hær.nam erranti in iure currit tempus,
& excluditur à dicto lucro, vt d.l.in bonorũ, & etiam repudiare
videtur, vt d.l.Clodius.ſed ſi erat acquiſitum, licèt nõ perfectè,
errans in iure non videretur repudiare, vt hic:ſecus ergo ſi non
3 errauit, vt hic à contrario ſenſu.† ſed ſi perfectè eſſet acquiſitũ,
tunc etiam ſi ſcienter permittit alium tenere & poſſidere rem
ſuam. non perdit dñium niſi lapſo tempore præſcriptionis, vt
j.de alim.leg.l.libertis quos.§.j.cũ ibi no.Cætera dic, vt d.l.Clo-
4 dius.†No.ꝙ debita legalia dicuntur quaſi debita, & ſic legitima
5 filij, & dos quæ debetur filiæ, dicitur quaſi debita. † Item ꝙ iſta
quaſi debita non ſunt ita fortia ſicut vera debita, quod facit ad
id quod dixi ſ.eo.l.cũ pater.§.Titio.adde quod no.in l.ſi cui legatur.de falſis.& C.qui admitt.ad bõ.poſ.poſſunt.l. emãcipata.

1 *Hæres ſicut per aditionem hæreditatis acquirit dominium rerum hæreditariarum verè, & irreuocabiliter, abſque apprehenſione poſſeſſionis, & fingitur fuiſſe dominus à tempore mortis, ita & legatarius agnoſcẽdo legatum.*
2 *Hæres & legatarius ſecuta aditione & acceptilatione æquiparantur, ſed ea non ſecuta ſecus.*

LEX LXXXII.

1 LEgatum ita dominium. †Sicut ꝑ aditionem hæreditatis acquirit hrs dñium rerũ hæreditariarũ verè & irreuocabiliter abſq; apprehenſione poſſeſſionis, & fingitur fuiſſe dominus à tpe mortis, ita & legatarius agnoſcendo legatũ, & ſic hæres rei purè legatæ nun-
2 quam fuit dominus ſecuta acceptilatione legati. h.d. † Aequiparantur ergo hæres, & legatarius ſecuta aditione & acceptilatione, ſed ea non ſecuta, ſecus, quia hæredi non acquiritur dominium ipſo iure, niſi ſit de ſuis:ipſi legatario ſic, dummodo ſit legata res teſtatoris, & purè, vt ſ.eo.l.cum pater.§.ſurdo.

LEX LXXXIII.

SI quis teſtamento. Legata in teſtamẽto relicta ſi nõ adeatur ex eo hæreditas, nõ debẽtur ab inteſtato, etiam ſi ille idem ſuccedat, qui fuit inſtitutus.h.d. Et illud verum niſi fuerit facta repetitio ab inteſta.vt l.fi. C. de codicillis.

1 *Creditori ſuo cùm quis legat quod ei debet in diem, tota quantitas eſt in legato, non autem interuſurium medij temporis tantum.*

LEX LXXXIIII.

1 DEbitor decem. †Cum quis legat creditori ſuo quod ei debet in diem, tota quantitas eſt in legato, non autẽ interuſurium medij temporis tantùm. Item qñ ſuperuenit cauſa tendens ad eundeʒ effectũ, licèt ea exiſtente ab initio non valuiſſet diſpoſitio, non propterea vitiatur.h.d. & concordat l.verbis.j.ad l.Falc.ſecus ſi non tenderet ad eundeʒ effectũ, vt l.pluribus.§.& ſi placeat.de verb.obl ¶In tex.ibi, [vt quidaʒ putant,] pro iſtis faciebat, quia iſtud legatum tenet duntaxat propter vtilitatem interuſurij medij tpis, vt ſ. tit.j.l. ſi creditori. in fi.cum l.ſeq. & ibi no. ergo ipſum tm̃ interuſuriuʒ medij tẽporis videbatur poſſe peti, ſed ſi hoc eſſet verum, ſequeretũ incõueniẽs, de quo in vert. [alioquin.] ꝙ ſi fundus debitus poſt annũ legaret, nihil poſſet peti.nã fundus nõ, ſm illos, interuſuriũ nõ, qa ex fundo nõ debentũ vſuræ, ſed ex pecunia.tñ iſta rõ parũ valet, qa poſſet dici ꝙ in legato eſſent fructus fundi & ꝙ illi tm̃ peti poſſent. Quicquid ſit, determinatũ ɔ̃rium, ꝙ tota ſumma & totus fundus eſt in legato, & põt peti ꝑ actionẽ ex teſtõ, ẽt poſt lapſum tpis, & ſic habet duas actiones, primam ex ɔ̃ctu, & alterã ex teſtõ:quod eſt vtile, quia ſi ſuccũbat in vna, nõ repellitur ab altera. ¶In gl.quæ incipit, [ideſt ſine cõmo.] in fi.ibi, [vel illud nouũ, hoc vetus.] hoc nõ eſt verum, vt patet in l.verbis.j.ad leg. Falc.quæ eſt lex Pauli, ſicut iſta, & ideo tene primam.

1 *Legata relicta ab vno ex hæredibus ſi cohæres non erit hæres, debentur ẽt ſi ipſe non ſit hæres ab eius ſubſtituto, ſi conditio exiſtat.*
2 *Legata nõiatim relicta ab inſtituto, debẽtur à ſubſtituto vulgari. & nu.1.*
3 *Legata nominatim relicta ab inſtituto primo gradu, non debentur à ſecundo gradu.*

1 §.primo & ſecundo. †Legata relicta ab vno ex hæredibus ſi cohæres
non erit hæres, debentur etiam ſi ipſe non ſit hæres ab eius ſub-
ſtituto, ſi cõdõ exiſtat. Et parum dubitationis habet iſte caſus.
2 ¶†No.tñ hic expreſſum, ꝙ legata nominatim relicta ab inſti-
tuto, debẽtur à ſubſtituto vulgari, quia hic ambo inſtituti erãt
nominatim grauati, cuius cõtrarium cõiter vidẽtur dicere Do-
cto.ſed hic eſt caſus cõtra eos, vt dixi in l. licet Imperator. ſ.tit.
3 quia ſubſtitutus venit ex expreſſa volũtate defuncti.† non ſic
in relictis nominatim ab inſtituto primo gradu, quia non debẽ
tur à ſecundo gradu, cũ ille non veniat ex tacita vel expreſſa vo-
luntate defuncti, & hic eſt caſus j.tit.j.l.j.§.fi.& ita voluit glo.facere differentiam in l.non iuſtam.C.ad Treb.quam no.

1 *Legatum factũ ſeruo alieno valet, dummodo ſit tale ꝙ liber factus ipſum capere poſſet, attenta natura rei legatæ, licet attento modo legandi vel impedimento libertatis non poſſet, & dummodo dominus poſſit capere ex teſtamento legantis generaliter, licèt iſtud ſpeciale legatum ſibi fieri non potuiſſet.*
2 *Qñ ſeruo alieno legatur, vel inſtituitur, ad hoc vt valeat duo requirũtur.*

1 §.Seruo alieno. † Legatũ factũ ſeruo alieno valet, dummodo ſit tale ꝙ liber factus ipſum capere poſſet, attenta nã rei legatæ, licèt attẽto modo legãdi vel impedimẽto libertatis nõ poſſet, & dũmodo dñs poſſit capere ex teſtõ legãtis generaliter, licèt iſtud ſpeciale legatũ ſibi fieri nõ potuiſſet. h.d.& eſt magiſtralis §. declarãs multa iura de hoc loquẽtia, & eſt difficilis in tex. Et diuide, qa primò determinat duos caſus, vſq; ibi, [cũ enim.[Secũdò rñdet cuidã obiectioni, quæ poſſet fieri ɔ̃ ſuã determinationẽ vſq; ibi [& ideo.] Tertiò ex vno, qđ dixerat in dicta rñſione, infert vnã rꝛam circa prædicta, vſq; ibi [calũnioſa.] Quarto tollit quãdam calumnioſam argumentationẽ, quæ poſſet fieri ɔ̃ dictã rꝛam, vſq; ibi. [alioqn.] Quinto probat ꝙ dixerat per aliã calumnioſam argumentationẽ, vſque ibi, [ex illo] Sexto dictã rꝛam ꝓbat, vſq; ibi, [ita nõ mirũ.] Septimo & vltimo epilogãdo infert ad primam determinationẽ. ¶In text. ibi, [& ideo. ex eo qđ dixerat in ver. [cæterũ.] ¶In tex. ibi. [alioquin] id eſt uicere ſi ꝓcederet argumentatio calumnroſa dicta ſupra proximè, procederet etiã ſequens. ¶In tex. ibi [ex illo.] infert hic ẽt ex eo qđ dixerat in ver.
2 [cæterũ,] †No ergo hic optimã rꝛam, ꝙ qñ ſeruo alieno legatur, vel inſtituitur, ad hoc vt valeat, duo requiruntũ.ſ. ꝙ dñs poſſit capere rꝛr ex teſtõ teſtantis, nec eſt curãdum ꝙ in ſpecie non poſſit illã rem legatã capere, & ſic inſpicitur capacitas dñi in genere, ſecundo requiritur capacitas ſerui in ſpecie, ꝙ ſit tale legatum ꝙ ſi eſſet liber, capere poſſet:& aliquo iſtorum deficiente non valet, tñ aduerte ꝙ ſi deficit primũ, quia dñs nõ poſſit capere ex teſtõ legantis, vel inſtituentis, legatum factũ ſeruo ſuo vel inſtitutio nõ valet, ita demum ſi ipſius dñi cõtemplatione fiat, vel non apparet cuius contẽplatipne. qa preſumitur, ꝙ cõtemplatione dñi.Si aũt apparet ꝙ contẽplatione ſerui, ẽt tunc valet inſtõ & legatũ. & iſte eſt caſus in l. ſi ſeruus eius qui capere. de acq.hær.& in l.ſi deportati ſeruo.j. tit. j. ſm vnum intelꝉm, vel ſm alium dic ꝙ ibi fuit legatum factũ ſimplr:ſed ideo valuit, licèt dñs ſit incapax, quia ſeruus ille in ſpẽ erat fiſci, & inſpicitur pſona fiſci: ſecus ſi in ſpẽ nõ eſſet alicuius alterius ꝗ̃ incapacis. Item aduerte, ꝙ concurrentibus illis duobus valet legatũ & inſtitutio.& nõ eſt inefficax, ſed eſt in pẽdenti, qa ſi tpe aditionis, vel quo cedit dies legati, reperiatur ſui iuris, remanebit valida inſtitutio & legatum, & acquiretur ſibi, aliàs ex tunc irritabuntur ſi dominus in ſpecie non erat capax illius legati, & ita debet limitari hic, quod etiam voluit gloſſ.vt liber factus.

1 *Conditio appoſita in fideicommiſſo, cenſetur repetita in ſubſtitutione vulgari poſtea facta de eodem & ſuper eadem portione.*
2 *Conditio appoſita in inſtitutione, cenſetur repetita in legatis & fideicommiſſis poſtea factis eidem, licet de alijs rebus, & quid ſi non eſt fauorabilis ei cui relinquitur.*
3 *Quid ſi eſt appoſita in eo quod ſit poſt? ꝙ non cenſeatur repetita in eo quod factum fuit prius.*

LEX LXXXV.

1 LAtinus largus. ¶†Conditio appoſita in fideicommiſſo, cenſerur
repetita in ſubſtitutione vulgari poſtea facta de eo-
dem & ſuper eadem portione.h.d.in effectu.§Simi-
liter appoſita in inſtitutione cẽſetũ repetita in legatis & fidicõm.
poſtea factis eidem, licèt de alijs rebus, vt l.auia.j.de ɔdi. & dem
quod vtrunque tñ puto verum, ſi talis ɔdõ ſit fauorabilis ei cui
relinquitur, vt eſt illa ſi erit ſui iuris, quia per hoc efficitur vt ac-
quiratur ſibi, vt hic & ibi, aliàs putarem ſecus, argum.l. ſed & ſi
2 ſub ɔditione. ſ. de hæredi. inſti. † Appoſita vero in eo quod ſit
poſt, non cenſetur repetita in eo, quod factum fuit prius, vt l.fi-
3 lium.j.quando dies lega.cedit, qa maioris potentiæ ſunt præce-
dentia circa ſequentia ꝗ̃ econuerſo, vt no.j.tit.j.l. quiſquis. ¶In
tex. ibi, [iuſſu dñi, i. patroni adierunt defuncti hereditatem.].i.
ſemiſſem hereditatis ex directa ſubſtitutione vulgari, tamen iſta
aditio non tenuit, cum adhuc extitiſſet ɔdõ, ſub qua videbatur facta.

fa ̄cta.ſ.cum eſſent manumiſſę,& ſic eã non acquiſiuerunt huic patrono,in cuius erant ptãte, meritò poſt manumiſſionez pñt ad eandem ſubſtõnem redire,vt in verſi.[melius aũt.]ſecunduʒ Dy. ¶In tex.ibi[petere ab eodẽ patrono poſſint.]videbaꝛ ꝙ ſic, quia fideicommiſſum relictum ab inſtituto,cenſetur repetituʒ à ſubſtituto vulgari,vt l.licet.ſ.tit.j. ſed huic filiæ à qua fuit relictũ,vr̃ vulgariter ſubſtitutus iſte patronus, ex quo fuerunt ſubſtitutæ ancillæ ſuæ:ſed contrarium determinatur. Nã hoc procederet ſi verè patronus fuiſſet ſubſtitutus. Sed quia ipſe ancillæ quibus fideicommiſſum erat relictum fuerunt verè ſubſtitutæ, non poteſt dici,quòd ab eiſdem ancillis cenſeatur repetitũ fideicommiſſum ipſis eiſdem dandum, ſed potius iſtæ ſubſtitutiones cẽſentur factæ contrarijs caſib. videlicet fideicommiſſaria ſi adeatur hr̃ditas ꝑ filiam,ſed ſi non adeatur, directa vulgaris,& hoc eſt quod ſequitur[Rñdeo nec repetitũ &c.]Et ſic no. limita. ad dictaʒ l.licet Imperator. ¶In tex.ibi,[melius]quaſi dicat non poſſunt iſtæ ancillę conſequi dictam dimidiam ex ſubſti.fideicommiſſaria,vt dictum eſt, ſed ex directa vulgari ſic.

1 *Legatum factum ſeruo proprio cui relicta eſt libertas per fideicommiſſarium ſuſpenditur in tempus adeptæ libertatis. Item qui patitur moram in libertate, cenſetur etiam pati in legato.*
2 *Mora commiſſa in antecedenti, videtur commiſſa in ſubſequenti. Negligentia commiſſa circa vnum cenſetur commiſſa in altero.*

LEX LXXXVI.

1 SI quis ſeruo ſuo. ¶†Legatum factũ ſeruo proprio cui relicta eſt libertas per fideicommiſſarium ſuſpenditur tempus adeptæ libertatis.Item qui patitur moram in libertate, cenſeꝛ ẽt pati in legato.h.d. ¶In tex. ibi,[qa placebat.] hæc rõ ſic formaꝛ, Iſte nõ efficiꝛ liber niſi ſecuta manumiſſione,& ſic tã tpe mortis teſtatoris, q̃ tpe aditæ hæreditatis reperitur eſſe ſeruus, ſi verò dicamus ꝙ dies huius legati ceſſerit tpe mortis,ſiue tpe aditæ hæreditatis, vr̃ inutiliter ceſſiſſe, vt ſ. eo. l.cum filius.§. ſeruus,ſed rñdeꝛ ꝙ neutro tpe ceſſit, ſed demun poſt adeptã libertatẽ,in qd̃ tp̃s vr̃ dilatũ:qd̃ ergo dicit.C. de cad. tol.l.j.§.nouiſſimo.verſi. libertatibus, ꝙ qñ legatur ſeruo proprio cũ liberrate, vtrunq; legatũ cedit ab adita hr̃ditate, procedit qñ relicta eſt libertas directò: ſecus ſi per fideicõmiſſarium vt hic. No. ergo ꝙ fideicommiſſaria libertas non competit ſine manumiſſione,qd̃ eſt verum ẽt hodie,vt plenè not.in l.j.ſ.tit.j. ¶In tex.ibi,[ẽt fideicõmiſſo mõrã,] videbaꝛ ꝯtrariũ,qa nõ tenebiꝛ ſoluere fideicõmiſſum anteq̃ eſſet liber,ſed certè cum commiſerit moram in præſtando libertatẽ, & ſic ꝑ ipſum factũ eſt quominus eſſet liber.etiam in fideicommiſſo moram feciſſe vi
2 deꝛ.†No.ergo ſcd̃m Bal.ꝙ mora commiſſa in antecedẽti, vr̃ cõmiſſa in ſubſequenti,& aliàs negligentia commiſſa circa vnum cẽſeꝛ cõmiſſa in altero, vt l.ſi ſeruus, & ibi no.j. vi bo.rapto.

1 *Si debitor legat creditori pignus, non cenſetur legaſſe animo cõpenſandi.*
2 *Si creditor legat debitori pignus, quid importet hoc legatum.*

LEX LXXXVII.

1 CReditorem cui. ¶†Si debitor legat creditori pignus, non cen
3 ctione in l.neceſſe.ſ.de in diem addic. † Item innuit iſte tex.ibi, dum dicit, [& antequam id ſciret,deceſſit &c.] ꝙ ſi quis impetrat a principe in mei fauorem aliquod reſcriptum concernens ſtatum perſonæ,puta reſtitutionem ab infamia, vel ſimile,quòd acquiritur mihi etiam ignoranti, non ſic in alia impetratione concernente patrimonium, quia requiritur ratihabitio, & ita poteſt intelligi quod no. Inno. de conceſ. præben. c.j.lib.vj.& vide quod no.Bart.in l. fi.C. de ſen. paſſis. & Cy. in in l.beneficium. de conſti. prin.

1 *Poſthumus qui non naſcitur non facit partem. Si verò plures naſcantur, quilibet cum ſuo coniuncto admittitur in virilem.*

2 *Si teſtator dixit,relinquo tibi, & poſthumis qui naſcentur ex tali, & ſic fuit locutus in plurali,tunc omnes poſthumi quotcunque naſcantur loco vnius habentur.*

Quidam

LEX VI.

Q Vidam relegatus.

1 §. Si tibi & poſthumo. † Poſthumus q nõ
naſcit̃ nõ facit partẽ. Si verò plures naſcant̃, quilibet cũ ſuo cõ-
iũcto admittit̃ in virilẽ.h.d.cũ l.ſeq.& ſequẽti §.vſq; ad §.cũ qui
dã. Et iſtud vltimũ eſt multũ ſingulare & ꝓcedit pp duo.ſ. quia
teſtõr locutus eſt in ſingulari, dicẽdo poſthumo, & ſic nõ puta
bat naſci niſi vnũ.¶ Itẽ qa legauit perſonæ q̃ non erat in rerum
nã, nã veriſiľe eſt, ꝙ ſi ſciuiſſet plures naſci, cuilibet prouidiſſet,
& præſumit iſta l. quòd ꝓuidiſſet cuilibet ꝓ rata vnà cum ꝯiun
cto, ſicut ꝓuidit vni, quem ſolum putabat naſci, quia æqualiter
2 ei reliquit vnà cum ꝯiuncto. † Sed ſi fuiſſet locutus in plurali, vt
relinquo tibi, & poſthumis qui naſcent̃ ex tali, tunc oẽs poſthu
mi quotcunq; naſcantur, loco vnius haberẽtur, quia noĩati ſiť
per nomen appellatiuum, ſicut ſi eſſent iã nati, vt in l.interdũ.
de hær.inſti.& l.ſi Titius fundũ. Tene menti perpetuò. Et præ-
dicta vera qñ loquendo in ſingulari relinquit principaliter, &
primo loco poſthumo, ſed ſi non principaliter, ſed ipſum ſub-
rogaſſet loco alterius, tunc quotcunq; naſcantur, nõ eſt creden
dum teſtõrem voluiſſe, ꝙ plus habeant inter oẽs q̃ ille cuius lo-
co ipſos ſubrogauit, puta mandat teſtator ꝙ ſi filius deceſſerit
ſine filijs, hæreditas ſua reſtituat̃ vel perueniat in Titiũ, & etiaz
in Seiũ, & poſthumũ qui naſcetur ex Seio, pone ergo ꝙ Seius
deceſſit anteq̃ filius, & plures poſthumi nati ſibi fuerũt, an ha-
bebit quilibet virilẽ cũ Titio? Certè nõ, quia nõ dẽt eſſe melio-
ris ꝯdõnis, q̃ Seius eorũ pr̃, ſed ipſe noluit ꝙ Seius eſſet melio-
ris cõditionis q̃ Titius, imò æqualis, ergo & oẽs poſthumi eius
ſimul debebunt eſſe æquales Titio, & ita intelligo hic determi
nationẽ Bar. nam ſi fuiſſet locutus in plurali, vt Bar. ponit, tunc
etiam ſi nõ eſſent ſubrogati loco alterius, haberentur pro vno.

1 *Subſtantia legati, vel fideicommiſſi in alterius arbitrium committi non poteſt, ſed electio perſonæ ſic.*

2 *Quando committitur electio perſonæ, etiam ſi per verbum quod importat liberam voluntatem, puta cui vellet, non vitiatur diſpoſitio.*

LEX VIII.

V Trum ita.

1 §.Cum quidam. ¶ † Subſtãtia legati, vel fideicõmiſſi ĩ al-
terius arbitrium ꝯmitti non p̃t, ſed electio perſonæ ſic.h.d.& ſp
allegatur. Intellige electio pſonæ.ſ.incertæ de certis, vt vni ex li-
beris, vel vni ex libertis, quia non facta electione non reddit̃ le-
gatum nullum, imò admittuntur oẽs, vt in glo.j. Sed ſi certæ de
incertis, puta relinquo cui hr̃s meus dare voluerit, non valet,
imò eſt diſpõ captatoria, depẽdẽs merè ex volũtate hr̃dis, quia
nõ ſecuta electione nõ reperiret̃ pſona, vel pſonæ q̃ ad legatum
admitterent̃, nec eſt dicẽdũ ꝙ oẽs pſonæ mundi admittant̃, qa
eſſet deriſoriũ, & hr̃ de hoc eſt caſus in l.illa inſtitutio. de hære.
inſti. nõ ſic qñ declaratio pſonæ incertæ de certis committere-
tur in aliũ futurũ euentũ, & nõ in declaratione hæredis, vel ter-
tij, vt eſt caſus s̃. eo.l. quidam relegatus, & tetigi de hoc in l.j. s̃.
2 de leg.ij. † No. ẽt hic ꝙ qñ ꝯmittitur electio perſonæ, ẽt ſi per
verbũ qđ importat liberã volũtatẽ, puta cui vellet, non vitiatur
diſpõ, & idẽ ſi electio rei, ſed qñ cõmitteretur ſubſtantia legati,
tũc diſtinguit̃ an p verbũ qđ importat liberã voluntatẽ, & non
valet, vt hic, an per verbũ, quod importat arbitriũ boni viri, &
tunc ſecus, vt l.ſi ſic de leg.j. dic, vt plenè dixi in d.l.j. de leg.j.

§. Quæſitum. In fideicõmiſſo cohæredibus relicto intelligitur portio pro modo oneris
eius iniuncti, aliàs debetur pro hæreditarijs portionibus; dic vt
plenè habetur in l.quoties.cum l.ſeq. j̃. ad Treb.

1 *Ad confirmationem donationis factæ inter coniuges ſufficit donatorem donatario non ſuperuixiſſe.*

2 *In caſu quo requiritur alterum ſuperuixiſſe, vel præmortuum eſſe, non ſufficit eos ſimul deceſſiſſe, vt hic.*

3 *Quid ſi eſſet caſus in quo non requiritur alterum ſuperuixiſſe, vel præmortuum eſſe, ſed ſufficit alterum non ſuperuixiſſe.*

4 *Si duo mortui ſunt vno impetu, vel vno caſu, puta vna ruina, vel vno naufragio, vel vno bello, tñ non conſtat quis eorũ primò emiſerit ſpũm, nec ꝙ ſimul emiſerint, in quo caſu præſumatur vnus præmortuus alteri, aut qñ eſt pater vel mater, & filius, & quando non præſumitur hoc.*

5 *Si conſtat quòd ambo ſint mortui, non tamen vno caſu, nec in vno loco, nec conſtet quis eorum primo; tunc ille qui dicit aliquem præmortuum, habet neceſſe probare ſi hoc eſt cauſa ſuæ intentionis; Idem de illo qui dicit aliquem ſuperuixiſſe.*

LEX IX.

1 S I inter virum. ¶ † Ad confirmationem do-
nationis factæ inter cõiuges
ſufficit donatorem donatario non ſuperuixiſſe. h. d.
2 † Et aduertẽdum quòd iſta l.cũ tota l.ſeq.& l.quod de pariter,
cum duabus ſeq.& l.cum pubere.cum l.ſeq. tractãt de vna mã
ſatis cõfuſa, ſcilicet de duobus ſiľ morientibus, ſeu c̃ ñ nõ appa-
ret qs primo, & qs vltimo mortuus ſit, quã Bar. tractat in illa l.
quod de pariter, ſed ſatis cõfusè. Tũ aduerte ad tres caſus, quia
interdũ cõſtat ꝙ duo ſimul, & vno caſu mortui ſunt, & ẽt ꝯſtat
ꝙ neuter ipſorũ emiſit ſpiritũ ante aliũ, ſed ambo ſimul, & de
iſto caſu loquit̃ iſta l.& ẽt ſequẽs vſque ad §.cũ in bello, & ẽt in
§.ſi maritus: nã tũc poſtq̃ cõſtat ꝙ neuter ipſorũ mortuus eſt añ
aliũ, & neuter ſupuixit, nõ præſumit̃ alterũ eſſe præmortuum,
nec alterũ ſuperuixiſſe, quia in incertis nõ certis locus eſt con-
iecturis, vt l.cõtinuus.§.cũ ita. de verb. oblig.& ideo ſi eſſet ca-
ſus, in quo requireret̃ alterũ ſuperuixiſſe, vel præmortuum eſſe,
nõ ſufficeret eos ſic ſimul deceſſiſſe, pone plura exẽpla q̃ hñr
3 in l.quod de pariter. † Si aũt eſt caſus, in quo nõ requirat̃ alterũ
ſuperuixiſſe, vel præmortuũ eſſe, ſed ſufficiat alterũ nõ ſuperui-
xiſſe, tũc ſufficit, qa perinde locũ habet diſpõ acſi præmortuus
eſſet, vt in caſu huius l. nã ſicut ſi donãs eſſet præmortuus cõfir-
maret̃ donatio, qa nõ ſupereſt perſona quæ poſſit reuocare, ita
& ſi ſimul moriat̃ cũ donatario, qa eadẽ ſubeſt rõ, non dico ꝙ
ſimul moriendo videat̃ præmori, ſed perinde confirmatur ac
ſi eſſet p̃mortuus, ex quo nõ ſuperuixit. Idẽ eſt ĩ caſu l.ſequẽtis.
§.ſi maritus, qa ibi requirebat̃ ad hoc vt ſtipulatio cõmitteretur
ꝙ mulier moreret̃ in matrimonio, vnde ſicut cõmitteretur ſi
præmoreret̃ viro, & ita ſi ſimul moriat̃, qa verũ eſt dicere, ꝙ in
matrimonio morit̃, & ſic ſufficit eã nõ ſuperuiuere. nõ ergo il-
le §. cõtrariatur huic l. imò cõcordat, ſed ideo vr̃ ꝯriari, quia hic
requirebat̃, ꝙ vir qui donauerat, non ſuperuiueret vxori: vnde
ſi ſimul morit̃, qa non ſuperuiuit, perinde eſt acſi præmortuus
eſſet, & ſic vr̃ ꝓbare iſta l. ꝙ vir fingat̃ præmori, ſed ibi ꝓbat tex.
ꝙ mulier fingat̃ præmori, ſed hoc pp diuerſitatẽ caſuum, quia
ibi requirebat̃ mulierẽ non ſuperuiuere, ideo ipſa fingitur præ-
mori, hic requirebat̃ virũ nõ ſuperuiuere, de hoc ẽt hr̃ in l.ſeq.
in princ. quia ibi erat caſus, in quo ſufficiebat alterũ non ſuper-
4 uiuere, vel non præmori. † Interdum enim cõſtat ꝙ duo mor-
tui ſunt vno impetu, vel uno caſu, puta vna ruina, vel vno nau-
fragio, vel vno bello, tñ nõ cõſtat quis ipſorum primo emiſerit
ſpiritũ, nec ẽt cõſtat de cõtrario, ꝙ ſimul emiſerint & iſto caſu
qa ſumus incerti, eſt dare caſum in quo lex præſumit ꝙ vnus ſit
p̃mortuus alteri ſm ordinẽ naturæ, videlicet qñ eſt pr̃ & filius,
& mater & filius, nã ſicut naturale eſt ꝙ præmoriat̃ pr̃ & mr̃,
iuxta no. in l.nã, & ſi parẽtibus. de inoffi.teſta, ita & ius p̃ſumit,
qa ars ſequit̃ naturã inquantũ põt, & iſte eſt caſus in §.cũ in bel-
lo. Fallit hoc in trib. caſibu.ſ. fauore patroni, ne excludatur a ſuc
ceſſione liberti, vt in §.ſi cum filio. eadem l. item fallit qñ filius
eſſet impubes, pp fragilitatẽ ætatis, qa ius præſumit ipſum præ-
mortuũ, vt in §.fi. eiuſdẽ l. Et quod dixi de patre, & filio, idẽ per
omnia de matre, & filio. vt j̃. eo.l.cũ pubere.cũ l.ſeq. Tertio fal-
lit qñ eſſet facta ſubſtõ hoc modo. ſi deceſſerit ſine liberis, & ip-
ſe deceſſit ſimul cũ liberis, & non conſtat quis primo, nã quia
illa ꝯdõ cenſetur appoſita fauore liberorum, & nunc iſtum fa-
uorẽ nõ põt operari, vr̃ deceſſiſſe ſine liberis, & ſic liberi vident̃
præmortui ne excludatur ſubſtitutus, & hic eſt caſus in l. ex fa-
cto.§.ſi qs autẽ. in fi. j̃. ad Treb. Si aũt non ſit inter iſtos ordo na-
turæ eo modo quo dixi, qa nõ eſt pr̃ vel filius, ẽt ſi cõſanguinei,
vel fratres, & ẽt ſi vnus ſit antiquior altero, nõ præſumit lex ꝙ
vnus ſit præmortuus alteri, & ideo vbi eſſet neceſſe alterũ præ-
mortuũ, nõ ſufficit eos ſic ſimul perijſſe, ſi nõ põt conſtare illũ
primo ſpiritũ emiſiſſe, & hoc intẽdit l.qđ de pariter. in pluribus
5 exẽplis ibi poſitis. cũ l.ſeq. † Interdũ.n. cõſtat ꝙ ambo ſunt mor-
tui, nõ tñ ꝙ vno caſu, puta vno bello, vna ruina, vel naufragio,
imò vnus mortuus eſt in vno loco, alter in altero, nec etiã ꝯſtat
qs eorũ primo, & tũc ille, q dicit aliquẽ præmortuũ, habet ne-
ceſſe probare, ſi hoc eſt cauſa ſuæ intentionis, & ſimiliter ille q
dicit aliquẽ ſuperuixiſſe, habet neceſſe probare, & niſi probet,
ſuccumbit, vt j̃. ad Treb. l. eum qui. niſi in caſu l.qui ex liberis. j̃.
de ſecun.tab. per rõnem quam no. glo. j̃. l. proxi. in glo. magna.
Ex his apparet glo. quæ eſt hic, dum in principio exponit (id eſt
ſuperuixiſſe non probatur.) nõ eſſe neceſſariũ, quia idem eſt ſi
probatur quòd non ſuperuixit, imò ſimul emiſerunt ſpiritum.
¶ In glo. ibi [vbi mulier præſumitur præmortua.] ſed certè hoc
ibi nõ dr̃, ſed ſolũ ꝙ nõ ſuperuixit, & hoc ſufficit perinde acſi eſ-
ſet præmortua, vt dicatur in matrimonio deceſſiſſe, & ideo ſol
ue vt s̃. dixi. ¶ In fi. glo. ibi, [ſed quaſi relictum.] hoc non eſt be-
nè dictum, quia ſi confirmaret quaſi relictum, non ſufficeret
donantẽ non ſuperuixiſſe, ſed requireretur præmortuum eſsè,
ſicut requiritur ad cõfirmationẽ relictorũ, aliàs non valet, vt in
l.idem eſt. dic ergo ꝙ licèt donatio ſit à principio nulla, & per
ſeipſam nõ cõfirmaretur tractu tẽporis, ſi lex hoc non diceret,
quia tñ eadem lex quæ dicit eam non valere à principio, dicit
eam confirmari ex poſtfacto per mortem donantis, poteſt con-
firmari, quia, à pari potentia procedit confirmatio à qua pro-
ceſſit annullatio. Quare autem lex voluit eam confirmari, dic
vt in fi. gl. quia ceſſant cauſæ propter quas voluit annullare.

1 *Vltimus ſeu ſupremus dicitur quẽ nemo ſequitur, etiã ſi nullus præcedat. Et proximus ſeu primus dicitur quem nemo præcedit, etiã ſi nemo ſequatur, & ſic idem poteſt dic primus, & vltimus.*

2 *Si duo impuberes mortui ſunt, vnus primo, alter poſtea incõtinenti, an iſte*

*alter tranſmittat hæreditatem primi ad ſubſtitutum hæredem ſuum, an beneficium reſtitutionis.*

3 *Quid in abſente cauſa reipublicæ, qui moritur hæreditate non adita.*

4 *Licet iſta verba, primus & vltimus, ſint comparatiua, & vnus dicatur reſpectu alterius, tamen quodlibet eorum poteſt ſumi non comparatiuè ſeu vt nullum faciant correlatiuum.*

## LEX X.

1 **Q**Vi duos ſimul. ¶†Vltimus ſeu ſupmus dr̃ quem nemo ſequit̃, ēt ſi nullus p̃cedat. Et ꝓximus ſeu primus dr̃ quē nemo p̃cedit, ēt ſi nemo ſequat̃ & ſic idē p̃t dici primus, & vltimus. h.d. & p̃t loqui hic ēt eo caſu quo conſtabat ambos ſil̃ mortuos, & neminē alterꝰ emiſiſſe ſp̃ūm, ſed ſil̃. Idem eſt qñ nō ↄſtat ꝙ ſil̃ mortui ſint imò in diuerſis locis, nec ēt ↄſtat quis primò emiſerit ſp̃ūm, vt ēt tunc ſubſtitutus primo moriēti admittat̃ ad hr̃ditatē vtriuſq; ex p̃ſumpta voluntate defuncti, qui voluit ſubſtitutū hr̃e hr̃ditatē vtriuſq; .ſ. vnā immediatè, alterā mediatè, ſi ↄſtaret ꝙ vnus eſſet ↄmortuus alteri. arg. l. hr̃des mei. §. cū ita. ꝟ. ad Treb. in fi. vbi probat̃ iſta rō, & hic eſt caſus in l. q ex

2 liberis. ꝟ. de ſecun. tab. ¶†In tex. ibi, [in ea tñ hr̃ditate ēt ante defuncti &c.] Sed hoc qũo pōt eſſe, ſi ſimul mortui ſunt iſti impuberes, licèt vnus primo alter poſtea incontinenti: nam ille alter nō potuit adire hæreditatē primo morientis, tum quia erat pupillus, quia non pōt adire ſine tutore, tum quia pp continuatā mortē nō præſumitur habuiſſe notitiā hæreditatis ſibi delatæ, ergo non trāſmiſit ad ſubſtitutū hr̃dem ſuū, vt l. quoniā. C. de iure delib. ergo falſum eſt ꝙ reperiat̃ in eius hr̃ditate. dixit Iac. de Are. verum eſſe, ꝙ nō tranſmiſit hæreditatē, ſed qa erat minor, & in articulo mortis lædit̃, tranſmittit beneficium reſtōnis, mediante quo pōt eius hæres conſequi dictam hr̃ditatem petendo ſe reſtitui ex perſona iſtius vltimo decedentis ad potē-

3 tiam adeundi. † ſicut in ſimili in abſente cauſa reipublicę, quia in abſentia moritur hæreditate non adita. vt l. Pantonius ꝟ. de acq. hær. quia tranſmittit de æquitate, nō de rigore, cū læſio nō fuerit ↄpleta ipſo viuente, & iſtam opi. totus mundus ſequit̃, & ita practicat̃, & quotidie ↄſulitur, nec eſt tex. in mundo qui nos vrgeat ad hoc dicendum niſi iſte, qui non p̃t aliter intelligi ſm̃ Doc. tñ iſte intellꝰ non vr̃ bene ↄgruus huic literæ, quæ dicit ꝙ reperit in hr̃ditate vltimi hæreditatem primi, & tunc non reperient hr̃ditatem primi: ſed beneficiū reſtitutionis, quo mediante poſſet illam conſequi. Præterea poſtq̃ ſimul perierunt, non pōt dici ꝙ lædatur rōne minoris ætatis; nam tunc illud procederet quando non ſimul, ſed diuerſis tēporibus. quo caſu ſi nō fuiſſet minor iſte ſuperuiuens, præſumitur ꝙ fuiſſet diligens in adeundo, ſed quia fuit minor, non fuit diligens, & iſta eſt cauſa reſtōnis, ſed poſtq̃ ſimul mortui ſunt, ēt ſi fuiſſent maiores, nō potuiſſet iſte ſuperuiuens fuiſſe diligēs in adeundo, quia ita ꝓpinquus morti non poterat deliberare, & ideo vr̃ ꝙ iſte tex. debeat aliter intelligi, videlicet qñ iſti pupilli erant inuicẽ ſubſtituti pupillariter, quo caſu vno mortuo alter ſtatim per l. efficit̃ ſibi ſuus hæres ēt ignorans per l. ſed & ſi plures. §. quos poſſuẽ. ꝟ. de vul. & pup. & tunc benè eſt verum ꝙ ſubſtitutus in hr̃ditate vltimi reperit hæreditatẽ primi non tanq̃ aditam, ſed tanq̃ adeundā, ſed ſi nō eſſent ſubſtituti; tūc quia hęreditas primi deuoluitur ab inteſt. & non ex iudicio patris, non pōt dici ꝙ efficiatur ſuus hr̃s fratri, & ſic obſtaret oppoſitio. Quicquid tñ ſit, cōis opi. eſt illa quam ꝟ. dixi, ſed in puncto iuris nō puto ꝙ poſſit ſuſtineri in caſu huiꝰ l. ¶In tex. ibi, [ſed ſuperior ſnīa,] ſcilicet, vt vtrique ſuccedat ſubſtitutus, & cuilibet eorum immediatè, poſtquam quilibet dr̃ vltimus, ſed ↄ, quia teſtatoris voluntas non fuit ꝙ ſuccederet niſi vni cum illud relatiuum qui, qñ ponit̃ diſtributiuè, in vno tm̃ verificetur, vt ꝟ. eo. l. ſi fuerit. ergo cū non conſtaret cui, & vni tm̃ debeat ſuccedere, nulli ſuccedat, vt ibi. Sol. imò voluit ꝙ ſuccederet vtrique, vni immediatè, ſcilicet vltimo morienti, alteri mediāte illo, ſcilicet primo moriēti ſed licèt caſus non ita eueniat, non fit contra mētem defuncti, quòd ſuccedat vtriq; immediatè per d. l. hæredes mei. §. cū ita. ad Treb. nec ēt repugnat ſignificatus verboꝝ, poſtquā vltimus dr̃, quem nemo ſequitur, & ſic vterq; poteſt dici vltimus. Cum igitur voluntas defuncti non refragetur, nec verboꝝ ſignifica-

4 tus, non debet excludi. vt l. ab omnibus. ꝟ. de leg. j. ¶†No. ergo, quòd licèt iſta verba primus, & vltimus, ſint ↄparatiua, & vnus dicitur reſpectu alterius, tamen quodlibet eorum poteſt ſumi non comparatiuè, ſeu quòd nullam faciant correlationem.

**§. Cum in bello.** ¶Si vno caſu deceſſit pater & filius, prius pr̃ deceſſiſſe p̃ſumitur, niſi fauor patroni ↄriuꝫ ſuadeat, vel niſi filius ſit impubes. h.d. cū §. ſeq. & §. fi. huius l. declara vt dixi ꝟ. l. proxi. Et intellige vt ꝟ. dixi, qñ nō ↄſtabat ꝙ aliqs illoꝝ primo ſp̃m emiſiſſet, & p̃t eſſe ꝙ primo pr̃, & poſtea filius. vnde lex p̃ſumit ꝙ pr̃. Si aũt ↄſtaret ꝙ ambo ſil̃ emiſerint ſp̃m, lex nō p̃ſumeret quòd pr̃ ꝑ prius: & ideo iſta mater excluderet̃ ab hr̃ditate filij, quia nō p̃t dici ꝙ habeat hr̃dem, cū ſit mortuus in patria p̃tāte, ſicut dr̃ mori in matrimonio vxor, quæ moritur ſil̃ cum viro, vt ꝟ. §. ſi maritus.

**§. Si maritus.** ¶Per hunc §. dicunt Doct. ſi ſtatutū dicat, quòd vxore decedente in matrimonio vir lucretur dotē, & ambo ſimul moriantur ēt ſi nullus ante aliū emiſit ſpiritū, & hoc cōſtat, maritus trāſmittit ad ſuū hæredē lucrū dotis, ſecus ſi diceret ſtatutū vxore præmoriēte, quia tunc maritus debet ſuperuixiſſe, vt l. quod de pariter. ꝟ. eo. item aduertendum ꝙ iſte §. differt ab illa l. quia hic deceſſit vxor, & ſimul cum marito, ibi verò deceſſit vxor ſimul cum ſtipulatore dotis, & ſic ſunt caſus diuerſi, non contrarij.

---

1 *Incertitudo perſonæ legatarij procedens ex euentu caſus in quem legatum confertur, vel ex prolatione defuncti, vitiat legatum, ademptionem autem non vitiat.*

2 *Qui agit, habet neceſſe probare teſtatorem de ſe ſenſiſſe.*

3 *Relatiuum quis, vel qui, non diſtribuit niſi de vno.*

*Quid in diſtributiuo ſi quis, vel quiſquis.*

## LEX XII.

1 **S**I fuerit legatum. ¶† Incertitudo perſonæ legatarij procedens ex euentu caſus in quem legatum confertur, vel ex ꝓlatione defuncti, vitiat legatum, ademptionem autē non vitiat. h.d. vſque ad §. planè. ¶In tex. ibi, ſed & ſi legatum. ꝟ. poſuit tria exēpla qñ dubitatio prouenit ex euētu caſus. hic po-

2 nit alia tria qñ prouenit ex prolatione defuncti. †Et no. hic mirabile, quia legatū videbat̃ magis fauorabile q̃ adēptio, & ideò minus videbat̃ debere vitiari rōne incertitudinis, & tñ hic dicit̃ ↄrium, ꝙ magis vitiatur, & rō pōt eſſe, qa in legato qui agit, habet neceſſe probare teſtatorem de ſe ſenſiſſe, ſed in ademptione tractat̃ de exceptione competente hr̃di, & fauorabilior eſt exceptio q̃ actio. argu. l. Arrianus. de act. & obli. ¶Item magis fit interpretatio in fauorem hr̃dis in dubio, tanq̃ plus dilecti q̃ legatarij, huic tñ legi fortiter obſt. l. præcedens. circa princ. per quā vr̃, ꝙ quilibet iſtorū admittat̃ ad legatū; quia quilibet pōt dici primus, poſtq̃ non conſtat ꝙ alius ipſum præcedat. Solu. hic ſi appareret ꝙ vnus prior q̃ alter, ille ſolus admitteretur, ibi verò licèt appareret ꝙ vnus prior q̃ alter eſſet mortuus non tñ ſubſtitutus admitteretur ad hæreditatē ſolius vltimi, imò ēt ad hæreditatem primi illa mediante, vt ibi dixi, & ſic eſt diuerſitas caſuū, qa hic erat dubitatio circa perſonas quæ veniebant admittendæ ad cōmodum, ibi erat circa perſonā in cuius bonis, vel hæreditate ſubſtitutus veniebat admittendus, & ſic magis nocet incertitudo in perſonis actiuis q̃ paſſiuis, vt ſic dicam ¶Item fortiter obſtat l. qui filiabus §. j. de leg. j. quæ loquitur in

3 perſonis actiuis, & vult ambos admitti. †Sol. hic fuit poſitū relatiuum quis, vel qui, quod non diſtribuit niſi de vno vt hic eſt caſus ſingularis, vnde cùm de illa ſit incertus, vitiatur diſpō. ibi verò eſt diſtributiuum, ſi quis, vel quiſquis, quæ diſtribuunt ēt de pluribus, vnde ſi dixiſſet teſtator ſi quis maſculus prior naſcetur ex tali, & naſcantur duo, & ignoratur quis prior, quilibet admittitur ad legatū inſolidū, ſicut quilibet naſcit̃ inſolidū per iſtā l. ſed hic dixit ei qui prius naſcetur, vel capitolū aſcenderit, & hoc tene menti, qa alibi non ita benè hr̃ ꝙ iſtud relatiuū qui non diſtribuat niſi de vno, & ad hoc ſemꝑ allegatur iſta l. ¶Vltimò no. gl. magiſtram, ſuper verbo. [adēptionē.] ad quam ſemper recurritur. In prima gl. ibi; [aliàs non valet.] ſupple ab ipſo principio, & ideo non reconualeſcit ex poſtfacto, etiam ſi appareat quis primo monumentū fecerit, & hoc intendit dicere gl. ſed non cōmittit̃ declaranda in aliquem futurū euentū, aliàs non vitiat, etiam ſi relinquatur incertæ perſonæ de incertis, vt ꝟ. eo. l. quidam relegatus, vñ hic etiam ſi non dixit ex eo generatis, nec ſubintelligatur, nō redditur nullum à principio, ſed ex poſtfacto, propter incertitudinem ſuperuenientem ex caſu.

1 **§. Planè ſi ita.** †Si dubitat̃ qs primo natus ſit, ille p̃ſumit̃ primo natus ex cuius natiuitate mr̃ ↄſequit̃ libertatē. h.d. & qa hic cōſecutura erat libertatē ſi primo pareret maſculū, p̃ſumit̃ maſculus primò natus, ſed ſi erat ↄſecutura, ſi primò pareret fęminam, præſumit̃ fęmina primò nata, qa hoc introducit̃ in fauorē matris. Sed ſi non tractaretur pe fauore libertatis cōſequendæ per matrē, tunc maſculus tanquā fortior præſumeret̃ primò natus. arg. ꝟ. proxi. §. cum in bello. ubi filius adultus tanquam fortior præſumitur ſuperuiuere.

---

1 *Si relinquitur incerto de certis certificando ex aliquo futuro euentu, cenſetur cuilibet eorum relictum ſub conditione ſi ille futurus euentus in perſonam ſuam eueniat.*

2 *Relatiuum, qui, quando non diſtribuat de vno tantum.*

## LEX XIII.

1 **Q**Voties libertis. ¶†Si relinquat̃ incerto de certis certificãdo ex aliquo futuro euētu, cēſet̃ cuilibet eorū relictū ſub ↄditione ſi ille futurus euētus in perſonā ſuā eueniat. h.d. facit l. cū quidā. de lega. ij. vbi ſi relinquitur vni ex libertis, quem hæres elegerit, cuilibet videtur relictum ſub ↄditione ſi fuerit electus, & ſi nullus fuit electus omnes admittuntur, & ita vr̃ ſi non apparet quis ſuperuixerit, hæredes omniū admittantur, ſed in contrarium ꝙ nullus hæredum admittātur, vt ꝟ. l. proxi. & ea quæ ibi dixi, quia teſtator non vr̃ ſenſiſſe hic niſi

de

de vno,quia dixit [ & ei qui nouiſſimus &c. ] nec obſt. ɔ̃rium, quia ibi euenit incertitudo facto hæredis non eligentis, & hoc
2 nota pro limitatione l.præcedentis,†quia tunc relatiuum,qui, non diſtribuetur de vno tantum.

LEX XIIII.

1 QVoties in actionibus. †In dubio ſit īterpretatio, vt potius res valeat quàm pereat. ad hoc ſemper allegatur. Adde quod dixi ſ̃.eo.l.in ambiguo.& quod no.in l.veteribus.ſ̃.de pact.

1 *Dictio,cum, cenſetur copulare diuerſa, ſicut dictio, &.*
2 *Copula cadit inter diuerſa, ſic & alternatiua.*
*Tria & duo ſeparata faciunt quinque, ſed tria & duo, quia inſunt in illis rebus, non faciunt quinque.*
3 *Si per ſchedulam confitearis te eſſe obligatum in mille cũ quingētis apud te depoſitis, videtur iſta confeſſio intelligi vt ſis debitor in mille quingētis, ſis ergo cautus dicere computatis quingentis apud me depoſitis.*

LEX XV.

1 SI is qui ducenta. ¶†Dictio cum, cenſet̄ copulare diuerſa, ſicut
2 dictio, &, h.d.& ſemper allegatur†ꝙ copula cadit inter diuerſa, ſic & alternatiua. vt ĵ. de vi & vi arma.l.j. §.ait p̄tor.& ibi no. Et no. hic quòd tria & duo ſeparata faciunt quinque, ſed tria & duo, quia inſunt in illis tribus, non faciunt quinque.¶In tex.ibi, [incidunt in ambiguitatē] quia pñt verba dupliciter intelligi, dum dicit, [cũ ducentis] primo, ideſt computatis ducentis,& tũc trecenta tm̄ eſſent legata, ſcilicet illa ducenta depoſita,& centum vltra. Secundo poteſt intelligi, [cum ducentis,] ideſt vltra ducenta, & ſic ambæ ſummæ videt̄ur legatæ,& iſtam interpretationem Iuriſconſultus amplectitur, quia iſſa dictio cũ, ponit̄ pro &, vt l.Titia.§.nihil diſtat.de leg.j. Sed ſi dixiſſet, lego ducenta q̃ apud eum depoſui,& trecenta, clarum
3 eſſet, ergo &c.†Et no. hanc l. & ſis cautus ſi per ſchedulã ɔ̃fitearis te eſſe obligatum in mille cũ quingentis apud te depoſitis, quia iſta ɔ̃feſſio vr̃ intelligi vt ſis debitor in mille quingentis, ſis ergo cautus dicere ɔ̃putatis quingentis apud me depoſitis.

1 *Seruus nominatus ſi poteſt accipi vt res legata, & etiam vt perſona legatarij, in dubio accipitur vt res legata.*

1 §.Si quis leget. ¶†Si ſeruus nominatus p̄t accipi vt res legata,& etiã vt pſona legatarij, in dubio accipit̄ vt res legata.& h.d.notabilr̄ valde.¶In tex.ibi, [dubitat̄]& orit̄ dubitatio, q̃a illa verba[cũ Dione] pñt referri ad ỽbum [à Titio] qđ mediate p̄cedit,& tunc capiet̄ vt perſona legatarij.¶Item pñt referri ad ỽbum, [à Titio,] qđ immediatè p̄cedit,& tunc capietur vt perſona legatarij, & iſtud magis videbat̄ vt potius determinaret id quod immediate præcedit, q̃ qđ mediate. vt l.ſi idem cum codē.in fi.cum ibi no. ſ̃.de iuriſ.om. iud.¶Item quia ex hoc minus grauat̄ hr̄s,& tñ ɔ̃riũ eſt, quod eſt mirandum,& difficile eſt aſſignare rōnē deciſionis.¶In tex. [maxime.] ergo ēt ſi habebat iuſtã cãm legandi illi Dioni idem erit, pp̄ hanc dictionem, maxime, iuxta no. in l.illud.ad l.Aquil. ɔ̃rium tñ putarē,& credo quòd iſta dictio hic abundet, quia ſi ſuberat cã legandi, cum plura ɔcurrāt pro iſta interpretatione, quòd ponat̄ vt perſona legatarij, puto ſic eſſe interpretandum.

2 *Stipulatio pœnalis, & verba eius intelliguntur ſecundum præcedentem ſtipulationem.*
3 *Quid ſi præceſſit ſtipulatio de pluribus dandis aut fiendis, ſed cœpit ſtipulatio pœnalis à præcedenti conditione ſi hominem aut fundum non dederis.*

1 §.Cum ita ſtipulationem. ¶†Si p̄ęcedit ſtip̄lo de pluribus dandis, vel fiendis copulatiuè pœnalis ſtipulatio ſubiecta ſi ɔ̃ fiat, ɔmittitur in vno non dato, vel non facto, licèt aliud datum vel factum ſit, qualr̄cunq; fuerit ɔcepta, ſiue copulatiuè, ſi hoc & illud non dederis, vel non feceris, quo caſu res eſt clara, ſiue diſiunctiuè, ſi hoc aut illud, quo caſu res nō eſt ita clara q̃a illa diſiunctiua ponit̄ hoc caſu p̄ ɔiuncta rōne præcedentis ſtip̄lonis ɔiunctæ, ſiue ſingulariter, ſiue particulariter, puta ſi qđ eoꝝ non dederis, vel non feceris, quia eodem modo intelligit̄. h.d.in effectu. Adde ſiue ēt ſimp̄lr, puta ſi non dederis, vel non feceris, ſeu ſi ɔ̃ feceris, quia eodem modo intelligitur ſi non feceris, vel non dederis, ſ.hoc & illud, & quia ɔ̃ facere vr̃ vnũ non
2 dando, vel non faciendo.¶†Et ſic no. quòd ſtip̄lo pœnalis, & verba eius intelliguntur ſm̄ præcedentem ſtip̄lonē, ſi ergo p̄cederet ſtipulatio alternatiua, quia promiſiſſes hominem, aut fundũ,& ſi nō dederis, promittis centũ nomine pœnæ, tunc illa verba ſi hominē aut fundũ non dederis, intelliguntur, ideſt ſi nec hominem nec fundũ dederis ex coniecturata mente ɔ̃hentium, nam cum fuerit actum vt vnus detur, dando vnũ nō ɔ̃ facit, ſed tunc demum ɔ̃ facit qñ neutrũ dat,& ideo cùm ſtip̄lo pęnalis intelligatur concepta in caſu quo ɔ̃ faciat, illa alternatiua reſoluitur modo prædicto, ſi nec fundum, nec hominē dederis: vtilius tñ eſt ita cōcipere, vt in §.ſequenti.in ver.ſi quis aũt plura, q̃a alternatiua, aut, inducit dubitationē ſm̄ intellectũ
3 logicalem,& hoc eſt qđ intendit declarare ſequens §.†Quid autem ſi nulla præceſſit ſtip̄lo de pluribus dandis, aut fiendis, ſed cœpit ſtip̄lo pœnalis à præcedenti ɔdōne, ſi hominē aut fundũ nō dederis, p̄ iſtũ tex. in principio, q̃ loquit̄ ſimp̄lr in tex.ibi, [ſi hominē aut fundũ nō dederis.] ſupple, quos primo copulatiuè adre promiſeras, vt colligitur ibi, dũ dicit, [pluribus rebus, quas fieri volumus.] pōt etiã intelligi vt dixi, ꝙ non præceſſit ſtipulatio de ipſis dandis,& tunc erat magis dubium, quia nō poſſumus iſtam alternatiuam interpretari rōne præcedentis promiſſionis copulariuæ, & iō videbat̄ ꝙ deberemus ſtare proprio ſignificatui ipſius. Sed ſi promittis cētũ ſi hominē aut fundũ nō dederis vr̃ à ɔ̃trario ſenſu tacite actum ꝙ ſi hominem aut fundũ dederis nō promittis, ſi ergo dediſti hominem, & non fundum, licèt verum ſit ꝙ hominem aut fundũ non dediſti, q̃a nō fundũ,& iſtud facit pro me, vt ſit commiſſa ſtipulatio pœnalis, eſt ēt verũ ꝙ hominē aut fundũ dediſti, quia hominē, & iſtud facit pro te, vt non ſit cōmiſſa, q̃a iſta duæ orationes pñt eſſe ſimul ueræ, q̃a nō ex vniuerſo, ſed ex aliquo ſumuntur, vt ĵ. proxi. §.& tñ iſte tex. uult quòd nō inſpiciat̄ iſte ſenſus tacitus, & ɔ̃trarius q̃ facit pro te, ſed ille tantũ expreſſus, qui facit pro me. Cætera videbuntur in §.vtrum.in tex. ibi, [vel vt proprius accedamus.] ideſt vt clarius loquamur,& taliter quòd nō habeat dubitationem, vt ĵ.patet, dum dicit, [neque enim dubitabimus.

1 *Logici conſiderant corticem verborum, legiſtæ verò conſiderant mentem contrahentium. & nu.8.*
2 *Duæ orationes ſingulares, quarum vna ſit affirmatiua, altera negatiua, vt quidam homo currit, & quidam homo nō currit, dicũtur orationes ſub contrariæ, quarum natura eſt, vt poſſint eſſe ſimul ueræ, ſed non poſſunt eſſe ſimul falſæ.*
3 *Si oratio ſumatur ex vniuerſo, tunc vniuerſalis affirmatiua, & vniuerſalis negatiua dicuntur orationes rectè contrariæ, & earum natura eſt vt non poſſint eſſe ſimul veræ, ſed ſimul falſæ.*
4 *Alternatiua quando ponatur pro coniuncta, & quando ſufficiat vnum fieri ne committatur ſtipulatio pœnalis, & quid ſi dicatur ſi quid horũ factum non fuerit, & alterum non fiat. & nu.5.& 6.*
5 *Dictio quid, vel aliquid, licèt de ſe ſit particularis, ꝙ aliquando reſoluatur in vniuerſalem.*
6 *Quando præcedit ſtipulatio copulatiua de hoc et illo fiendo, alternatiua poſtea appoſita in ſtipulatione pęnali reſoluitur in copulatiuã hoc modo, ſi hoc, & illud non feceris, non autem ſi nec hoc, nec illud.*
7 *Quando præcedit ſtipulatio alternatiuè concepta, tunc reſoluitur hoc modo, ſi nec hoc nec illud, & ſic ſi nullum, vel neutrum, vel nihil eorum factum fuerit.*
8 *Significatus verborũ ſumitur ſecundũ mentem contrahentiũ, quæ ex præcedentib. colligitur, non ſecundum corticem, prout ſumunt dialectici.*

1 §.Vtrum ita concipiat. ¶†Iſte §.ɔ̃tinet difficultatem potius in verbis q̃ in ſubſtãtia,& vult oſtēdere quòd verba aliter intelligũtur ſm̄ Logicos, qui cōſiderãt corticē,& aliter ſm̄ Legiſtas, qui conſiderãt mentē ɔ̃hentium, vnde alternatiua ad cuius veritatē ſm̄ Logicos ſufficit alteram partē eſſe veram, interdum ſm̄ Legiſtas ponit̄ p̄ copulatiua, ad cuius veritatem requirit̄ vtranque partē eſſe verã. Itē quòd oratio particularis q̃ verificat̄ ſm̄ Logicos in uno tantũ, interdũ ponit̄ ſm̄ Legiſtas pro vniuerſali, quæ non uerificatur in omnibus, qñ mens ɔ̃trahentiũ poteſt colligi ita fuiſſe ex præcedētibus. Et in effectu h.d. quando p̄cedit ſtip̄lo copulatiua de duobus nō fiendis,& ſequit̄ ſtip̄lo pœnalis, ſi ɔ̃ fiat, ſiue alternatiuè ſi illud aut illud factũ non erit,& ita obſeruatũ nō fuerit, ſiue particulariter ſi quid horũ factũ nō fuerit, ad hoc vt pœna nō ɔmittat̄ requirit̄ ꝙ neutrũ fiat. Si verò ſtip̄lo p̄cedēs copulatiuã fuerit affirmatiuè cōcepta de duobus fiēdis, reqrit̄ ꝙ vtrunq; fiat, ne ſtipo cōmittatur, & ſic alternatiua poſita in ſtip̄lone pęnali reſoluit̄ in ɔiunctã,& illa dictio particularis, ſi qđ, vel ſi quid, reſoluitur in vlem̄, ideſt nihil horũ vel vtrũq; ipſorũ factũ fuerit, vel non fuerit, ſi aũt p̄cedat ſtip̄lo alternatiue cōcepta de hoc, aut illo fiēdo, debet ſtipulatio pęnalis ad hoc, vt nō habeat dubiũ, cōcipi ſub ɔdōne ſi nihil ſeu neutrũ illorũ factũ fuerit, cũ intētio ɔ̃hentiũ ſit alteꝝ fieri, & ſi alterũ fiat, non ɔmittat̄ pęna, ſed tunc demũ qñ neutrũ,& eſt vtile ita ſpecificare.h.d.vſq; ad §.item ſi pr̄. Ex hoc innuit ꝙ ſi nō ita ſpecificaſſent, ſed dixiſſent, ſi hoc aut illud factũ non erit, illa alternatiua reſoluit̄ modo prædicto ſm̄ intentionem ɔ̃hentium, ſcilicet ſi nihil, aut neutrũ factũ fuerit. vt dixi in §. præcedenti. Iſte ergo §. re uera idē dicit quod §.præcedens, tñ addit tria, quia in §. præcedenti non ſit dr̄ia qñ præcedit ſti pulatio copulatiua, an ſtipulatio pęnalis cōcipiatur alternatiue, ſi hoc aut illud nō dederis. An concipiatur particulariter, ſi quid horum non dederis, quia vtroque caſu reſoluitur in copulatiuã, ſcilicet ſi hoc & illud nō dederis. Sed iſte §. vult oſtendere, ꝙ ſm̄ corticē verborum maius dubium ſit primo caſu, qñ concipitur alternatiue, q̃ ſecundo, quia in primo ſi vnũ detur,& aliud non, licèt vnum faciat pro ſtipulatore, ꝙ pęna ſit cōmiſſa, quia verum eſt dicere hoc aut illud datũ, ſtipulatio fuit cōmiſſa, cũ tacitè videat̄ actum à ɔ̃rio ſenſu, vt ſi hoc aut illud dederit, nō committatur pęna.

pœna.& ꝙ iſtæ duæ orationes poſſint eſſe ſiſ veræ,probatur,qa
ſunt orationes ſingulares,nã tm̃ valet iſta, quidã homo currit,
2 quantũ iſta,iſte homo currit,aut iſte,aut iſte &c. † Sed duæ ora
tiones ſingulares,quarũ vna ſit affirmatiua, altera negatiua,vt
quidam hõ currit.& quidam hõ non currit, dicũtur orationes
ſubcõtrariæ,quarũ nã eſt vt poſſint eſſe ſiſ veræ,cum oratio nõ
ſumatur ex vniuerſo,ſed ex aliquo,ſed non pñt eſſe ſiſ falſæ. qa
ſi iſta eſt falſa , quidam hõ non currit, iſta , quidam hõ currit,
3 neceſſariò eſt vera. † Eꝫ verò qñ oratio ſumitur ex vniuerſo, vt
contingit in vli affirmatiua,& vli negatiua,vt oĩs homo currit,
& nullus homo currit.Iſtæ dicuntur orationes rectè ꝯriæ,qua-
rum nã eſt econuerſo ad præcedentes, ꝙ non pñt eſſe ſiſ veræ,
ſed bene pñt eſſe ſiſ falſæ,& ideo ſi ſint plures filij , quorũ qui-
daꝫ ſint puberes,quidã impuberes,iſta eſt falſa, oẽs iſti ſunt im-
puberes,& iſta ſilr eſt falſa oẽs iſti ſunt puberes, q̃ reſoluitur in
iſtã,nullus iſtoꝝ eſt impubes,patet ergo ꝯcludendo ꝙ ambæ il-
4 læ alternatiuæ pñt eſſe veræ. hoc aut iſtud factũ non eſt. ¶ †Iteꝫ
iſtæ,hoc aut iſtud factum eſt,cum ſint ſingulares, & contrariæ,
quod fuerat probãdum,& ſic ſequitur ꝙ vnũ faciat ꝓ ſtipulato-
re,& aliud ꝯtra,tñ re vera illud qđ facit ꝯ nõ inſpiciat̃ attẽta mẽ
te ꝯtrahẽtiũ,q voluerũt ꝙ vtrũque fiat,& ſi alterũ nõ fiat,videat̃
nõ obſeruaſſe promiſſa,& ſic incidat in pœnam,ergo illa alter
natiua ſi hoc aut illud,reſoluit̃ in coniunctã,ſi hoc & illud.Sed
qñ cõcipit̃ ſingulariter , ſi quid horũ factũ non fuerit , & alterũ
nõ fiat,totũ facit pro ſtipulatore,& nihil eſt, quod faciat ꝓ pro-
miſſore,& hoc voluit iſte §.re vera. vſque ad verſi. animaduer-
tendũ,& ſic non corrigit̃ §.præcedens, qui vult ꝙ inter iſtas cõ-
ceptiones nõ ſit dr̃ia,qa verũ eſt quo ad effectũ, ſed quo ad cor-
ticem ſic. Quidam verò quos recitat glo. ſuper verbo, [in illo.]
que incipit [ſcilicet primo.] voluerunt dicere ꝙ iſte §.voluit cor
rigere præcedẽtem , quia aliud importat vna cõceptio,& aliud
importat altera, etiã quo ad effectum, & etiã inter ſe diſcordãt,
quia quidã intelligunt vno modo,quidã alio, quos tñ glo.repre
hendit. & bñ, quia euitãda eſt correctio. Aliud eſt , quod addit
iſte §.quia §.præcedẽs loquit̃ qñ præcedit ſtipulatio copulatiua
de duobus dãdis , vel fiẽdis, quo caſu ne cõmittat̃ ſtipl̃o pœna
lis requirit̃ ꝙ vtrũque det̃,vel fiat, hic ponit̃ ẽt qñ præcedit ſti-
pulatio negatiuè cõcepta de duobus nõ fiẽdis vt ſi ꝓmiſiſti me
non impedire,& nõ agere. Itẽ promiſiſti rẽ à me non auocare,
quo caſu ne cõmittat̃ ſtipl̃o,reqrit̃ ꝙ neutrũ fiat , tñ idẽ impor-
tat hoc qđ.ſ. dictũ eſt , qa neutrũ facere reſoluit̃ hoc modo, id
eſt vtrũque promiſſum obſeruare,& ſic nõ factũ ꝓ facto accipi
tur,& ſi alterum fieret,& alterũ nõ fieret,committeret̃ pæna,&
hoc vult verſiculus [animaduertẽdũ.] ꝙ debeat inſpici,quid ſit
illud de quo quærit ſcilicet an præcedat ſtipl̃o negatiuè conce-
pta & tunc reqrit ꝙ neutrũ fiat,aut affirmatiuè. & tũc ꝙ vtrun-
5 que fiat,ne ſtipulatio committat̃,& hoc vſque ibi proinde.†Ibi
tertio Iuriſconſultus intendit probare ꝙ illa dictio,qd vel aliqd,
licèt de ſe ſit particularis , tñ aliquando reſoluitur in vniuerſa-
lem,quia ſi dico tibi hoc modo , ſeu te interrogo,an eorũ quæ
tibi obijciuntur quid,id eſt aliquid feceris & tu rñdes eorũ quę
mihi obijciuntur quid, id eſt aliquid non feci.Certè tu rñdes,&
intelligitur id eſt nihil feci , & ſic plus importat illa dictio quid,
appoſita in tua oratione negatiua , quia vniuerſaliter intelligit̃
id eſt nihil,q̃ appoſita ĩ mea interrogatione affirmatiua,in qua
ſumitur particulariter,id eſt aliquid ſimile quod hr̃ in l.hoc ge
nus.de condi.& demon in vlt.gl. & ibi allegaui hũc tex. & hoc
vſque ibi [ſi quis autẽ.] Ibi eſt tertiũ ſeu quartũ qđ addit̃ ad §.p̃-
cedentẽ,quia ille loquit̃ ſolũ qñ præcedit ſtipulatio copulatiuè
concepta, ſed iſte verſ.[ſi quis.] loquit̃ ẽt qñ præcedit ſtipulatio
alternatiuè concepta, quo caſu ponit qualiter debeat concipi
ſtipulatio pœnalis,& poſito ꝙ non ita fuerit concepta, reſoluit̃
6 in illũ modũ ꝑ quẽ debuit cõcipi,vt dixi.†Et aduertendũ , quia
dr̃ia eſt in hoc , nã qñ præcedit ſtipulatio copulatiua de hoc &
illo fiendo , alternatiua poſtea appoſita in ſtipulatione pœnali
reſoluitur in copulatiuã hoc modo, ſi hoc & illud non feceris,
non aũt ſi nec hoc nec illud, quia nõ requirit̃ ad hoc vt ꝯmittat̃
ꝙ neutrũ fiat, ſed ſufficit ꝙ alterũ nõ fiat , cũ fuerit actũ ꝙ vtrũ-
7 que fiat.†Sed qñ p̃cedit ſtipl̃o alternatiuè cõcepta,& tũc reſol-
uit̃ hoc mõ,ſi nec hoc nec illud, & ſic ſi nullũ vel neutrũ vel ni-
hil horũ factũ fuerit , quia intẽtio ꝯhentiũ eſt ꝙ alterũ tantum
fiat,& ſi alterum fiat, non cõmittatur pœna , ſed tunc demum
cõmittat̃ qñ neutrũ vel nihil factũ fuerit,& iſta eſt intentio fina
lis huius §. qui remanet vnà cũ gloſſis ſuis perfectiſſimè decla-
ratus , quæ non tẽdunt niſi ad declarationẽ literæ, ſed nec glo.
nec Doc.ita clarè declarant, vt dixi. Bar. tñ hic ſolennizauit po-
nendo naturã copulatiuæ,& alternatiuæ , & multũ mirabiliter
loquitur , verba tñ ſua non pertinent ad declarationem tex.ſed
8 materiæ.†Tu ex omnibus conclude vt ſ. dixi in principio,quia
ſignificatus verborũ ſumit̃ ſm̃ mentem ꝯtrahentium,q̃ ex præ-
cedentibus colligit̃,non ſcđm corticẽ,prout ſumunt dialectici.
Et notandũ ꝙ glo. mouetur ad dicendũ ꝙ in principio §. non
intendit Iuriſconſultus facere dr̃iam qualiter ſit cõcepta ſtipu-
latio pœnalis,an alternatiuè,ſi illud , aut illud factum non erit
an particulariter,ſi quid horum factũ nõ erit , licèt prima facie
tex. videatur eã facere, qđ ẽt mouit illos , q hoc tenuerũt , quos
recitat glo. ſuper illo verbo [in illo.] ſed ſolum intendat facere
differentiam in ſtipulatione præcedente copulatiua. an illa ſit
negatiuè ꝯcepta de duobus non fiendis,an affirmatiuè de duo
bus fiendis,& fuerit mens Iuriſconſulti quærere . Mouetur gl.
ex verſ. [animaduertendum,]vbi ponitur mentio ad id de quo
fuit quæſitum in principio. §. & ibi rectè expreſsè ponitur diffe
rentia prædicta,& dr̃ ꝙ primo requiritur ꝙ neutrum fiat, & ſe-
cundo caſu requiritur ꝙ vtrunque fiat,ꝯſtat auteꝫ ꝙ ex rñſione
declaratur qualiter quis intellexit interrogationẽ,vt ſ.de lib.le.
l.Aurelius.§.Sticho.ver.Plautius.Et ſm̃ iſtum intellectũ gl. Iu-
riſcõſultus in verſ. [quod quamuis altero facto, &c.] non rñdet
ad quæſitum,ſed præmittit vnuꝫ ad euidentiam. Alij volunt ꝙ
ibi reſpondeat ponendo dr̃iam ſubſtantialem. Tu dic vt dixi ꝯ-
cordando dictas opi.quòd ibi reſpondet ponendo dr̃iam verba
lem,non ſubſtantialem,& ſic vera eſt opin.illorum qui dicunt
quòd intendit ponere dr̃iam in modo ꝯcipiendi ſtipl̃oneꝫ pœ-
nalem,an concipiatur alternatiuè,vel particulariter quia re ve-
ra tex.ita ponit, non tñ inquantum debent corrigere §. præce-
dentem,& ſic non quantum ad ſubſtantiam, ſed quantum ad
verba eſt dr̃ia. Item eſt ẽt vera opi.glo.quia non p̃t negari ꝙ iſte
§.velit facere dr̃iam an ſtipl̃o præcedens copulatiuã ſit de duo-
bus non fiendis, an ſit de duobus fiendis , vt colligitur in dicto
verſ. [animaduertendum.] Modicæ tñ importantiæ eſt iſta dif-
ferentia,quia in effectu ad idẽ tendunt, ſed ſoluꝫ eſt variatio in
terminis, ſeu in facti propoſito non in ſubſtantia , cum ẽt ſi ſit
negatiuè ꝯcepta de duobus non fiendis, habeat incluſam affir-
matiuã.ſ.quòd abſtinebit ab vtroque . Et per hæc habes decla-
ratũ iſtũ §.melius q̃ ꝑ Doctores.Et gloſſas videatis per vos,quia
in eis nimis ſtaremus.& tamen ſunt declaratæ per prædicta.

2 *Si inſtitutio fuit facta illo modo,inſtituo filium, aut filiam quæ naſcetur, tunc ex natura verborum ſubſtitutio poſtea facta ſi filius aut filia non naſcetur exponitur,id eſt ſi neque filius neque filia.*

3 *Quid ſi præceſſit inſtitutio copulatiuè concepta.*

1 §.Item ſi pater. ¶†Ad idẽ tendit iſte §.ad quod tẽ-
dũt §§. p̃cedentes.ſ. ꝙ alternatiua
interdũ ſumitur pro copulatiua ſeu coniuncta ex mente teſta-
toris,q̃ talis præſumitur eſſe,poſito quòd ex præcedentibus nõ
colligatur.vt ſi teſtõr inſtituit filiũ & filiam quæ ſibi naſcentur,
deinde dicat ꝙ ſi filius aut filia hr̃s non erit , aut non naſcetur,
ſubſtituo talẽ.Et ꝯtingat quòd naſcatur filius , & non filia, q̃rit̃
an ſubſtitutus vnà cum filio admittatur?& vr̃ quòd ſic, attento
ſignificatu logicali,quia ipſe fuit ſubſtitutus ſi filius aut filia nõ
naſcet̃,ſed verũ eſt dicere quòd filius aut filia nõ eſt nata . quia
nõ filia,cũ ad veritatẽ ſufficiat alterã partem eſſe verã, & ſic vr̃
ꝙ vterque habeat dimidiã tã filius q̃ ſubſtitutus,tñ Iuriſconſul
tus determinat ꝯriũ,quia intentio teſtatoris creditur eſſe quòd
ſi alter ipſorum naſcatur, ipſe ſolus ſit hæres, & ſubſtitutus in
nihilo,niſi appareat de ꝯria voluntate, quòd voluerit ſubſtitu-
tum miſcere vni ex eis: vnde autem proueniat iſta coniectura-
ta mens.gl intelligit, quòd prouenit ex affectione quam cenſet̃
habuiſſe ad liberos , & ſecundum hoc eſſet ſecus in extraneis .
2 †Tu dic,quòd ſi inſtitutio fuit facta illo modo,inſtituo filiũ ,
aut filiam quæ naſcetur prouenit ex natura verborũ,quia tunc
ſubſtitutio poſtea facta ſi filius aut filia non naſcetur, exponit̃,
ideſt,ſi neq; filius neq; filia,prout dixi ſ.prox.§.in fi.quando ꝓ-
miſiſti hoc aut illud facere,& ſi hoc aut illud non feceris,pro-
mittis pœnam:naꝫ exponitur ſi nec hoc,nec illud,& ſic erit idẽ
3 in extraneis,quod in filijs.† Si verò, præceſſit ſubſtitutio copu-
latiuè concepta,vt quia inſtituit filium & filiaꝫ , qui naſcentur,
& ſi filius aut filia non naſcetur , inſtituit talem, tunc ſi filius
naſcitur & non filia , rõ quare filius non admittitur ex ꝯiectu-
rata mente eſt duplex,vna quia iſta eſt ſubſtõ vulgaris,de cuius
nã eſt, quòd qñ ſit duobus , ẽt ſine expreſſione noĩs collectiui,
intelligitur facta ſi neuter erit hr̃s , & poſito ꝙ vnus nõ ſit, alter
ſit,nõ admittit̃ ſubſtitutus ꝑꝑ ius accreſc. qđ eſt inter eos, qđ in
dubio nõ p̃ſumitur teſtõr voluiſſe tollere. vt eſt caſus ſm̃ com-
munẽ opi.in l.q̃uis.C.de impub.& aliis ſubſti.& tetigi in l.hære
des mei.§.cum ita.ĵ.ad Treb.Sicut ergo ſi dixiſſet talẽ & talẽ in-
ſtituo,& ſi hr̃des nõ erũt, talẽ ſubſtituo,nõ admitteretur ſubſti
tutus,niſi neuter eſſet hr̃s,vt ibi,ita ſi dixi,& ſi talis aut talis nõ
erit hæres,quia iſta alternatiua reſoluitur in illũ ſignificatũ,qui
ſumeretur ſi nõ eſſet appoſita.arg.præcedẽtis §. alia rõ ſumitur
rõne affectionis,quam præſumitur habuiſſe ad liberos , tñ ẽt ſi
iſta ceſſaret,ſufficeret præcedens. Sed iſta rõ de affectione bene
eſſet vtilis,ſi ſubſtõ eſſet fideicommiſſaria,de cuius nã eſt quod
ſi ſit facta duobus poſt eorum mortem , verificatur ſtatim vno
moriente,vt l. Lucius.§.Caio.ad Treb.ĵ.fallit ſi inſtituti eſſent
de liberis, quia tunc non verificatur niſi poſt mortẽ omnium ,
ita tenuit Bar.in l.hæredes mei.§.cum ita.ĵ. ad Treb. per iſtum
tex.ſed vt ibi dixi,nihil facit,quia hic erat alia rõ.ſ. quia ſubſtõ
erat vulgaris,de cuius natura eſt vt non habeat locũ niſi in per-
ſona vtriuſque deficiat inſtitutio, non ſic in fideicommiſſaria.
vt d.§.Caio.item eſſet iſta nimia reſtrictio ad illũ §. vt ibi dixi.

1 *Teſtibus in teſtamento deſcriptis legari poteſt.*

LEX XVI.

1 SIquis ita ſcripſerit. ¶†Incertitudo q̄ venit declaranda
nō nocet.h.d.ſic ſ̄.eo l.quidam relegatus,& hoc ſi ſe
quatur certificatio,aliàs ſecus , vt ſ̄. eo. l. ſi fuerit. Et
2 No. hic ꝙ poteſt legari teſtibus deſcriptis in teſtamento.

*1 Legatario repudiante fingitur res nūquā fuiſſe ipſius,ſed ſemper hæredis.*
*2 Si hæres tranſtulit rē legatam in alterum,antequā legatarius acceptet vel repudiet legatum,nullum dominiū trāſtulit inſpecto præſenti ſtatu, ſed ſi legatarius repudiabit,fingitur à principio translatū fuiſſe dominium.*
*3 Quædā ſunt quæ declarātur ex futuro euentu , & ſic exitus acta probat.*
*4 Fictio ad hoc vt habeat locum requiritur habilitas extremorum tam ex parte perſonarum quàm rei ſuper qua fit.*
*5 Quòd poſſit eſſe fictio priuata ſuper re quæ hodie non eſt.*

LEX XVII.

1 QVædam ſunt. ¶†Legatario repudiāte fin
gitur res nunq̄ fuiſſe ipſius,
ſed ſemp hr̄dis.h.d.verè tñ bñ fuit ſua,& nō heredis,
& ſic ꝑ fictionē hoc euenit,ſi aūt acceptat, nulla in-
teruenit fictio,ſed qđ primo fuit ſuū reuocabiliter efficit̄ ſuum
irreuocabiľr,in tm̄ ꝙ ſi poſt acceptionē ſimul factā repudiaret,
nō fingeret̄ unq̄ fuiſſe ſua,ſed ex nunc deſineret eſſe ſua , nā tūc
demū fingit̄ retro nunq̄ fuiſſe ſua, qñ ſine ſua volūtate fuit ſibi
acquiſita,quod eſt ante acceptationē,iuxta no. ꝑ Bar. in l.Pon-
2 ponius.la j.ſ̄.de neg.geſt.¶†Ex hoc ſequit̄,ꝙ ſi hr̄s añ acceptat,
vel repudiationē trāſtulit in alterū,nullū dñiū trāſtulit,cū non
ceſſet apud eū,& ſic inſpecto pn̄ti ſtatu res nō eſſet dubia, imò
certa,& dñium nō eſt translatū,ſed inſpecto futuro euētu dr̄ du
bia, quia pōt contingere ꝙ legatarius repudiabit,& ſic fingitur
à prin.fuiſſe hr̄dis, & ꝑ ꝯn̄s etiā fuiſſe dñium translatū ab hr̄de.
Et pōt eſſe eꝫ ꝙ acceptet, & tunc remanebit veritas in eo ſtatu,
in quo fuit à prin.ꝙ nec fuerit nec fingat̄ translatū , & ita eſt in
telligenda iſta l. & ſic inſpecto pn̄ti ſtatu res nō dr̄ pendere , ſed
reſpectu futuri euentus,vt l.j.§.ſi pendeat, & ibi no.ſ̄.ad Mace.
3 ¶†Not. ergo hic , ꝙ ſunt quædam quæ declarantur ex futuro
euētu,& ſic pōt dici ꝙ exitus acta ꝓbat, cōcordantiæ ſunt in gl.
Et no.tex.in fi.ꝙ licèt pecunia legata , & ꝓ hr̄de alteri mutuata
deliberante legatario ſit conſumpta , nihilominus ſi legatarius
poſtea repudiat,fingit̄ nunq̄ fuiſſe ipſius legatarij,ſed ſemꝑ fuiſ
4 ſe hæredis. ¶†Sed ꝯ̄, nam ad hoc vt habeat locum fictio,requi-
ritur habilitas extremorū tā ex parte perſonarū q̄ rei ſuper qua
fit,& ſic ꝙ ſint in rerum natura,aliàs nō fit , vt l. huic ſcripturæ.
ſ̄.ad l.Aquil.& l.qui balneū.§.Titia.C.qui po.in pign.ha. & l.fi.
cōia prædio. vnde cū iſta pecunia ex quo eſt cōſumpta nō poſ-
ſet hodie cū legatarius repudiat verè effici hæredis , ſequitur ꝙ
nec pōt fingi retro fuiſſe. & iſtud eſt dicere , ꝙ extrema ſint ha-
bilia,id eſt ſint in tali ſtatu , ꝙ hodie poſſet verè fieri id qđ volu-
5 mus retro fingi fuiſſe factū. †Sol. fictio principaliter ꝙ aliquid
fingat̄ fuiſſe factum ſuper re quæ hodie non eſt in rerū natura,
nō pōt eſſe,vt in ꝯ̄rijs,ſed in conſequentiam bñ pōt eſſe, nā be-
ne pōt eſſe fictio priuatiua ſuper re,quæ hodie non eſt, puta ꝙ
iſta pecunia licèt verè fuerit legatarij , tñ fingatur nunq̄ fuiſſe ,
iſtud bene poteſt fieri, licèt non ſit in rerū natura , vt hic eſt ca-
ſus notabilis.Et in conſequentiam huius fictionis priuatiuæ ve
nit fictio affirmatiua , quia ſi non fuit legatarij , fingitur fuiſſe
hæredis, & hoc probat iſta l. ſed ſi non præcederet fictio priua-
tiua , nō poſſet principaliter introduci fictio affirmatiua ſuper
re quæ hodie non eſt, & ita declarat Bart.in materia fictionis.

*1 Vbi requiritur aliquem ſuperuiuere,vel præmori,nō ſufficit ꝙ ſimul moriā tur,vel ꝙ non appareat quis prius.*
*1 Si extaneus dans dotem fuit ſtipulatus ſibi reddi ſoluto matrimonio, ꝙ iſta ſtipulatio intelligatur ſi matrimonium ſoluatur ipſo ſtipulante ſuperſtite,& quid ſi ſimul præmoriatur cum altero coniugum.*
*3 Si teſtator & legatarij ſimul moriantur, & non appareat quis prius emiſit ſpiritum, vel non appareat an ſimul , ꝙ legatarius non tranſmittat legatum ad hæredem legatarij .*
*4 Ad hoc vt quis efficiatur ſuus hæres alteri, neceſſe eſt, ꝙ appareat ipſum ſuperuixiſſe.*
*5 Quid in extraneo hærede,ſi ſimul cum teſtatore moriatur.*

LEX LXXXVIII.

1 QVod de pariter. ¶†Vbi requirit̄ aliquē
ſuperuiuere,vel ꝑmori,
nō ſufficit ꝙ ſimul moriant̄, vel ꝙ nō appareat quis
prius h.d.in effectu cū duabus legibus ſeq.& reputo
iſtas ll.eſſe valde notabiles & ſingulares.in caſibus quos ponūt.
2 †Et gl.intelligūt iſtā primā l.ꝙ iſta mr̄ vel extraneus fuerunt ſti-
pulati dotē ſibi reſtitui ſi matrimoniū ſolueret̄ ipſo ſtipulante
ſuperſtite: ſed certè hoc nō dr̄ in tex. nec haberet tūc dubiū:vñ
ego intelligo ſimpľr ꝙ fuit ſtipulata,vel ſtipulatus ſibi reddi ſol.
mat.& dico ꝙ iſta ſtipľo intelligit̄ modo ꝑdicto ſ.ſol. mat. ipſo
ſtipulāte ſupſtite,caſus eſt ſingularis in iſta l. nec recordor alibi
hoc vidiſſe, & eſt magna decľo & limitatio ad l. j. §.accedit. C.
de rei vxo.act.vbi habet̄ ꝙ qñ extraneus dat dotē ꝓ muliere,ni-
ſi ſtipulet̄ vel paciſcat̄ ſibi reſtitui cenſet̄ dos donata,& acquiri-
tur actio mulieri fauore dotis,ſed iſta l.notabiľr vult,ꝙ etiam ſi
fuit ſtipulatus , ad hoc vt actio non cōpetat mulieri,vel hæredi
ſuo requirit̄ vt matrimonium ſoluatur ipſo ſtipulante ſuperſti
te:ſi aūt ipſe ꝑmoriatur,vel ſiľ cum altero ꝯiugum decedat,tūc
quia non ṗt dici ſuperuixiſſe,deficit ꝯdō ſtipulationis,& perin-
de hr̄ ac ſi ſtipľo non interueniſſet, vt ſic actio de dote acquirat̄
hæredi mulieris,& non hæredi ſuo, ſi ſiľ cum muliere deceſſit,
vt in primo caſu huius l.vel ipſi mulieri,ſi deceſſit ſtipulator ſiľ
cum marito, vt in vltimo caſu . Sed in hoc eſt maior ratio q̄ in
primo.ſ.fauor dotis, vt mulier ex ea poſſit iterum nubere,& ſic
eſt fauor publicus , ſed in primo caſu non ſic in perſona hære-
dis mulieris,& tñ idem eſt , & liga bene ad digitum caſum hu-
ius l.quē gl.& Doct.non guſtarunt,ſed poſſet facere magnū ho
norē,& fortè non eſt Doctor in mūdo,qui hoc crederet, & qui
non ꝯſuleret ꝯ̄rium ,neſciendo caſum huius l.vcꝫ,ꝙ ſtipulator
tranſmitteret ad hr̄deꝫ ſuuꝫ actionē,ēt ſi ꝑdecederet anteq̄ ſol-
ueret̄ matrimoniū, & ita vr̄ ſentire Bar. ſed re vera iſte tex. vult
3 ꝯ̄riū.¶†Itē no.in l.idē eſt. quā ēt alibi non recordor vidiſſe,cer-
tū.n.eſt ꝙ ſi legatarius moriat̄ viuo teſtōre,legatuꝫ efficit̄ cadu-
cū,& non trāſmittit̄ ad hr̄dem eius.vt C.de cad.tol.l.j.§.ꝓ ſcđo,
ſi verò moriat̄ poſt teſtōrē,bñ tranſmittit ſi erat purū, vt in §.in
nouiſſimo.ea.l.quid ſi ſiľ, & nō apparet quis primus emiſit ſpi-
ritum,vel ꝯſtat ꝙ neuter prius, vel non apparet,an ſiľ an diuer-
ſis tpibus,quia in diuerſis locis,nec apparet quis prior. Certè ñ
tranſmittit̄ ad hr̄dem legatarij, quia talis hr̄s ſi peteret legatuꝫ,
hēt neceſſe ꝓbare ꝙ teſtator primo mortuus fuerit,& ꝙ legata-
rius ſuperuixit,caſus eſt in hac l. idem eſt , q̄ licèt loquat̄ qñ fuit
dos ṗlegata,tñ gn̄aľr ṗt intelligi in quocunque legato, ita ſentit
Bar.ſ̄.eo.l.ſi inter virum.dum reprehendit gl. magnā,in fi.dicit
4 ꝙ ibi ꝯfirmatur donatio tanq̄ relictum.¶†Iteꝫ no.in l.ſed & in
illo,ꝙ ad hoc vt quis efficiatur ſuus hr̄s alteri , neceſſe eſt ꝙ ap-
pareat ipſum ſuperuixiſſe illi,ſicut dictum eſt in legatario,quia
2 nõ incępit. h.d.†Et re-
lictũ factũ ſi aliquis deſinat, nõ hẽt locũ ſi non inci-
piat, ꝑ hãc l. vr̃ determinari quidã caſus, quẽ nũc ha-
beo de facto. Teſtõr mãdauit hæredi ꝙ pecuniã, quaȝ habebat
ſuꝑ monte cõis Florentiæ faceret deſcribi, & permutari in ꝑſo-
naȝ filiæ ſuæ cui relinquebat vſumfr. donec vixerit, poſtea dixit
ꝙ ſi fuerit ꝑmutata in ꝑſonaȝ dictæ filiæ, deinde filia deceſſerit,
volebat vſumf. pertinere ad pauperes Chriſti perpetuis tꝑibus,
& ꝑuenire ad ↄſules cuiuſdaȝ artis, qui hñt diſtribuere, mõ filia
mortua eſt viuo teſtatore, & ſic non fuit deſcripta & permuta-
ta teſtatore mortuo, ↄſules volunt iſtã pecuniã petere, dicendo
ꝙ legatũ fuit caducũ in ꝑſonã filiæ, & ſic remanſit cũ eodẽ one
re hr̃di: nam ſi teſtõr legaret Titio fundũ, & grauaret mihi reſti-
tuere poſt eius mortẽ, iſtud grauamẽ hẽt ↄdõnem ſi ad Titiuȝ
ꝑuenerit, aľs non p̃t mihi reſtituere. l. fideicommiſſum. de leg. j.
& no. j̃. eo. l. ↄdões. & nihilominus licèt ad Titiũ non ꝑueniat,
quia repudiet, vel moriaẽ viuo teſtõre, remanet hr̃di cũ onere,
& poſſum petere ſaltẽ poſt morteȝ Titij, vt no. in l. Imperator.
de leg. ij. iuncta l. peculiũ. in fi. ¶In ↄ̃rium facit iſte tex. vbi vr̃ ca-
ſus, quia relictũ factũ ↄſulibus, vr̃ relictũ caſu quo habuerit ini-
tiũ in ꝑſona filiæ, & deſierit: ſed ſi mortua eſt viuo teſtõre, non
habuit initiũ, & ſic non p̃t dici deſijſſe, & ſic remanet ſine one-
re, iſte eſt pulcher caſus. & aliqui ↄſuluerunt, qui nõ ↄſideraue
runt p̃dicta, non determino ꝓ nunc, nam prima rõ multũ facit,
& difficile eſt rñdere tenendo ſecundam partẽ. Et nihilominus
hic vr̃ caſus pro ſecunda parte. Glo. opponit de l. iij. §. deſinere,
vſufr. quemad. ca. vbi dr̃ deſinere, quod non incępit. dic br̃ incę-
pit ibi de facto, licèt nõ de iure, & ratione illius inceptionis cõ-
mittitur ſtipulatio concepta in caſu, in quo deſierit, quia intel-
ligiẽ quatenus inceperit. hic nec de iure, nec de facto, aliqñ rõ-
ne ↄ̃rietatis tollendæ dr̃ deſinere qđ non incępit. l. ſi ſeruus ſer-
uum. §. qui oliuã. de euic. in prin. collige ergo hic ꝙ vbi non eſt
habitus, non põt eſſe priuatio. de hoc in l. decem. de verb. obl.

2 *Si legatum eſt factum ſi non nupſerit etiam virgini, & nupſerit ſi legatũ eſt translatum in eccleſiam vel hoſpitale, ſi contingat eam nubere, non habebit legatum, ſed hoſpitale.*

§. Serui vſuſfr. Conditio viduitatis non reijcitur ſi
in defectũ eius legatum fuit in cãm
piam, & fauorabilem translatuȝ. h.d. per hoc determinat Guil.
2 de Cu. † Si legatum eſt factum ſi non nupſerit etiam virgini, &
nupſerit, ſi legatum eſt translatum in eccleſiam, vel hoſpitale,
ſi contingat eam nubere, non habebit lega. ſed hoſpitale. Tene
menti. facit in Auth. de ſan. epiſ. §. ſed & hoc præſenti.

1 *Vniuerſitas põt præſtare iuramentum per illos qui vniuerſitatẽ regunt.*
2 *Vniuerſitas cum ſit perſona ficta, non habet animam, ideo non poteſt excommunicari, licèt poſſit interdici.*
3 *Paria ſunt relinquere vniuerſitati, vel communi talis loci, & relinquere ciuibus, vel municipibus eiuſdem.*

LEX XCVI.

1 MVnicipibus. †Vniuerſitas poteſt p̃ſtare iu
ramentuȝ ꝑ illos qui vniuer-
ſitatem regunt. h.d. dubium eſt ſaltẽ hodie, quia iu-
ramentum ligat animam, licèt iſto iure non ↄſidera
2 ret hoc ligamẽ, † ſed vniuerſitas cũ ſit ꝑſona ficta, non hẽt aĩaȝ,
ideo nõ p̃t excõicari, licèt poſſet interdici. in c. ſi ſñia. de ſen. ex-
cõ. lib. vj. Sed põt rñderi, ꝙ cũ nihil aliud ſit vniuerſitas q̃ ꝑſona
ipſius, vt no. gl. in l. ſicut. qđ cuiuſ. vni. ligabit aĩas ipſoꝝ, vel ſaltẽ
illoꝝ, qui iur̃m p̃ſtant. nam ꝓcurator p̃t iurare in aĩam ſuã, & in
3 aĩaȝ dñi. ¶† In tex. ibi, [municipibus] .i. vniuerſitati municipuȝ.
l. ciuibus. de reb. dub. nã ſunt paria relinquere vniuerſitati, vel
cõi talis loci, & relinquere ciuibꝰ vel municipibꝰ eiuſdẽ, vt no. ĩ
d. l. ciuib. & l. ciuitatibus. de leg. j. ¶ Gl. opp. ꝙ iſta ↄdõ iureiur.
reijciaẽ. l. qui ſub ↄdõne. de ↄdi. inſti. Tene vltimã ſolu. vt hic in-
telligatur in iur̃o de aliquo p̃nti vel p̃terito, non aũt de futuro,
quia illa benè reijcitur timore periurij, qđ facilius incurriẽ, nã
ſub ſpe faciendi quis iurat facere, & poſtea mutat propoſitum,
quæ ratio ceſſat, ſi iurat, aliquod factum, vel non factum.

2 *An ſit reperire niſi vnum dominium.*

LEX XCVII.

MEa res. In legatis ↄdõnalibus ſufficit ad valorẽ
legati ꝙ tꝑe ↄditionis ceſſet defectus q
erat tꝑe teſtĩ, vel mortis. h.d. & ſic non hẽt locũ rľa
Cato. ¶ In tex. ibi, [ſub conditione] .ſ. ſi deſierit eſſe
mea, vel ſub alia, nam legatũ non erit nullũ, ſed erit in penden
ti, & ſi tꝑe ↄdõnis reperiatur non eſſe mea, poſſum eam petere,
vel æſtimationẽ eius, ſed purè legari non põt, nec reconualeſce
2 re ſi deſineret eſſe mea. l. cætera. §. j. de leg. j. ¶† Et iſtã l. Peruſij re
petijt quidã Vltramõtanus tꝑe Bar. & inter alias ↄclões tenuit
ꝙ nõ erat reperire niſi vnũ dñiũ. ſ. directũ, qa de vtili nulla lex
facit mẽtionẽ, licèt faciat mẽtionẽ de vtili vendicatione, q̃ daẽ
ẽt ei qui non eſt dñs directus, vel vtilis, vt eſt ceſſionarius, ſi rei
vend. cedaẽ. l. ſi culpa. de rei ven. nam ceſſionarius non acquirit
dñium donec nãciſcaẽ poſ. vt ibi no. ſed vt audiui à Bal. Bar. ſibi
fortiter arguit, & probauit ꝙ erat reperire vtile dñiũ, ſicut repe-
riẽ vtilis ſeruitus. l. j. de aqua pl. ar. nam quo modo ſe hẽt vtile
dñiũ in corporalibus eo mõ ſe hẽt ius in incorporalibus. l. ſi qs
diuturno. ſi ſeruitus vẽ. vide Bar. in l. ſi quis vi. §. dr̃ia. de acq. poſ.

LEX XCVIII.

COnditiones. Conditiones legales quæ in-
ſunt, non reddunt legatum
conditionale quantum ad tranſmiſſionẽ, vel vt im-
pediant diem eius cedere, quia dñr extrinſecę .i. non
prouenientes ex verbis teſtĩ, & ſic non ex voluntate teſtatoris.
h.d. & ſꝑ alle. bene tñ reddunt ↄdõnale quantum ad act. & ob.
quia priuſq̃ exiſtat oblo & actio non naſcitur. nec poteſt peti le
gatum. l. item quia. §. huius rei. cum ibi no. de pac. qñ aũt colli-
guntur ex verbis teſtatoris, vel mõ legandi, licèt ſint tacitè, non
dñr extrinſecæ, quia ex verbis teſtĩ proueniunt. l. in his. s̃. e. ideo
impediũt diẽ legati cedere quantũ ad tranſmiſſionẽ. l. qđ purè.
qñ di. le. ce. & dixi s̃. e. l. legatum. & pone exemplum in ↄdõne ſi
adeaẽ hr̃ditas q̃ inerat ex diſpõne legali, ẽt ſi non fuiſſet exp̃ſſa,
& idem in ↄdõne appoſita in inſtõne ex quadã neceſſitate, qa
niſi exiſtat, non poteſt adire, vnde nec illa conditio impedit diẽ
legati cedere, etiam ſi fuerit expreſſa, quia etiam ſi non fuiſſet
ſubintelligebatur. vt j̃. quando di. leg. ced. l. ſi dies. §. fi.

1 *Allegans contraria non auditur.*
2 *Si pater relinquat mille filiæ ſi nupſerit, & ſi monaſterium ingrediatur 200. & ingreſſa eſt monaſterium, an poſſit petere mille.*

LEX XCIX.

1 TItiæ ſi nupſerit. † Allegans ↄ̃ria non au-
ditur. ad hoc alle. vel ſic,
mulier q̃ ſpreta ↄdõne non nubẽdi nupſit, non põt
petere duplex legatũ, vnũ factũ ſi nupſerit, ſed debet
2 eſſe altero ↄtenta. h.d. † Et eſt bona lex, & ꝑ eam vr̃ determinari
qõ quotidiana, de qua dixi ĩ l. Titio cẽtũ. §. j. s̃. eo. ſi pr̃ relinquat
millæ filiæ ſi nupſerit, & ſi monaſteriũ ingrediaẽ 200. Ingreſſa ẽ
monaſteriũ, & petit mille ac ſi nupſiſſet tanq̃ ſpreta ↄditione, q̃
retrahit ab ingreſſu monaſterij. Itẽ petit 100. quia conditio ſub
qua fuerũt relicta, extitit, iſte tex. vr̃ ꝓbare ꝙ poſſit petere mil-
le, & tunc nõ poterit petere 200. vel dic, ꝙ nõ poterit petere ni-
ſi 200. & dixi in d. §. j. & iſta opi. cõiter approbaẽ. & vide Bal. in
l. Deo nobis. circa prin. C. de epi. & cle. & in addi. Spe. de ſta. mo.
ſuper rub. ¶ In tex. ibi, [admitti,] videbatur ↄ̃riuȝ, quia vtriuſq;
legati ↄditio videbatur extitiſſe, primi fictè, ſecundi verè, ſed ne
ſibi ↄ̃rietur, non poteſt allegare exiſtentiam vtriuſq;, ſed debet
eſſe altero contenta, & licèt hic dicat ꝙ conſequitur 200. puto
ꝙ ſi eligeret ſequens legatum. deberet audiri ſi ſua intereſt, vt ſi
legauit 200. ſi non nupſerit, & ſi nupſerit, legauit fundũ qui va-
let 100. ſi nubit, & vult potius hr̃e fundũ ex ſecũdo legato, non
video quare non poſſit, primũ clarũ eſt ꝙ poteſt, quia p̃t ſperne
re ↄſtitutionẽ, ſȝ ẽt quia extitit conditio illius. non ſic econuer
ſo ſi non nuberet, & vellet ſ̃m legatũ, nam vr̃ ꝙ non poſſit, eo
quia non extitit conditio illius ſicut in præcedenti.

1 *Non dicitur nolle qui velle non poteſt.*
2 *Ad remotionem vnius de contrarijs, ſequitur appoſitio alterius.*
3 *Subſtitutio vulgaris facta in legato, an comprehendat niſi caſum quo noluerit, vel potuerit,*
4 *Si teſtator legat penum, & ſi hæres non det penũ, legat decem nomine pœnæ habebit locum legatum de decem ſi hæres dare potuit, & noluit.*

LEX C.

1 PAter Seuerinam. ¶† Non dicitur nol
le qui velle non po-
teſt. vel ſic, fideicommiſſum ab aliquo relictum ſub
conditione ſi non fecerit tale quid, quod ab eius vo-
luntate dependet, cenſetur factum in pœnam ſi facere nolue-
rit, ideo non habet locum ſi facere non poterit. h.d. no. multũ.
¶ In tex. ibi [ꝙ ſi nupſerit.] Iſta verba faciebant dubiũ, quia iſta
verba poſſunt dupliciter intelligi ſicut verba ſi hæres non eris,
l. iij. de hære. inſti. ſi ergo filia deceſſit ante quàm eſſet nubilis,
verum eſt ꝙ non nupſit, licèt nubere non potuerit, & ſic defi-
cit conditio legati facti filiæ, & hoc eſt clarum; ideo in ↄ̃nam vi
debatur extitiſſe ↄ̃ria conditio, ſub qua fuit legatũ Aelio Phi-
lippo, quæ fuit negatiua ſi non nupſerit, licèt præcedens affir-
2 matiua, † quia ad remotionẽ vnius de contrarijs ſequitur appo-
ſitio alterius, ſicut econuerſo. Cõtrarium j̃. determinatur, quia
attenta mente teſtatoris quæ potius eſt inſpicienda q̃ proprie-
tas verborum, licèt iſta verba contineant duos caſus de pro-

prietate ipſorũ, de mente tñ teſtõris non ↄtinet niſi vnũ.ſ.ſi nubere noluerit,& ſub iſta cenſetur legatũ Aelio, ſed iſta non extitit, ex quo non potuit ꝓ rõnẽ quã dixi in ſummario, & ſic nec
3 ille habebit,ſed remanet penes hr̃dem. ¶†Nunc opponit̃ de dicta l.3.vbi ſub.vel verbis cõprehendũtur ambo caſus ſi noluit, vel poſſit, dixit Ray.ꝙ illa lex loquitur in ſubſt.vulg.facta in hereditate,ſecus qñ ſit in legato qa nõ cõpræhenditur niſi caſus ſi noluerit,caſus ẽ hic ſingularis. Ego vidi de iſto tex. fieri verecũdiã cuidã Doct.vocato dñs Philip. de Aregio, & legerat hic, & poſtea venit Papiã, vbi primo legerat,& fuerat Doctor oĩum illorũ Doc.vñ fecit quolibetũ ſuper rub.de teſta.aſſerens velle reſpondere de quolibet in mã vltimarũ voluntatũ,Bal. interrogauit eũ,vbi habemus ꝙ ſubſtitutio vulgaris facta in legato non cõprehendat niſi caſum quo noluerit vel potuerit.Breuiter obmutuit.& Bal.aperuit librum, & legit iſtũ tex. vñ reſultauit illi maxima confuſio. Bar.tñ repræhendit dictũ Ray.& benè,nam aliud eſt loqui in ſubſtituto vulga.quo caſu loquitur lex ↄ̃ria, quia ſiue fiat in hr̃ditate.ſiue in legato ↄprehendit vtrunque caſum,aliud in fideicõmiſſo relicto in pœnã.quia nõ ↄprehendit niſi vnũ vt hic. Sed quare iſte Aelius nõ dr̃ ſubſtitutus vulgaris, cũ ſibi fuerit factũ in defectũ primæ legatariæ, ſed potius fideicõmiſſum relictuʒ in pœnã filiæ? Rñdeo ꝑꝑ plura cõcurrentia primo,quia conditio appoſita in legato filiæ pendebat ex eius voluntate, & quia erat implenda in perſonã Aelij Philippi, & quia legatũ filiæ in defectũ cõditionis fuit in ipſum Aeliũ trãſlatuʒ.vñ ꝑꝑ iſta tria verba ſi non nupſerit,reſtringuntur ad caſũ ſi noluerit nubere,& altero deficiente fortè ſecus eſt, vñ ſi Titio legetur,ẽt ſi nõ hẽt liberos,trãsfert̃ in Seiũ,& ſi Titius decedit in pupillari ætate,& ſic non põt hr̃e liberos, Seius habebit
4 legatũ,quia nõ põt dici facta translatio in pœnã Titij.¶ † Not. ergo ad declarationẽ legis primæ, de penu leg. ſi teſtator legat penũ,& ſi hæres non det penũ legat decẽ noĩe penu, quia habebit locũ legatũ de decẽ ſi hæres dare potuit, & noluit, ſecus ſi non potuit,quia deceſſit anteꝗ̃ ſciret,quia erat factum in codicillis ꝑ iſtũ tex.vñ per hoc confunditur dictũ illorũ qui cõſuluerunt in qõne,de qua dixi in l.Titia.qa ille teſtõr in pœnã hr̃dis dixit,ſi hæres nõ ꝑmutauerit illã pecuniã, det mille in pecunia numerata,nã vr̃ ſentire ꝙ licèt hæres nõ potuerit ꝑmutare, qa filia deceſſerit,locũ habeat relictuʒ de mille, qđ eſt ↄ̃ iſtum tex.

**§.Ita fideicommiſſo dato.** Non dr̃ decedere ſine liberis, qui vnum tñ reliquit.h.d. Et eſt regula iuris uidebatur ↄ̃riũ, quia verbũ plurale non verificatur in vno.l.fi.ad Treb. Sed põt dici,ꝙ ibi qñ apponitur in diſpoſitione,hic in cõditione negatiua,& ſic intelligitur.i.ſine vllis liberis quia negatio totum deſtruit,no.ĩ.eo.l.hoc genus.¶In tex.ibi, [filio.] ſubſtituo, vel nepote,ſeu nepte nato,vel naſcituro. l.iubemus.§.penul.

1 *Verbum tutela,relatum ad pupillarem ætatem,& etiam ad adultã quãtũ ad primam ſtat propriè,quantum ad ſecundam ſumitur pro cura.*
2 *Vnum,& idem verbum relatũ ad diuerſa tempora diuerſimodè dẽt intelligi ſecundum ſubiectam materiam, & naturam illorum temporũ,*
*Compendioſa ſubſtitutio facta pupillo poſt eius mortem per verbum cõmune an compræhendat pupil.ſi moriatur intra pupillarem ætatem, & ſi poſt fideicommiſſum.*
3 *Verbum cura relatum ad tempus pupil.ætatis,an ſumatur pro tutela.*

1 **§.Conditionem.** †Verbũ tutela, relatũ ad pupil. ætatẽ,& ẽt ad adultã quãtũ ad primã ſtat propriè,quantum ad ſecundã ſumitur pro cura.h.d.
2 †.& ſemper alle.ꝙ vnũ,& idem verbũ relatũ ad diuerſa tẽpora diuerſimodè dẽt intelligi ſm̃ ſubiectam materiam, & naturaʒ illorum temporum,& ſic principaliter alle.in materia compẽdioſæ factę pupillo poſt eius mortẽ ꝑ verbum cõe vt cõpræhendat pupil.ſi moriatur intra pupil.ętatẽ ſi poſt cõpræhẽdat fideicõ.licèt in ↄ̃riũ faciat,quia qñ refertur ad diuerſas perſonas: pupillam,& adultũ non comprehendit pupil.in perſonã pupilli. l.iam hoc iure.de vulg.& ſic aliud in perſonis,aliud in temporibus,licèt de perſonis ad tempus ſit bonum ar.l.miles ita.§.& qa diximus.de teſt.mil.dic vt l.Centurio.ꝑ Bar.in 3.q.prin. de vul-
4 ga.† Quid in verbo cura, relato ad iſta tempora, an ſumatur ꝓ tutela in pupil.ætate? Bar.in l.tutores qui poſt.§.j. de admi. tut. dicit ꝙ non,& aliud in tutela ꝗ̃ in plus ſe hẽt,ꝗ̃ cura,quia datur perſonæ,& rebus,vñ eius ſignificatus põt decreſcere ad minus, vt hic,nõ ſic ſignificatus verbi,cura p̃t creſcere de minori ad maius,quia facilior eſt deſcenſus,ꝗ̃ aſcenſus iuxta illud facilis deſcenſus auerni.& no. in l.fi.C.de bo.libe.¶In gl.fi.ibi, [l.verbis, & l.in pupillari.]dic ꝙ proprius ſignificatus ↄuertitur in impropriũ qñ vertitur fauor pupilli,ſecus qñ odiũ vel grauamen. ita loquuntur illę leges,quia ſi verba directa obliquarẽtur poſt pupil.ætatẽ, comprehenderet fideicom.quod eſt grauamen.in fi. gl.ibi.l.fi.Dic quòd illa potius concor.ſi bene inſpiciatur.

1 *Conditio negatiua quæ põt uere impleri viuo legatario, non põt impleri ꝑ cautionẽ Mutinã ſed impletur in articulo mortis cũ mori incipit.*

1 **§.Socrus nurui.** † Cõditio negatiua ꝗ̃ p̃t verè impleri viuo legatario, non põt impleri per cautionẽ Mutianã, ſed implet̃ in articulo mortis cũ mori incipit.h.d.& ſic eo viuo,quia viuẽs morit̃, iõ trãſmittit.l.fi.qñ di.leg.ced.& l.ab omnib.§.cum quidã.de leg.j.¶In tex.ibi, [ſine culpa viri.] ſi aũt illius culpa,nõ diceret̃, ↄdõ deficere, ſed potius exiſtere, ut gl.in fi.qđ no.quia ſi aliquid facio tui culpa interueniente,non uideor feciſſe quo ad damnũ meũ. ¶In tex. ibi,[mori cęperit.] No.quia non dicit mortua ſit propter id qđ ſ̃.dixi, ut ẽt ea viuẽte dies legati cedat ꝑ l.q duos. de manu. teſt. ¶In tex.ibi,[vel maritus.ex hoc ꝙ moriente marito impleatur, patet,ꝙ impleri põt viua legataria,ideo ſequitur illatio de qua ſubdit l.cũ tale.§.j.ſ̃.eo. Adde ad id quod ſ̃.dixi.ĩ.eo.l.ſi ita legatum.& hoc genus.¶Gl.opponit ꝙ licèt poſſit impleri viua legataria morte mariti,non tñ ſine expectatione triſtis euentus, ergo vr̃ locum habere cautio Mutiana acſi non poſſet impleri. l.cũ tale.in prin.ſ̃.eo. Sol.expectare mortẽ filij, vel alterius propinqui bñ eſt triſte,& ſic non cogitur expectare, ut in ↄ̃rio, ſed expectare mortem mariti non eſt triſte, quia multæ gaudent de morte mariti,ita dicit gl. Bar.dicit tex.debere intelligi quando non erat triſtis,quia forte erat ſenex,uel infirmus. vide Bal. in l.fi.C.de inſti.& ſubſti.vbi allegat hanc gl.

1 **§.Fideicommiſſa.** †In legato annuo licitum eſt quolibet anno variare, quia tot ſunt legata,quot anni,quid in ſtipula.ↄdõnali,ꝗ̃ eſt vna pro oĩbus annis,vr̃ idem per l.ſi ſterilis.§.fi.de act.emp.breuiter.examina hũc articulum,ut plenè no.per Bar.in l.ſi ſeruus cõis Mæuii & caſtrenſis peculii.de ſtip.ſer.¶In tex.ibi[& ſi] ideſt quamuis.¶In tex.ibi, præſtari neceſſe eſt pro primo anno, vel menſe quibus illa prohibuit gerere,quia conditio habetur pro impleta quãtũ ad legatum illius anni uel menſis,vt ſ̃.eo. l. iure ciuili.

1 *Fideicommiſſum relictum per aſcendentem deſcendenti poſt eius mortẽ habet in ſe tacitam conditionem ſi deceſſerit ſine liberis,etiam ſi fideicomiſſarius ſit de deſcendentibus,& in potiori gradu.*
2 *An requiratur ꝙ liberi ſint hæredes,ad hoc vt excludant ſubſtitutum.*
3 *Liberorum appellatione ꝙ contineatur etiam nepos ex filia, ſeu neptis.*

## L E X  C I.

1 **CVm auus.** † Fideicõmiſſum relictuʒ ꝑ aſcendentẽ deſcendenti poſt eius mortẽ, hẽt in ſe tacitã ↄditionẽ ſi deceſſerit ſine liberis, ẽt ſi fideicõmiſſarius ſit de deſcendentibus,& in potiori gradu,hoc dicit iſta l.ſingularis,ꝗ̃ hẽt duas ↄcordãtias.ſ.l. cum acutiſſimi.C.de fideic.& l.gñaliter.§.cum autẽ.C. de inſti. & ſubſti.in quib.Imperator allegat iſtã l.ꝗ̃ fuit Papiniani, & de ipſius deciſione valde mirat̃,& eũ valde cõmendat, & ẽt eã ſupplet & declarat in plurib.qa hic loquitur qñ grauauit nepotẽ, idem ſi filiũ vt ibi.Itẽ loquitur hic in aſcendente ex linea pr̃na, ibi idẽ in materna,uel ex linea mr̃na.Itẽ hic loquitur qñ grauatus fuit maſculus deſcendens. Idẽ ſi fęmina,& iſta hñr in l.cum acutiſſimi.Itẽ hic loquit̃ qñ deſcẽdens erat legitimus, & nãlis, ibi ſi nãlis tm̃.Itẽ loquitur de ↄdõne ſi deceſſerit ſine liberis.i.legitimis & naturalib. ſʒ naturalis tm̃,vel nõ legitimus nõ faciũt ↄditionẽ deficere.Itẽ hic loquitur in deſcendẽte ĩſtituto & grauato fideicõ.vlĩ,ibi in legato particulari,& hæc hñr in d.§. cum aũt.& maximè circa fi.Itẽ illæ ſupplentur ꝑ iſtã,qa loquunt̃ qñ fideicõmiſſarius erat extraneus,iſta uult ꝙ idẽ ſi erat de deſcendẽtib.& ẽt in potiori gradu ꝗ̃ grauatus,qa erat hic filius,& grauatus erat nepos.Itẽ illę loquunt̃ ſimpl̃r de fideicommiſſo relicto a deſcẽdente,iſta limitat.ſ. qñ relinquit̃ poſt eius mortẽ, ſi
2 aũt purè non ineſſet illa condõ ſm̃ oẽs.¶† Sed an requirat̃,ꝙ liberi ſint hr̃des ad hoc ut excludãt ſubſtitutũ,vr̃ ꝙ nõ,ſicut ſi illa cõditio fuiſſet exp̃ſſa a teſtõre,ut l.filiusfa.§.cũ qs.ſ̃.de leg.j. lʒ in ↄ̃riũ faciat,qa fortior eſt conditio expreſſa,ꝗ̃ tacita,qđ patet, qa ſi fuiſſet expreſſa,liberi naturales tm̃ poſſent aliqñ excludere ſubſtitutuʒ,lʒ nõ ſp̃,ſed cũ diſtinctione,ut in l.ex facto.§.ſi qs rogatus.ad Treb.Et tñ qñ tacita,niſi ſint legitimi & naturales, ſubſtitutuʒ nõ excludũt,ut in d.§.cũ aũt. Præcedẽtẽ autẽ reperio tutiorem, lʒ nõ reperiã hoc tactũ ꝑ Doc. Item loquitur hic qñ fideic.fuit relictũ à deſcendente, ſecus ſi ab alio poſt mortẽ deſcendentis,ut reſtituo Titio,& rogo ꝙ reſtituat deſcendenti, & ſi deſcendens prius moriat̃ ꝗ̃ ipſe,ꝙ reſtituat Seio, nã nõ ſubintelligit̃ ſi deſcendens moriat̃.ſ.ſine liberis, immo etiã ſi cum liberis,locũ habet fideicõ.in ꝑſonã Seij,qa non fuit relictum a deſcendente,ſed a Titio inſtituto poſt mortem deſcendentis,& hoc hr̃ in l.qui filium.§.Sabinus.ĩ.ad Treb.Cętera vide ꝑ Doct. hic,& in dictis legibus.¶In tex.ibi,[hæreditatem.] dic ideſt portionem hæreditatis,in qua erat inſtitutus,& ſic no. quòd totuʒ ponit̃ pro parte,ad quod facit ſ̃.de leg.j.l.Lucius.in prima car.
3 & quod dixi ſecundũ Bal.¶In tex.ibi,[liberis.relictis.] dic quòd appellatione liberorum contineatur etiam nepos ex filia ſeu neptis,ut C.de condi.inſer.l.j.¶In tex.ibi, [fideicõmiſſi conditionem.] dic.ſ.tacitã.quã lex præſumit ex coniecturata mente defuncti,licet non fuerit expreſſa,& p̃ſumit quòd fuerit dicta, ſed non ſcripta,ut ſequitur.Sed an illa conditio reddat fideicõmiſſum adeo cõditionale,quòd impediat diem eius cedere, & ipſum ad hr̃dem tranſmitti ſi decedat fideicommiſſarius antequam grauatus,videtur quòd nõ,cùm ſit legalis,vt ſ̃.eo.l. cõditio.

tiones extrinſecus, ꝯrium dic, ꝙ prouenit ex ꝯiecturata mente defuncti,& ſic non eſt neceſſaria,quia defunctus poſſet eam tollere ſi vellet:ſed contrarium loquitur in omnino neceſſaria vt. ſ.a deatur hæreditas,quam teſtator tollere non poteſt,ſicut in alia tacita quæ colligitur ex modo legandi,vt in l.quod purè.qñ di.leg.ce.& j.eo.l.aliquando.in fi.

1 *Conditio negatiua dependens ex facto legatarij impletur ipſo legatario moriente.*

LEX CII.

1 SI ita legatum. † Conditio negatiua dependens ex facto legatarij impletur ipſo legatario moriente,ideo impedit diem relicti cedere,& ad hr̄dem tranſmitti.h.d. ¶ In tex.ibi, [poſt decem annos,] dic.ſ.a morte teſtatoris,vt in l.q duos.de manu. teſtamen.& not.in l.ſi cui.§.j.de leg.j.¶ In tex.ibi, [ſi ſatis ab hr̄de non exegerit.] i. petierit cautionem legatorū. ſ. de ſoluendo adueniente die,& dic ſi nō exegerit pendente decennio,nā ipſo elapſo non eſt locus cautioni,cū legatū ſit oīno purum,iō ad illud tp̄s non cenſet̄ ſe retuliſſe,tp̄s ergo appoſitum in ſolōne legati,cenſet̄ repetitum in hac ꝯdōne.¶ In tex.ibi,[ad hr̄dem ſuū tranſmittit.]videbat̄ ꝯrium,ꝗ iſtud relictum fuit factum in diē, & ſub ꝯditione,& licèt pendentia diei non impediat trāſmiſſionem,qñ eſt dies certus,an & qñ, pedētia tn̄ ꝯdōnis impediat,& hic deceſſit ꝯditione pendēte,ſed certè licèt ipſo viuente,& anteq̄ inceperit mori,penderet ꝯdō, ꝗ poterat petere cautionē, cum tn̄ incipit mori,deſinit pendere ꝯdō, ꝗ ipſe certus eſſe incipit ipſum amodo petere non poſſe, licèt ipſe non ſit adhuc ꝑfectè mortuus,& ſic implet̄ ꝯdō,vt eſt arg.de leg.j. l.ab oībus. §.cum qdā.in fi.& j.qñ di.leg.ce.l.fin. ¶ Sed quęro quid ſi viuit, & decennium non eſt lapſum, ipſe aūt nō vult pręſtare cautionē Mutianā de nō petendo ſatiſdationē vt ꝯdō impleat? Rn̄deo in caſu huius l.non dēt audiri, ꝗ cū relictū ſit factū poſt decennium, nihil ꝓdeſt legatario implementū ꝯdōnis quātū ad hoc vt poſſit petere ſtatim,vt ſ.eo.l.auia. §.Mutiana.ſed ſi fuiſſet relictū ſimplr̄ factū ſub ꝯdōne ſi nō petierit ſatiſdationē intra decenniū, & ſic tp̄s nō eſſet appoſitū ad differendā ſolōnem legati,ſed ad limitādā ꝯditionē,tunc eſſet magis dubiū,tn̄ adhuc dicas idē ꝙ nō audit̄,caſus eſt ſ.eo.l.cū tale. §. Titius.& ibi reddit̄ ratio,ꝗ iſta ꝯdō negatiua pōt impleri viuēte legatario per mortē hr̄dis.Item probat̄ in l.auia.§.fi.vbi ēt reddit̄ alia ratio,in ver. itaq;, ꝗ ꝑ appoſitionē huius ꝯdōnis cenſet̄ inhibita petitio ſatiſdationis,& ēt remiſſa,& ſic de iure non pōt peti per l.ſcire.C. vt in poſ.leg.& ſi peteret̄ de facto,non deficeret ꝯdō,& ideo nec redditur legatum ꝯdōnale,vt ibi habetur.¶ In gl.ibi,[ſed certè.] not.iſtā gl.de qua Bar. facit magnum feſtum in l.in illa ſtipulatione ſi calēdis,& in l.hoc iure. de verb. obl.quæ vīr ſibi ꝯriari, ꝗ vna vult ꝙ licet condō ſit impleta, tn̄ dabeat expectari dies. l.lex in illa.& l.hoc iure, vult ꝯrium, ꝙ poſtq̄ extitit ꝯditio, fruſtra expectatur dies,& ibi ponuntur plures diſtinctio. Finaliter Doct.diſtinguunt inter caſum,& caſum, certè dicit Bar. ꝙ etiā iſta diſtinctio quam ſentit gl.ibidem ſolum ꝓcedit eo caſu quo dies eſt appoſitus ad limitandū ꝯditionem,vt lego ſi non petieris cautionē intra decēniū, & tu mortuus es ītra iſtud decēniū, tunc diſtingue,vt ibi no. ſed qñ tp̄s principaliter eſt appoſitum ad differendā ſolutionem,vt erat hic, quia mandauit ſolui poſt decennium,licèt cenſeatur tacitè repetitū ſub conditione,tunc exiſtente ꝯdōne per mortem indiſtinctè expectat̄ dies, vt in iſta glo.quam Bart.ibi alleg. & facit magnum feſtum de ipſa.

1 *Legato in conditionali non attenditur incapacitas legatarij contingens conditione pendente, ſi tempore quo extat, reperitur capax.*

LEX CIII.

1 EVm, qui poſt apertum. † In legato conditionali non attenditur incapacitas legatarij ꝯtingēs ꝯditione pendente, ſi tp̄e quo extat reperitur capax. h.d. Et ſic non inſpicit̄ tp̄s teſtī, nec mortis, nec aditæ hr̄ditatis, ſed duntaxat ꝯdōnis exiſtentis ꝗ regula Catoniana nō hēt locum in ꝯditionalibus,vt ī l.pe.de reg. Cato. Et idē vr̄ in inſtōne conditionali,qñ aūt eſt pura,inſpiciuntur tria tp̄a,vt in l.ſi alienum.§.in extraneis de hære.inſti. In legatis autem puris glo.vr̄ dicere ꝙ inſpiciatur tp̄s teſtī, ſed in illo §.in extraneis.dr̄ ꝙ inſpicitur tp̄s mortis,& illa vera ſm̄ Doct. qñ agitur duntaxat de capacitate legatarij & ſic defectus peruenit verè ex perſona ſua, ꝗ tunc nō habet locum reg. Cato.& probatur in l.ſi deportati ſeruo.in prin.in verſi.niſi eum. ſ.de leg.iij.& j. de iure fiſ.l.iij.§. autem. alle. in gl.ſed qñ defectus prouenit atteſtantis,vel mixta ꝯſideratione rei legatæ,vel legatarij,vt ſi lego tibi rem tuā; tunc inſpicitur tp̄s teſtī,& ſi tunc erat tua,non valet, & ſi poſtea me viuente deſinit eſſe tua,non reconualeſcit pp regulā cato. vt in l.ꝙ in rerum.§.j.de leg.j.& plenè not.in l.j.de reg. Cato. inſpicitur etiā tempus mortis, quia ſi tunc eſſet tua,licèt tp̄e teſtī non fuiſſet,& eſſet ex cauſa lucratiua, nō valeret legatum,& ſic duo tp̄a inſpiciuntur, ſed quantum ad capacitatem legatarij,vnum tantum ſcilicet mortis,vt etiam no. j.de do. cau. mor.l.in morte.& Inſti. de leg. §. ſi peculium. ſuper verbo,cedere. ¶ In glo. ibi, [niſi ab apertura tabularum.] dic, iſta glo. per omnes reprehenditur, quia legata quando erant pura, cedebant a tempore mortis,vt j.quando di.leg.ce.l.v.in prin. quod autem dicit glo. fuit de media iuris prudentia de iure Digeſtorum. ſ. per l. Papiam introductum, quia Iuſtinianus ſubſtulit, & rediuit ad iura Digeſtorum.vt C. de cad.toll.l.vnica.§.in nouiſſimo.

1 *Conditione legati exiſtente reuocatur quicquid per hæredem ſuper re legatarij diſpoſitum fuerat in legatarij præiudicium.*

LEX CIIII.

1 SI fundum. † Exiſtente conditione legati reuocatur quicquid per herēdē ſuper re legata diſpoſitū fuerat in legatarij præiudiciū.h.d.¶ In tex.ibi,[a priore legatario recedat] dic,impropriè loqui [quia ante exiſtētiā condōnis non fuit prioris legatarij, vnde impropriè dicit, [non recedat.] ſed a priore legatario bene recedit, & tranſit in primū pendente condōne primi hęredis.& tranſiuit in legatarium hr̄dis, & ſi hæres eidem legaſſet purè cui teſtator legauerat ſub condōne, pendente ꝯdōne legatarius habet dn̄ium hr̄dis,ſed ipſa exiſtente mutat cauſam dominij,& incipit habere ex teſtō primi teſtatoris,vt l.in fundo.cum ibi plenè not.j.ad l.Falc.¶ In glo.fi.ibi,] in Auth.de reſt.& ea quæ parit.]dic poſita C. cōmu.de leg.res. quæ.ſed iſta gl.reprehendit̄ per Doct.ꝗ per illam authi.nō immutatur ius antiquū quo ad hoc,ſed ſolum limitatur,ꝗ ponit̄ vna exceptio. Dic ergo ꝙ pendente ꝯditione valet alienatio, & impoſitio ſeruitutis, ſed ea exiſtente finitur, vt hic patet in fi.& patet in l.ſeruo legato.§.j.de leg.j.ſed ſi alienatio eſſet irretractabilis,vt datio libertatis, impediretur ipſo iure, vt ſ.dicit glo. & etiam inquantum iſte tex.dicit de loco religioſo, fatendum eſt quod hæres conditione pendente non poteſt locum facere religioſum, quia poſtea non poſſet redire ad humanum vſum.

1 *Conditio negatiua quæ poteſt impleri viuente legatario nō impletur per cautionem Mutianam.*

2 *Conditio ſi non nupſerit Titio,an intelligatur de prima vice tantum, & quid ſi eſt affirmatiua. & vide nu. 4.*

3 *Plus negat negatio,quàm affirmet affirmatio,*

LEX CV.

1 HOc genus. ¶ † Cōditio negatiua quę poteſt impleri viuente legatario nō impletur per cautionē Mutianā. h. d. ꝯcordat l.cū tale.
2 §.j.ſ.eo.¶ † In glo.fi.ibi,[ſed nonne.] dic gl.hic opponit ꝯ ſe ipſam,inquātū ſ.dixit, ꝙ ſi nubat alteri q̄ Titio,licèt legatum non perdat, vt in tex.& in prin. gl. non tn̄ ipſum conſequitur niſi mortuo Titio,etiā ſi velit præſtare cautionē Mutianā.ſed ꝯ, ꝗ immo vr̄ ꝙ ſtatim cum nupſit alteri, quia illa ꝯdō vr̄ debere intelligi ſi non nupſerit Titio prima vice.Sed hic verum eſt dicere ꝙ Titio non nupſit prima vice, nec amodo poterit nubere,ꝗ qđ fecit,pro infecto hr̄i non pōt,ergo illa ꝯditio vr̄ extitiſſe.gl.ſing. rn̄det,ꝙ aliud in ꝯditione affirmatiua, vt ſi Titio nupſerit,quia intelľr. ſ.ſi nupſerit prima vice, quia ſi nuberet prima vice alteri,diceret̄ condō defecta, & licèt illo mortuo poſtea nuberet Titiū, non reconualeſceret legatū. arg. eſt in l. boue.§.hoc ſermone.de ver.ſig.& ſ.de leg. ij.l.cū pr̄. §. pr̄ certā.
3 in fi. † Sed qñ ꝯdō eſt negatiua, non ſolū intelľr de prima vice, ſed de ſecunda,& tertia,& de quacunque alia, & ideo licèt nupſerit alteri, quia poſſet illo mortuo iterum nubere Titio non pōt conſequi legatum niſi Titio mortuo anteq̄ ſibi nubat,quia plus negat negatio,q̄ affirmet affirmatio,& ad hoc alle.iſtā glo, & ad hoc facit l.qcquid aſtringendæ.de ver. obl. & l.luminum. de ſer. vrb.præd. §.fin. & qđ hr̄ in l. ſi is qui ducenta. §.vtrum.de
4 reb.dub.& no.gl,in c.cum dilectus.de conſue. ¶ † Et per iſtā gl. conſuluit Old. in conſi. qđ inci. Thema tale eſt, ꝙ teſtator aliquid reliquit filiæ vltra legitimam,& mandauit ꝙ non nuberet niſi mercatori,vel filio mercatoris,aliàs ꝑdat legatū,& ipſa primò nupſit mercatori,illo mortuo nupſit non mercatori, quærebatur,an perderet legatum,& quidā dicebant ꝙ nō,quia ſufficit ꝙ prima vice nupſerit mercatori,ipſe determinauit ꝯrium per iſtam gl.quam no. Et ſemel fui recordatus de illo conſilio, & de iſta gl.& habui honorem,poſſumus tn̄ dare huic tex. in fi. ꝯrium intellectum,vt velit dicere,ꝙ ſi nubat alteri q̄ Titio,conſequatur legatum ſtatim,ꝗ verum eſt dicere, ꝙ non nupſit Titio prima vice,& iſtud vr̄ eſſe de mente literæ, & ſic ſit idem in negatiua, quod in affirmatiua, ſed quia Doct. ſequuntur gloſſam, ideo in conſulendo non eſſet ab ea recedendum.

1 *Expreſſio coditionis, quæ tacitè ineſt ex legis diſpoſitione, non redditur legatum conditionale quantum ad tranſmiſſionem, ſed conditionalis ademptio ſic.*

LEX CVI.

1 ALiquando. † Expreſſio ꝯditionis quę tacitè ineſt ex l.diſpoſitione, non reddit legatum conditionale quātum ad tranſmiſſionem,ſed conditionalis ademptio ſic. h. d.in effectu. Quantum verò ad obligationem & actionem etiam in primo ca-

mo caſu legatum eſt ꝯditionale,q̄a niſi adeat hr̄ditas,non inci-
pit dēri,& hoc voluit glo.& dixi ſ.e.l.ꝯdōnes extrinſecus. Item
ꝓcedit primū dictū qn̄ exponit̄ ꝑ eū modum ꝑ quē ineſt, aliàs
ēt quantum ad tranſmiſſionē reddit̄ ꝯditionale,vt ſ.eo.ſi ita ex-
preſſum,& l.ſi ita.§.illi ſi volet.de lega.j,& hoc voluit in effectu
gl.ij.¶In tex.ibi,[ſub qua ēt hr̄s alius īſtitutus eſt?] Dic ꝙ cum
in quolibet legato etiā purè facto inſit ꝯditio, ſi adeat̄ hr̄ditas,ꝑ
ꝯn̄s ēt condō,ſub qua hr̄es fuit inſtitutus, quæcunq; aūt iſtarū
ꝯdōnum exprimat̄,nihil operat̄ expreſſio.Sed ſi expreſſio facta
nō eſſet,illæ tacitę ꝯdōnes non impedirent diem legati cedere,
vt in l.ſi dies.§.fi.j.qn̄ di.leg.ced.¶In fi.text.ibi, [q̄a ſub ꝯ̄ria con
ditione datum intelligit̄] dic,ſed ꝯ̄,quia ademptio fit ad aufe-
rendum,ergo non debet inducere dationem, q̄ eſt illi ꝯ̄ria,vt l.
legata inutiliter.de leg. j.Solue, vt ibi dixi, quia iſta ꝯditionalis
datio non reſultat ex conditionali ademptione, ſed propter ip-
ſam prima datio,quæ erat pura, reddit̄ ꝯditionalis,& iſta condi
tio,q̄a non inerat ex l.diſpōne,ſed ꝓuenit ex verbis teſtōris non
dr̄ extrinſeca,ſed ex teſtō proueniens, ideo impedit diem legati
cedere,& ad hr̄dem trāſmitti. ¶In gl.ij.ibi, [imò acquirit̄ igno-
rāti] dic & ſic non ineſt iſta ꝯditio, ſi voluerit quantū ad prima-
riā acq̄ſitionem,imò illa fit, & ſi nō appareat de voluntate, qn̄
acquirit̄ ignoranti, niſi inſit quantū ad irreuocabilem acq̄ſitio-
nē,q̄a niſi acceptet,nō acquiritur irreuocabiliter, cū autem ex-
primitur a teſtatore,cenſetur expreſſā quo ad primariā acquiſi
tionē,& ſic non acquiritur ignoranti etiā irreuocabiliter, ſicut
nec relictum ſub alia conditione,& ſic per alium modū q̄ inſit.

1 *Dictio, hoc amplius, inducit repetitiones grauaminis appoſiti in præce-
denti legato, & in ſequenti.*
2 *Dictio, hoc amplius, cuius naturæ ſit.*

## L E X C V I I.

1 Libertis omnibus. †Dictio,hoc amplius, inducit repetitiones
grauaminis appoſiti in p̄cedenti legato,& in ſequē-
ti.h.d. & ſic triplicē inducit repetitionē. ſ. de primo
legato,vt in l.legata inutil̄r.de leg. j.& de qualitate primi legati
in ſequenti,puta de ꝯditione in illo appoſita, vt no.glo.j.in l.in
repetendis.de leg.iij.& ecōuerſo de ꝯdōne appoſita in ſequenti
legato primo purè facto,vt no.gl.eo.tit.in l.ſi tibi purè.Itē indu
cit repetitionem grauaminis appoſiti ia primo legato, & in ſe-
quēti, vt ī hac l.& idē vr̄ ꝯ̄ dicendū de appoſito ī ſequenti,vt il-
lud repetat in p̄cedenti ꝑ gl.q̄ eſt in d.l.ſi tibi purè.& ſiue ſint fa
cta ambo eidem pſonę, vt hic,ſiue diuerſis,vt in l.ſi ſic.de le.iij,
2 in 3.car.†Cętera dic per Bar.in l.ſi tibi purè. de nā huius dictio-
nis,hoc amplius.¶ In tex.ibi,[an ꝯdō.]dic,impropriè loquit̄,q̄a
nō fuit ꝯdō,ſed grauamen dum dixit [ne de noīe exeat,& vt ad
vnum qui nouiſſimus extitit perueniat.]vr̄ enim quālibet eorū
grauare de reſtituendo partem ſuā,cum morietur cum libertis ſu
perſtitibus. Eſt ergo potius q̄dā modificatio,nā & alibi modus
appellatur conditio,vt in l. Mæuia.de manumiſſis teſtamento.

1 *Legatum conditionale non tranſmittitur ad hæredem ante conditionem
impletam,ſed legatum modale ſic,etiam ante modum impletum, & a-
blatiui abſoluti conditionem inducunt, non modum.*
2 *Caſus in quo verba cōditionalia diſpoſitionem inducunt, & obligationē.*
3 *In vltimis voluntatibus ius implendi cōditionem poteſtatiuam,ſeu quæ
ex facto legatarij dependet non tranſmittitur ad hæredem.*
*In contractibus, an ius implendi cōditionem tranſmittitur ad hæredem.*
4 *Dictio,vt,denotat modum.*

## L E X C V I I I.

1 A Teſtatore. † Legatū ꝯditionale non trāſmit
tit̄ ad hr̄dem ante ꝯditionem im
pletā,ſed legatū modale ſic, ēt an̄ modum impletū,
& ablatiui abſoluti ꝯdōnē inducūt, non modū.h.d.
& ſemper alleg.¶In tex.ibi[rogatus.]dic puta Titius inſtitutus
in dimidia cum Titia inſtituta in altera dimidia.¶In tex.ibi,[vt
acceptis centum nummis reſtitueret hr̄ditatem &c.]dic iſta ver
ba importāt duplex grauamen,vnū in perſona Titij,vt reſtituat
partem ſuæ hr̄ditatis Titiæ cohr̄di,& iſtud eſt ꝯditionale.ſ.ſi Ti
tia dabit ſibi centū,& de iſto vertit̄ ſequens. q. vtrū Titia dece-
dens anteq̄ ſoluat centū trāſmittat ad ſuū hr̄dem ius implendi
iſtā ꝯditionē,& ꝑ ꝯn̄s cōſequendi fideicommiſſum, & dr̄ ꝙ nō.
Aliud grauamen inducit in perſonā Titiæ, vt det Titio centū.
2 †Nā cū Titia eſſet hr̄s inſtituta, & ſic poterat grauari,cenſet̄ ꝑ il
la verba, licèt ꝯdōnalia, grauata de dando centum hr̄di volenti
ſibi hr̄ditatem reſtituere, & ſic eſt caſus,in quo verba ꝯditiona-
lia diſpōnem inducunt & oblōnem,qn̄ referunt̄ ad pſonā, quę
poterat ꝯtrariari,& hic eſt caſus in l.fideicōmiſſa. §. cum autē.
in fi.ſ.de leg.iij.licèt rīr ſit ſecus,quia conditio diſpoſitionem &
obligationem non inducit,vt in l.ſi quis ſub conditione.ſ.ſi qs
omiſ.cau.teſt.poteſt ergo Titius viuens ſi offerat ſe paratum ad
reſtituendum hr̄ditatem, compellere Titiā ad ſoluendum cen
tum,ſed ſecus eſſet ſi Titia non eſſet inſtituta,& ſic non potuiſ-
ſet grauari,ſed an iſtud grauamē de centum ſit purum,ſeu mo-
dale,vt ſic Titius decedens tranſmittat ad ſuū hr̄dem ius peten
di,& offerendi reſtitu.hæreditatis,an autem conditionale,& ſic
nō trāſmittat,ſicut ecōuerſo,tex.hic nō aperit,nec gl.nec Doct.
putarē tn̄ primā partē veriorē,quantū ad iſtud grauamen non
fuit appoſita ꝯditio ꝑ teſtatorem, vt quia non dixit vt reſtituta
hæreditate ꝑcipiat centum,licèt videatur velle ꝙ habeat centū,
& reſtituat hr̄ditatem,& ſic potius īterpretabor purū cum one
re reſtituendi,q̄ conditionale.Tene menti, quia ſubtile eſt.¶In
tex.ibi,[deceſſit.] dic de morte iſtius Titij rogati nulla eſt diſpu
tatio,ꝙ ille non fecit fideicō.extingui,ut ſ.eo.l.Publius.§. Titia.
& legato relicto.ſed de morte Titiæ de qua ſubijcitur,erat dubi
tatio,quia incertum uidebatur an illa verba,[acceptis centū.]in
ducerent conditionem,vel modum,vel grauamen,& Iuriſcon-
3 ſultus determinat pro prima parte. ¶† In tex.ibi, [parere non
poſſe.] dic iſte tex.alleg.ꝙ in vltimis voluntatibus ius implendi
ꝯditionē poteſtatiuam,ſeu quę ex facto legatarii dependet non
tranſmittitur ad hæredem,nimirum ſi ipſum legatū, quod eſt
principale,non tranſmittitur conditione pendente, vt C.de ca
du.tol.l.j.§.ſin autem.fruſtra ergo eſſet implere conditionem ſi
non poſſet legatum conſequi,quid autem in contractibus, an
ius implendi conditionem ad hæredem tranſmittitur? vide ple
nè per Bar.in l.ſi x.cum petiero.de verb.ob.& per Cy. poſt Pet.
in l.fi.C.de ꝯdi.inſer.in 4.q. vn̄ Bart.extraxit quaſi q̄cquid dixit.
¶Sed op.ꝙ in caſu huius l.ius implendi conditionē hanc,& cō
ſequendi per ꝯn̄s,hoc fideicommiſſum trāſmiſerit Titia ad hæ
redem ſuū.Nam ex iſtis uerbis reſultat tacita diſpoſitio obliga
toria,vt ſ.dixi,quæ per mortem Titiæ non extinguitur,vn̄ Ti-
tius ſi vincat,poteſt ꝯpellere hæredem Titię ad ſoluendum cē-
tum offerendo reſtitutionem hęreditatis,per iura ſ.alleg. ergo
& in ꝯn̄am deberet tranſire facultas ſoluendi per modum con
ditionis,ar.in l.Stichus ſi hr̄di.de ſtatuli.& l. diem proferre. §. j.
& quod ibi no.ſ.de arb.& quod no. Cy. poſt Pet.in d.l.fin. ubi
dicit ius implendi conditionem ēt in vltimis voluntatibus ad
hæredem trāſmitti,qn̄ p̄ceſſit diſpoſitio ſuper eo, de quo appo
ſita eſt ꝯdō ꝑ illā l.diē proferre.ſ.alleg.Sol.ſm̄ Bar.hic illud pro
cedit qn̄ tractatur de damno euitando, ut poſſet quis offerēdo
pœnā euitare,ita loquitur ꝯ̄rium,ſecus qn̄ de lucro captando,
ut hic,& ſic Pet.nimis generaliter fuit locutus, & ut ēt in alio
uidetur repræhendendus,nam dicit ꝙ non præcedebat diſpoſi
4 tio,& non dicit ꝙ tacita pręcedebat,ut ſ.dixi.¶†In gl. mag. ibi,
[licèt ſolemus dicere,ꝙ vt denotet modū.]dic,& eſt verū ut no.
in l.j.C.de his quæ ſub modo,nec obſt.iſte tex.quia hic condi-
tio nō reſultat ex illa dictione, ut,licèt reſultat ex illis ablatiuis
abſolutis q̄ ſubijciuntur, [exceptis centum nūmis &c.] vt ſ. de
vſu.l.euictis.de ſtatulibe.l.ſtatulibe.§.fi.& l. cū hæres. §. ſi duob.
& de fideic.liber.l.Thais.§.fi.¶In glo.ibi,[Item videtur contra.]
ſub.& quod hic colligitur a contrario ſenſu, ꝙ ſi illi ablatiui fa
cerent modum,& non cōditionem,poteſtas implendi modū,
& per ꝯn̄s conſequendi fideicōmiſſum,tranſmitteretur ad hæ-
redem fideicōmiſſarij.¶Sed ꝯ̄ hoc gl.opponit duobus modis,
quia fideicōmiſſum vl̄e non pōt reſtitui alteri q̄ cui teſtator iuſ
ſerit,ut l.ſi mulier.la 2.§.ex aſſe.de iure do.ſed hic reſtituit Titię
& fieret reſtō hr̄di eius,de quo teſtator non ſenſerit.¶Secundo
gl.opponit,ꝙ fideicommiſſum vniuerſale æquiparatur hr̄dita-
ti directæ,cū fideicōmiſſarius dicatur hr̄s,ut l.ſi filius.ſ.qd̄ cum
eo.ſed hr̄ditas non adita non tranſmittitur, ergo nec fideicom-
miſſum nō reſtitutū.gl.rn̄det ad ambas oppoſitiones, hoc mo-
do ꝙ poſito ꝙ non expedit,ſequit̄ ꝙ non oportet, hoc eſt dice-
re poſito vno incōuenienti,ſeu falſo,ſequit̄ aliud, ſʒ tu ponis u-
num incōueniens,ſeu falſum.ſ.ꝙ ſi illa verba importarent mo
dum,tranſmitteret ad hr̄dem.ſ.ius implendi modū, vel implen
di fideicōmiſſum, vt hic colligit̄ a ꝯ̄rio ſenſu ſm̄ Pet.ſed ego di-
co,ꝙ iſte ꝯ̄rius ſenſus non dēt colligi,quia eſſet falſus ꝑꝑ dictas
oppoſitiones,& qn̄ ꝯ̄rius ſenſus eſt reprobatus, tunc nō debet
ſumi,& iō vult gl.in effectu,ꝙ ēt ſi importarent modū,eſſet idē
qd̄ hic,ut non tranſmittatur,tūc gl.peſſimè loquitur,quia fru-
ſtra diceret Iuriſconſultus eſſe dubiū an importet modū, uel ꝯ
ditionē,ex quo vtrobiq; eſſet idē.Præterea veriſſimū eſt ꝙ lega-
tū modale tanq̄ purū tranſmittit̄ ad hr̄dem, ēt ante modū im-
pletum,& ſic poteſtas implendi modū.vt j.qn̄ di.leg.ce.l. ſi poſt
diem.ver.ijſdem aūt diebus,& ibi no.gl.nec obſtāt ꝯ̄ria. Nā ꝓ-
curatori in rē ſuam.ſ.fideicōmiſſarii non poteſt fieri reſtitutio,
vt in præal.§.ex aſſe.ſed hr̄di fideicōmiſſarii ſtat, quia reputatur
eadem perſona, ſicut & procuratori ſimplici eiuſdē,vt hic col-
ligitur a ꝯ̄rio ſenſu,& ſic no.ꝙ licèt ceſſionarius dicat̄ ſuccedere
in locū cedentis,ut l.qui quadringenta, ad Treb. non tn̄ ita re-
putatur vna perſona cuʒ eo,ſicut reputatur hęres vl̄is.Ad ſecū-
dam obiectionē rn̄det̄,ꝙ licèt hr̄ditas non ſit adita,ſed tranſmit
tatur,bn̄ tn̄ reſtituitur fideic.reſtitutū,ut in l. reſtituta. ad Treb.
Rō diuerſitatis,q̄a hæres anteq̄ adeat, nullū ius hēt in bonis l.p̄
tia rerū,ad l.Fal. ſʒ fideicōmiſſarius habet actionē perſonalem
ſibi acquiſitā,q̄ eſt in bonis eius,ut ſibi fiat reſtō,ut no. in l.hęc
ſcriptura.C.ad Treb.& plenè no.de his in l.cū filio. de leg.1.

## L E X C I X.

1 Si inuitus. †Statuliber poteſt implere cōditio
nē dandi, etiam de pecunia pecu-
liari, licèt ad eum non pertineret, ſed ad hæredem, &
etiam inuito hærede, quantum ad hoc vt conſequa
tur libertatem.h.d.Dic ut ſupra eodem.l.quæſitum.

pertineret

pertineret, ſed ad hrēdem & ēt inuito hærede, quantum ad hoc vt conſequatur libertatem h.d. Dic vt s̃.eodem. l. quæſitum.

1 *Conditio reddendarum actionum quomodo & de quibus impleatur.*
2 *Tutores & alij adminiſtratores, qui tenentur rationes reddere, ſi depoſuerunt pecunias domini penes mercatorem qui communiter reputatur idoneus, eis non imputatur, ſi poſtea fefellit, & pecunia perdatur.*
3 *Pro quibus expenſis ſtetur iuramento teſtatoris.*

LEX CX.

1 **QVi ſub conditione.** † Cōditio reddēdarū rōnum nō impletur, niſi de his, quæ ſcripta ſunt in codice rōnū fiat fides, ſi verò negent, & niſi reſtituant reliqua ſi qua ſunt: nec imputat̄ geſtori paupertas debitorū ſuperueniēs,
2 ſi tpe quo ɔ̃xit, fecit vt diligens paterfa. h.d. † No. bonā l. pro tutoribus, & alijs adminiſtratorib. qui tenentur rōnes reddere, & ꝙ ſi poſuerunt pecunias dn̄i penes mercatorem, q̄ cōiter reputabat̄ idoneus, nō imputet̄ eis ſi fefellit, & poſtea ꝑdat̄ pecunia.
3 ¶ † In tex. ibi, [vt neq;] ad iſtū ſi. tenetur docere, ꝙ ea quę ſcripſit ſint vera vt appareat ꝙ nihil ſubtraxit de bonis dn̄i. ſed bona fide feciſſe, & non ſcripſiſſe mendacia, & ſic tollit̄ obiectio quæ poſſet fieri, q̄a hic innuit ꝙ habeat probare negatiuam, ſed non vult hoc dicere, ſed debet probare affirmatiuam. de qua s̃. ſed qualiter probat̄ illa affirmatiua? Rn̄deo quędā ſunt, de quibus ſtatur eius iuramento, vt ſunt expenſę minutæ, de quib. non ſolent præſtari probationes, vt no. in l. id quod pauperibus. de epi. & cle. & l. ſancimus. C. de iud. Item quædam ex ɔiecturis, quæ colliguntur ex l. fi. de exerci. & C. de ali. pupil. pręſt. l. fin.

1 *Conditio conſiſtens in facto pluribus appoſita, non ſufficit ꝙ impleatur per vnum, ſed debet per omnes impleri.*

LEX CXI.

1 **TAles conditiones.** † Conditio ɔſiſtēs in facto pluribus poſita, nō ſufficit ꝙ impleatur ꝑ vnum, ſed debet per oēs impleri. h.d. principiū, & pōt ītelligi duob. mod. primo ꝙ non ſufficit impleri ꝑ vnū, ſcilicet pro parte, ēt quantū ad hoc vt ɔſequatur partem legati: & eſt verum in facto indiuiduo, qđ ɔſtat ex mã & forma, & oīs forma dr̄ indiuidua: vn̄ non dr̄ aliud actū donec formā ſuā adipiſcat̄. l. ſi is qui. cccc. §. quędā. j̃. tit. j. Si aūt eſt factū diuiduum qđ non conſtat ex mã, & forma, vt ſi ratū habuerit talem ɔ̃ctum. l. eadē. §. Cato. de ver. ob. tunc idē vr̄ ꝙ in ɔdōne dādi, de quo. j̃. ꝑxi. §. ij. intelligitur ꝙ non ſufficit ēt impleri per vnum ēt inſolidum, vt conſequatur partem legati ſed debet per omnes impleri, & tunc intellige hoc verum qn̄ conſtat de mente teſtatoris, ꝙ ita voluit, ita intelligit Cyn. C. de cond. inſer. l. fi. in j. opp. Recollige ergo tres caſus: interdum ſi onus tantum facit, nec ſibi nec alteri prodeſt dictis duobus caſibus. Interdum prodeſt ſibi, & alteri collegatario, vt ſi facit totum, & apparet de mente defuncti, ꝙ ſatis habuit fieri per vnum. l. ſi ita. de manu. teſta. Interdum ſibi ſoli, & non alteri: vt ſi aliter non apparet de voluntate teſtatoris pro, vel contra, & conſequitur legatum totum partim iure ſuo, partim iure accreſcendi, quia pars collegatarij deficit, vt no. Cy. in d. l. fi. in j. q. & patet in ſimili s̃. eo. l. ſi quis legata. §. fi.

1 *Conditio dandi pluribus debet impleri in perſonam omnium & ſi alter mortuus eſt antequam in perſonam eius impleatur, deficit totum legatum de rigore, ſed de æquitate debetur pro parte, dummodo in perſona ſub peruenientis impleatur, ſaltem pro parte.*

1 **§. Item ſi ſymphoro.** † Conditio dandi pluribus dēt impleri in perſonam oīum, & ſi alter mortuus eſt anteq̄ in ꝑſonā eius impleat̄, deficit totū legatū de rigore, ſed de æq̄tate debet̄ pro parte, dū modo in ꝑſona ſuperueniētis impleat̄, ſaltē ꝓ parte. h.d. vſq; ad §. de illo. ¶ In tex. ibi. [vt ſi dū quiſq; eorum viueret pręſtitiſſet,] ſed hoc non fuit factum, nec amodo fieri pōt, qm̄ in perſonam hrēdis illius mortui non pōt impleri. s̃. eo. l. cum ita. & ſic ɔdō dr̄ defecta cum formaliter impleri non poſſit. ſ. ꝙ det̄ vtriſq;, ſicut teſtator voluit, & ſic legatum perit, ɔ̃rium determinatur, vt ſequitur. ¶ In tex. ibi, [ſi non poſt moram Titij,] ſed qūo pōt eſſe in mora, cū vbi nulla petitio &c. l. ſi pupillus. de verb. obli. & ea quæ ſunt in ɔdōne non ſunt in petitione. l. ſi qs ſub ɔdōne. Sol. fateor ꝙ loquit̄ impropriè, & expone, [moram] .i. negligentiā, q̄a nō impleuit q̄̃ primū potuit, & ſic ɔdō hr̄ pro defecta, ēt antequam ille moreret̄. l. hęc ɔdō. la ij. s̃. eo. ergo & legatum. vnde non ſufficeret implere in totum, poſito ꝙ non deceſſiſſet: multò minus ergo poſt eius mortem ſufficit implere pro parte, ſed opp. ɔ̃ id quod ſequitur de l. qui duobus. s̃. eo. quę obſtat in duabus, primo, quia vr̄ per illam l. ꝙ nec de rigore, nec de ęquitate ſufficiat dare vni niſi detur alteri. Sol. ibi ambo viuebāt, & ambobus poterat dare, hic alter erat mortuus: nec ei poterat dari, nec hæredi eius, quia conceſſa in perſona eorum proprijs nominibus expreſſis, ſi autem appellatiuis, puta tanq̄ heredi, quia tunc poſſet impleri in perſonam hæredis decedentis. l. cum ita. s̃. eo. & ſic perinde eſſet acſi ambo viuerent, q̄a non poſſet impleri in perſonam vnius ēt vt partē legati ɔſequat̄, niſi impleatur in ꝑſonā hrēdis, & hanc oppo. gl. non ſenſit. ¶ Sed ſecundo opponitur de ea. l. qui duobus. in fi. per quā vr̄. ꝙ in perſona ſuperſtitis debeat in totū impleri, & alias non ɔſequat̄ partē legati, tex. vult ɔ̃riū, cū dicit, [partē dimidiā,] gl. ſenſit iſtam opp. & ſoluit ꝙ illi, quibus erat dandū erant cohęredes, & tanq̄ hrēdib. erat dandū, hic nō, ſed quid ad propoſitū? Rn̄deo ſupple ad gl. ꝙ ibi alter eorū repudiauit hrēditatem, vel mortuus eſt ante ipſam aditam, & portio deuenit per ius accreſcendi ad cohæredē cū onere, & cōmodo cōditionis, ut tota impleatur in eius ꝑſonā, & ſoluat totū, q̄a ſicut cenſent̄ grauati tanq̄ hæredes, ita conditio dandi cenſet̄ appoſita in perſona eorum tanq̄ hæredum. Sicut ergo ſi alter decederet poſt aditam hæreditatē eā trāſmitteret, ita tranſmitteret ius implendi cōditionē. l. cū ita. §. fi. s̃. eo. Ita ſi decedit vel eam repudiat, & ſic peruenit ad cohæredē, cū eodem onere peruenit & commodo. l. Thais. §. Stichus. de fidei com. lib. qn̄ aūt non ſunt cohæredes, non hēt locū ius accreſcēdi in hac mortis cā capione ut eſt caſus hic, quia non debet cōditio impleri inſolidū in perſona ſuperſtitis. Quid ſi vellet dare totā quantitatē huic ſuperſtiti? Rn̄deo, non tenetur hrs propterea dare plus quàm dimidiam, quia illa datio non prodeſt heredi, quia ille erat extraneus, ſed ſi erat cohęres, dic vt ſupra.

1 *Conditio dandi pluribus appoſita, non poteſt per vnum impleri, etiā pro parte de rigore, ſed de æquitate ſic.*

1 **§. De illo quoque quæritur.** † Cōditio dādi plurib. appoſita, nō pōt ꝑ vnū impleri, etiā ꝓ parte de rigore, ſed de ęquitate ſic. h.d. Et eſt caſus econuerſo ad p̄cedentē, quia ibi erat dādū ab uno pluribus, hic econuerſo a pluribus vni, & declarat l. cui fundus. s̃. eo. ut quod ibi dr̄ ſingulas poſſe pro ſua parte implere, intelligatur de æquitate, nō de rigore, ut hic. ¶ In tex. ibi, [expleri non pōt.] de rigore, ſecus de ęquitate, ut ſequitur. ¶ In tex. ibi, [dando partē,] ſcilicet ſi non vult niſi partē legati, & ſic ꝙ ſequitur [legatū &c.] expone .i. partē legati, ſm gl. fi. ſed ſi vult hr̄e partē collegatarii, q̄ deficit, quia nō vult cōditionē implere dēt ſoluere ēt partē illius. s̃. eo. l. ſi qs legata. §. fi. & l. fi. ibi cū ſua ɔditione &c. & hoc in cōditione dādi, quæ pōt impleri ꝑ alterū quid in ɔditione facti diuidui, ut ſi ratū habuerit? Rn̄deo, ſufficit quod ratum habeat pro parte ſua, ut legatum conſequatur, quia pro parte collegatarii ratum habere non poteſt, in ſimili probatur in §. Cato, iuncta l. 5. §. ſi ſortem. de verbo. obl.

2 *Licèt debitor qui nō tenetur ad certum tēpus, nō habeat accedere ad creditorem, tamen ille qui ſemel fuit in mora, ſi vult purgare eam, debet ad creditorem accedere, & etiam ille qui vult actionem conſequi.*

1 **§. Priſcus reſpondit.** † Qui hēt implere conditionem in perſonam alterius, ut actionem conſequatur, debet ad illum accedere, & ſe offerre, non autem expectare ut interpelletur: hoc autem totū
2 relinquitur iudicis arbitrio ex qualitate loci, & perſonę. † licèt ergo debitor, qui non tenetur ad certum tempus, non habeat accedere ad creditorem, iuxta no. in l. itē illa. de conſti. pec. ille tn̄ qui ſemel fuit in mora ſi vult purgare eam, debet ad creditorem accedere, arg. hic, & etiam ille, qui vult actionem cōſequi.

1 *Quis non dicitur poſſe adminiſtrare negotia ſua niſi ꝑuenerit ad 25. ann.*

LEX CXII.

1 **CVm filius.** † Non dr̄ quis poſſe adminiſtrare negotia ſua niſi peruenerit ad 25. annū. ¶ Sed op. ꝙ ſufficit veniſſe ad adultam ętatem. l. cum filio. de leg. 3. Sol. interdum alicui relinquitur in tp̄s, quo negotia ſua poterit adminiſtrare, & tunc ſiue ſit pupillus, ſiue adultus, cenſetur relictum in tp̄s quo compleuerit 25. annum, ut hic, licèt poſt pupillarem ętatem poſſit gerere, & ɔ̃here ſi non habet curatorem, & ciuiliter, & naturaliter obligatur. Sed quia poteſt reſtitui, non dr̄ cum effectu poſſe gerere. Si aūt relinquatur cum erit ętatis ſuę, vel cū in ſuam tutelam peruenerit, diſtinguitur, an tunc erat pupillus, & cenſetur relictū cū erit adultus, ideſt compleuerit 14. ann. aut erat maior pupillo & tunc cū erit 25. ann. ut ibi. ¶ In tex. ibi, [egreſ-
1 EXplicito. ¶ † Vſq; ad §. hoc autem ſenatuſcōſultū Iuriſconſultus quatuor facit. Quia primo ſe ꝯtinuat ad præcedentia,vſq; ibi.[factum eſt enim.]Secundo ponit quo tpe factū fuit hoc ſenatuſconſultum, vſq; ibi, [ cum eſſet. ] Tertio ponit formaliter verbum ſenatuſcōſulti,vſq; ibi. [ſublata.] Quarto ponit effectū & vtilitatem q̄ ſequitur ex eo. Et eſt ſciendū, ꝙ quinq; ſunt remedia ſenatuſconſulti,q̄ ponit gl.in l.in teſtō. C.ad l.Falci.nos poſſumus reducere ad tria. Primū eſt de transferendis iuribus vtilibus poſt reſtitutionem verbalem factā, poſt quam trāſlationē remanent penes hrēdē directa oīno inutilia, & de iſto tractaī hic vſq; ad §.ſi hrs.& gl.in d.l.in teſtō.de iſto facit tria q̄ colliguntē ex his q̄ dixi. Scđm eſt de detractione quartæ q̄ debet remanere penes hrēdē grauatū, vt aliqđ commodū habeat, & inducat ad adeundū,alias recuſaret adire, & fideicommiſſum fieret inutile.l.ille a quo.§.j.ſ.eo.ad ſimilitudinē Fal.& de iſto tractatur in illo §.ſi hrs vſq; ad l.qa poterat. Tertiū remediū eſt, vt hrs recuſans adire nō obſtāte dicto cōmodo,qa dubitet de maiori dāno, qđ poſſet cōſeq ſi maneret implicitus oneribus, cogi poſſit adire iudicis officio,& reſtituere acti.ex teſtamento iuxta no.ſ. eo. l.ſi legatis, in princ.& C. eo.l.& ſine ſcriptura. De iſto tractatur ab illa l.qa poterat.vſque ad l.ex facto. Poſtea mixtim tractat de oībus,& h. d.vſq; ad §.hoc autem. ꝙ facta reſtitutione hæreditatis in fideicommiſſarium vniuerſalem per hæredem grauatum trāſeunt in illum oīa iura hæreditaria,tā acti-

tia q̃ paſſiua, vtilia tñ directa remanent penes hrdẽ totaliter inutilia, vt non poſſit ɔueniri debitores hrditarios, ſed eis obſtat exceptio, ne poſſit ɔueniri a creditoribus vel legatarijs, imò ɔ̃ eos det exceptio, per quã tã hrdi ſubuenit pp hoc ſm, q̃ ẽt fideicommiſſario pp primũ, & ẽt non habet hrs dubitare hrditatẽ adire, q̃a dãnũ nõ pt recipere. h. d. Et ſi non emanaſſet ſenatuſconſultum, reſtitutio, quã faceret hrs, eſſet potius facti q̃ iuris. reſtitue ret. n. res corpales, ſed iura remanerent tanq̃ directa, q̃ non poſſunt ab oſſibus ſeparari, vt l. iij. ff pro ſocio. & l. qs ergo caſus. de pecu. & ſic hrs poſſet ɔuenire debitores hrditatis, & preiudicare fideicõmiſſario, niſi in tribus caſibus poſitis in l. iij. de noua. eõ poſſet ipſe indiſtinctè ɔueniri, q̃a licet iura actiua p ceſſionem qs poſſit a ſe excutere, iura tñ paſſiua q̃bus alteri eſt obligatus, nullo mõ pt a ſe excutere in piudiciũ creditorum, put videmus in hrde, q̃ vendidit hrditatẽ. l. ij. de hrdi. ven. cui p oĩa ɔparet hrs reſtituens ſi nõ eſſet ſenatuſconſultũ, cuius authoritate excutit paſſiua & actiua remanent inutilia, ẽt vltra illos caſus, de q̃bus in d. l. iij. & trãſfert dñium rerum hrditariarũ vtile ſine reali tradõne ſola reſti. verbali ɔ̃ regulã l. traditionibus. C. de pac. q̃a illud operat̃ talis reſtitutio quo ad fideicõmiſſariũ, qd̃ operat̃ aditio quãtitatis quo ad hrdẽ, p quã acq̃rit̃ dñiũ, non poſſeſſio niſi apprehendat̃. l. cũ hrdes. de acqr. poſſ. in prin. in tex. ibi. [iudicia penderent.] expone. i. actiones ɔpeterent actiuè & paſſiuè, vt ĵ.
2 patet, cũ dicit. [vt actiones &c.] Alij † exponũt iudicia. i. inſtãtia
a litis, & tũc no. ꝙ inſtãtia defuncti ſicut trãſit in hrdem. [a] l. ſi eum hoĩem. ff. de fideiuſ. & l. ſi ſeruus. de inſami. ita de hrde trãſit in fideicõmiſ. vr̃m ſicut alia iura hrditaria ſine alia ceſſione ipſo iure, ſed ſi non eſſet cępta cũ defuncto, ſed cũ hrde, non eſſet hrditaria, & non trãſiret ſine ceſſione. l. ſi hrditas. & l. ſi hrs pecuniã. ĵ. eo. Facto aũt hoĩs ſine miniſterio iuris ſiſr põt in aliũ transferri, facta tñ ceſſione, iuxta not. in l. mutari. & l. in cauſæ. §. ſi.
3 de ꝓcura. In tex. ibi. [fructuſq;.] id eſt vtilitas, nã † fideicommiſſarius non eſt vſufruc. ſed ꝓprietarius, & ſic ponitur impropriè hoc verbũ, ſed q̃a non habet niſi iura vtilia, magis ſibi ɔuenit q̃ habenti directa, patet in l. j. §. qd̃ aũt. de ſuperfi. vbi appellat vſufructuariũ ſuperficiariũ habentem vtile dñium. Et hoc no. quia nõ eſſet impertinens expoſitio ſi ſtatutum loquens de vſufruc.
b extenderet̃ ad habentem, ſed vtile ſi mã pateret, [b] & ſic ɔprehẽderet emphyteutas. ¶ In tex. ibi. [reſtituiſſent.] iunge hic ver. [ſed his & in eos qui] ĵ. ſubijciat̃, nam ſeq. ver. [ſed idem eſt.] interpretatio eſt, & dic reſtituiſſet eſſe verbaliter tm̃. l. facta. ĵ. eo. in
4 prin. † ante verò reſtitutionem pt hrs ɔueniri a creditoribus, & legatarijs. l. ita tñ. §. q ex Treb. & etiã ipſe pt debitores ɔuenire. ĵ. eo. l. ſi hrs inſtitutus. in fi. qd ſi fideicommiſſarius añ reſtit. factã deceſſit ſine hrde, & ſic reſtitutio non pt fieri, vel viuit, & recuſat ſibi fieri, nonne remanebit hrs implicitus, & ſic ſibi nocebit fides quam teſtõri voluit ſeruare adeundo, vt reſtitueret, & ſic non vr̃ ſufficienter ꝓuiſum, ex quo non remanet explicitus niſi facta reſtitutione? R̃ndeo. fateor ſi ſponte adiuit, ſed cautela eſt, ꝙ ſinat ſe ɔpelli, & tunc fideicommiſſarius, ſi viuit, teneretur recipere, ſed ſi eſt mortuus ſine hęrede, vendentur bona per creditores, & non moleſtabunt hrdem ſicut ſi reſtituiſſet, ĵ. eo. l.
5 poſtulante. in prin. vbi terminat̃ hęc dubitatio. Item ſcias † ꝙ ſi poſt tempus hęreditas rediret ad heredem, quia fideicommiſſarius grauatus eſſet poſt tempus reddere, iura directa reuiuiſcerent, & inciperent eſſe vtilia, nec alia vtilia de nouo crearentur per hanc ſecundam reſtitutionem, licèt per primam fuerint creata, ſed prima vtilia extinguerentur, & eorum virtus ɔſolida
6 retur cum directis. ĵ. eo. l. ſi hrs. in prin. ¶ † In tex. ibi. [exceptioptione vti poſſunt.] No. iuncto tex. qui ponitur ſ. [ſed his & in eos &c.] ꝙ ſi lex vel ſtatutum dicit ex aliquo contractu cum alio celebrato act. non dari, hoc intelligitur, cum effectu non ip-
c ſo iure, ſed ope excep. [c] ad hoc allegatur, facit l. ait pretor. §. fi. de iureiuran. & l. ille. ad Treb. & ad Mace. l. quia naturalis. vbi ex illis ſenatuſcon. dicentibus in mulierem intercedentem actio. non dari vel in filium mutuum recipientem, intelliguntur, ſcilicet mediante exceptione: non ergo impeditur natiuitas actio, & oblig. ſed tollitur effectus, ſi opponatur exceptio, & hoc eſt vtile, quia quando non competit actio ipſo iure, poteſt iudex ſuo officio (etiam ſi non petatur per partem) actorem repellere, vt no. glo. in l. vbi pactum. C. de tranſac. per l. ſi pupilli. §. fi. de neg. geſt. ſed quia actio mero iure competit, & ſic agit de iure, non de facto hoc inſpecto, niſi opponatur exceptio, Iudex non poteſt actorem repellere, vt no. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. de pac. Hæc vera in ciuilibus ſm Doc. ſed in criminalibus ſi lex vel ſtatutum dicit ſuper tali crimine accuſationem non deberet recipi, tolleretur accuſatio ipſo iure, tanquam magis odioſa per l. j. de alea. ſm Iac. de Arena, cuius verba hic not. refert Bar.
7 ¶ † In tex. ibi [per exceptionem.] No. ſm Barto. ſi ſtatutum diceret actionem alicui competentem alteri dari, per hoc non transfert ipſo iure in illum, ſed facit vt competat vtilis, & contra illum primum detur exceptio, vt ſi diceret ꝙ ex contractu celebrato per aliquem ſuo nomine poſſet alius agere, ſed ſi diceret quòd aliquis poſſit nomine alterius ſtipulari, & ſibi actionem acquirere, vt dicitur in hac ciuitate quòd ex contractu cuiuſcunque nomine alterius celebrato per priuatum non ſolum per notariũ detur illi actio, quod regulariter non eſt l. poſſeſſio. §. & ſi poſſeſſio. de acq. poſſ. acquireretur illi directa ſecũdũ eũ, mihi plus placet quid vtilis, quia ſtatutũ ſolum potuit amouere neceſſitatẽ ceſſionis, & facere ꝙ ſine ea transferantur iura quę per ceſſionẽ de iure cõmuni transferuntur, ſed per illã nõ trãsferentur niſi vtilia. ſolũ ergo ratione patriæ vel domi-
d nicæ poteſtatis põt quis alteri acquirere directas [d] actiones.

ADDITIONES.

a ¶In hæredem. Adde canon. maximè Anto. de Butr. in c. quia ſ. de. iud. In no. in c. in noſtra. de proc. vide Bal. in l. 2. §. fi. de præto. ſtip. Dy. Bart. in l. poſt finitam ſupra de ſuſpe. tut. Bal poſt Cy. in l. j. C. ſi pen. app. mors. inter. Signo. de Med. conſi. 170 Soci. conſi. 31.
b ¶Pateretur. Facit quod voluit Alex. conſi. 128. lib. 2.
c ¶Excep. Adde quæ poſui poſt Alex. in d. l. ait prætor.
d ¶Directas. Vide Ang. & Imo. hic Ang. conſi. 82.

1 *Senatuſconſultum Trebellianum in quo hærede locum habeat.*
2 *An pater poſſit emancipare filium ad vnum actum tantum.*
3 *Filius an poſſit teſtari de aduẽtitijs, in quibus pater habet vſumfructũ. Cum apud bonorum poſſeſſorem ſint iura vtilia tantũ, an ſi reſtituat remaneant ſibi aliqua iura.*

1 **§. Hoc autem.** ¶ † Senatuſconſultũ locũ hẽt in oĩ hrde vel ſucceſſore vñ tã ex teſtõ q̃ ab inteſtato, & tã de iure cõi, q̃ ex priuilegio, & tã de iure ciuili quàm ꝓtorio, & tam in habente iura directa quàm vtilia, ut eſt fideic. vñs primus, ſi rogatus eſt reſtituere ſcdõ. h. d. vſq; ad §. ſed
2 & quoties. ¶ † In ver. [in filii.] q̃rit Bar. vtrũ pr̃ poſſit emancipare filiũ ad vnũ actũ, puta vt faciat teſtm̃: inducit iſtã l. ꝙ ſic, quia lex facit filiumfa hñi ꝓ patrefa. ad vnũ actũ, ſ. ad diſponendũ de caſtrenſi peculio, prout vult ẽt teſtãdo, ut hic, & l. 2. ad Maced.
a & tñ in alijs remanet filiusfam. Bal. ɔ̃[a] in l. ſeniũ. C. qui teſtã. fac. poſ. dicẽs ꝙ non pt q̃s eſſe in duplici ſtatu. ſ. vt ſui iuris & in poteſtate, ſicut nec quo ad liber. l. parier. de liberali cã, nec quo ad qd legitimus, & quo ad quid nõ, vt no. in c. cũ ĩhibitio. de clãd. deſpõ. Nec ob. hic, q̃a filius nõ efficit̃ p l. paterfam. de caſtrenſi pec. ſed facit, ut habeat̃ ꝓ pr̃efa. & iſta ſunt diuerſa, ut patet in l. 2. de iu. anu. aur. Hoc aũt lex poteſt facere, ſed priuatus nõ põt inducere hãc fictionẽ ɔ̃ ius cõe. Pręterea emancipatio non tendit ad inducendã fictionẽ ut habeatur ꝓ pr̃efam. ſed ad inducendã veritatẽ, ſ. ut fiat pr̃fa. & hoc fieri nõ põt ꝓ parte, vñ ſi nõ valet, ut agit, nõ valet vt valere poſſet, ſi lex diſponeret, & hęc eſt
3 veritas. † De q̃õne aũt gl. an filius poſſit teſtari de aduentitiis, in
b q̃b. pr̃ nõ hẽt vſumfr. eſt caſus ꝙ non [b] in l. pen. C. qui teſta. fac. poſſ. & no. in Auth. vt liceat mr̃i & auiæ, circa prin. Circa §. (bonorũ,) q̃rit cũ apud bon. poſ. ſint iura vtilia tm̃, ſi reſtituat, an aliqua iura remaneant ſibi, vr̃ ꝙ non, ſicut nec fideicõmiſſario primo reſtituenti ſcdõ, ut no. ĵ. eo. l. ex aſſe. ɔ̃riũ dic, q̃a iura vtilia q̃ ſunt apud bono. poſſ. nõ ſunt vtilia rõne directorũ exiſtentiũ penes aliũ, q̃a apud nullũ reperiunt̃, iõ habẽt vim directorũ in hoc, vt poſt reſtõnẽ remaneant vtilia ad ſimilitudinẽ directorũ, ſi transferunt̃ alia vtilia inferiore ab illis, ſed ea q̃ ſunt apud fideicõ. ſunt & dñr vtilia reſpectu directorũ q̃ ſunt penes hrdẽ, vnde ſunt debiliora, ut non poſſit ꝓducere vtilia inferiora ab eis, qm̃ hñt radicẽ in pſonã hrdis, ſed in caſu pcedẽti habẽt radicem in pſonã ſui bonorũ poſſeſſoris, & ita voluit Bar. in l. cura
3 toris. de neg. geſt, vbi oĩno vide. ¶ † Vltimò opponitur ɔ̃ §. de illo. inquantũ dicit [ipſe quoque reſtituẽdo &c.] & ſic innuit ꝙ ſi primus fideicõmiſſarius rogat̃ reſtituere ſcdõ, nõ transẽũt in ſm ſine reſtitutione: ɔ̃, quia iſte eſt caſus in quo reſtõ nõ eſt neceſſaria. l. pe. C. eo. ¶ Glo. quæ incipit non tm̃, format hoc ɔ-
c trariũ & ſoluit duob. modis, tene ſcdam ſolu. Ang. dicit [c] ꝙ etiã prima põt ſuſtineri hoc mõ, ꝙ ſit neceſſaria mora habentis reſtituere tã in hrde, quàm in fideicõmiſſario ad hoc ut tranſeant iura ſine reſtõne, & ſine mora non tranſeunt ẽt de vno fideicõmiſſario, in aliũ, ſed in hoc eſt dña inter hrdem & fideicõmiſſarium, quia in hrdem requiritur mora per interpellationez iudicialem, ſed in fideicommiſſario ſufficit mora per interpellationem etiã extraiudicialem. & ita intelligit ipſe l. penult.

ADDITIONES.

a ¶Bal. contra. Adde Imo. in l. tam is. de do. cauſa mor. & in l. ſi is qui ꝓ emptio. infra de vſuca. & idem Pau. de Caſt. in l. qui in poteſtate. ſupra de teſta. & in l. ſenium. C. qui teſtam. fac. poſ. & facit ad q. de qua per Roſe. in trac. legitima. an filius poſsit legitimari, ut tantum ſuccedat in una re.
b ¶Quòd non. Vide per Alex. in l. ſennium. & quæ ibi poſui in apoſt. & illis adde Soc. conſi. incip. dominus labia mea aperiat, pręſens conſultatio.
c ¶Ang. dicit in lect. Bono. aliter tamen vt refert Alex. hic.

1 **§. Sed quoties.** ¶ † Rogatus reſtituere duobus, põt ab altero ipſorũ ɔpelli adire, & tunc poterit hrditatem illi reſtituere, & ſi alter poſtea cũ poterit, vel-
a let hr̃e partem ſuã ſine alia reſtõne tranſibũt [a] in ipſum iura ꝓ parte ad illum ptinente. h. d. Et licèt hic loquat̃ qñ fuit rogatus vni pure, alteri ſub ɔdõne, idez eſt qñ utriq; pure, & alter ipſorũ altero abſente petit ɔpelli hrdem ad adeũdũ, ut ɔpellat̃ adire, &

ADDITIO.

a ¶Tranſibunt. Adde quòd in pſam cauſam tranſit fideicommiſſum ipſo iure, vt voluit Bar. in conſi. 314. lib. 4. Anch. conſi. 8.

re,& poſſit (ſi velit)ſe exhonerare reſtituẽdo illi totã hr̃ditatẽ & trãſeũt inſolidũ iura in illum,qđ eſt mirabile cũ ſibi nõ ſit relicta niſi pars l.cogi.§.Metianus.ĵ.c.ſed hoc ſit l.authoritate. & ille vr̃ recipere nomine ſuo,ſi contingat aliũ non ratificare, nec velle partẽ ſuã,quia remanebit penes illum cogentẽ per ius accreſ.ẽt ſi fuerint diſiuncti ſi hæres voluerit habere illam parteꝫ ne remaneat in damno ipſe hæres; ſed ſi aliter velit partẽ ſuã , ille primus cenſebitur recepiſſe eius nomine,iõ tranſeunt iura ipſo iure ſine alia reſtitutione verbali acſi eſſent facta procuratori ſuo. ita intelligo iſtum tex.reſtitutio autẽ realis de corporibus bene fiet,cũ illa non poſſit ipſo iure fieri,quia eſt facti.¶In tex.ibi,[ſuſpectã.] dicit recuſando adire, quia non poſſet adire pro parte, ſed inſolidum.l.j.de acquiren.hæred. Et poſſet cõtingere ꝙ ꝯditio alterius non exiſteret, & ſic apud illum remaneret portio illius cũ oneribus, vnde recuſat adire ad inſtantiam vnius cũ illi dũtaxat ſuam partẽ ſit reſtituturus, ſed certè ſi ille vult ꝙ adeat,debet petere ꝙ adeat ſuo periculo & offerre ſe paratum totam hæreditatem recipere,alias non cõpelleretur adire ſi nollet,niſi partem ſuam, propter id quod dixi,ꝙ non cogitur adire niſi conſeruetur indemnis ab omni periculo.ĵ. eod.l. quia poterat. ſed quare ponitur hic iſte §.cum ad hoc loquitur de primo remedio ſenatuſconſulti, ſcilicet de transferendis actionibus,non de tertio,ſcilicet coactionis? Reſpondeo etiam hic tractatur de illo,quia per hanc coactionem tranſeunt omnia iura,& tota hęreditas in fideicõmiſſarium partis authoritate ſenatus,qui iſta ſtatuit,vt hic habetur in textu,

## §. Si filio vel ſeruo.

† Si alienus filius vel ſeruus inſtituatur, & de reſtituẽdo grauatur, poteſt fieri reſtitutio, vt trãſeãt iura ex Trebellia. per patrẽ,vel dñm,ſiue ſit rogatus filius vel ſeruus tm̃ , ſiue pr̃, uel dñs.Sed ſi eſt ĩſtitutus filius,vel adultus,ſiue furioſus, ita demũ poteſt fieri reſtitutio per tutorem vel curatorẽ,ſi ipſe tutor vel curator ſit grauatus,hoc dicit. Si autẽ ſit grauatus pupillus,uel adultus,deberet fieri per ipſum cũ authoritate tutoris, vel curatoris,ſi ipſum hẽt.ĵ.proximo §.& tutor ipſe hoc caſu non poſſet ſe facere niſi eſſet infans.l.reſtituta.§.fi.ĵ.eod. per quem iſte §.declaratur.¶In tex.ibi,[filio vel ſeruo.] non intelligas teſtatoris,ſed alieno.¶In tex.ibi,[idem eſt.]& ſi ipſi filio.ſub.cum erit ſui iuris:aliàs fruſtratoria eſſet reſtitutio , quia re acquirerẽ patri incontinenti.Quid in dubio,an tale fideicõmiſſum intelligatur relictũ in tempus quo erit ſui iuris?dic vt ĵ.eod.l. vbi pure.& l.cogi.§. ſi pater. ¶ In tex.ibi, [rogatus ſit.] quaſi dicat, ſecus ſi non ipſe,ſed pupillus vel adultus.Sed quæ eſt ratio inter iſtum & pręcedentẽ? Reſpondeo in præcedenti iura hęreditaria ſunt apud patrem vel dominũ quæſita ꝑ filium vel ſeruum adeuntem illius nomine,ſed hic non ſunt penes tutorẽ vel curatorẽ.

---

2 *Adultus rogatus hæreditatem reſtituere extraneo,ſi non habet curatorem,poteſt ſine ipſo reſtitutionem facere,& poteſt etiam ipſi curatori reſtituere,ſi eum habet,& nu.1.& 3.*

3 *Caſus in quibus curator etiam quo ad extraneum nõ poteſt authorari.*
*Paria ſunt non habere mandatum,vel habere,ſed tale quod ſe non extẽdit ad cauſam de qua agitur.*

4 *Quando vniuerſitas per ſe vult aliquem actum facere , poteſt per ſuum decretum,nec eſt neceſſe quòd conſtituat ſyndicum ad hoc.*
*Caſus in quibus adultus habens curatorem non æquiparatur pupillo habenti tutorem,& nu.5.*

5 *Pecunia quando dicatur de rebus quæ ſeruando ſeruari poſſunt.*

1 

## §. Fuit quæſitum.

†Pupillus inſtitutus,& de reſtituendo grauatus non põt reſtitutionẽ facere ſine tutoris authoritate,ideo ſi reſtitutio eſt fienda ipſi tutori,non dẽt eam illi facere eo authorante, cũ nõ poſſit authorari in facto proprio.hoc primo,ſed adultus grauatus ſi non hẽt curatorẽ põt reſtitutionẽ facere ſine illo. Sed ſi habet,& fienda eſt ei reſtitutio acſi non haberet,poteſt eam facere,quia non authoratur in cã propria, cuꝫ ſua authoritas nõ ſit neceſſaria acſi curatorẽ nõ haberet,& hic vr̃ non habere, ex quo pro ſe non põt interponere. Collegiuꝫ aũt vel vniuerſitas grauata de reſtituendo vni ex eis põt ſuo decreto ſine alia authoritate eam facere vni ex eis,nec ille dr̃ facere ſibijpſi,ipſe nõ eſt vniuerſitas,ſed membrum eius,& reſtitutio fit ad vniuerſitatem,hoc tertio & vltimo dicit tex.cũ gl.difficilis vſq; ad §.ſi hæres.ſed per prædictũ ſummarium remanet tex.& gl.clara. ¶ In tex.ibi,[qm̃ neceſſaria non eſt curatoris authoritas &c.]intellige,vt ſ.dixi,qñ adultus eſſet rogatus reſtituere extraneo, nam ſi nõ habet curatorem,poteſt ſine ipſo reſtitutionem facere, nõ ſic pupillus,etiam ſi non habeat tutorem,quia ſibi eſt dandus, quia cũ adultus poſſit alteri reſtituere ſine curatore,ſi.n. nõ habeat,põt ẽt ipſi curatori(ſi eum habet) reſtituere, quia non cẽſetur habere in hoc actu in quo curator non põt authoritatẽ interponere, hoc voluit gl.ibi,[& eſt in caſu huius l. ratio &c.] & ibi,[ſed adultus quantum ad hanc rẽ &c.] quam rationẽ no.
3 †Nã ſunt quidam caſus,in quibus curator ẽt quo ad extraneũ non poteſt authorari,ut in donatione l.ſi.C.ſi aduer.do.& l.fin. C.ſi ma.factus.Certè ad illum actũ cenſetur nõ habere curato
4 torẽ,argumẽ.huius gl.per † quod apparet quòd paria ſunt nõ habere mandatum , vel habere, ſed tale qđ ſe non extendit ad cãm de qua agit̃, vt ẽt ꝓbatur in l.iuriſiurandum qđ ex ꝯuentione.§.fi.ſ.de iureiu.¶In tex.ibi, [ decreto eorum.] Iſtud decretũ eſt qñ obtinetur in vniuerſitate more ꝯſueto, & no.q̱a tex.non requirit niſi decretũ.i.deliberationem,& ſic non videtur neceſſaria authoritas ſuperioris, hoc tenet Bar.hic, & no. in l. planè. qđ cuiuſq; vniuer. iſtud videtur verũ de ſuperiore, q̱ non ſit de corpore vniuerſitatis,vt epõ, vel poteſtate, ſecus videtur de illo qui de vniuerſitate,& eſt ſicut caput,vt de rectore, nam dicunt̃ iſti magiſtri vniuerſitatũ.l.item magiſtri.ff.de pac.& debet eſſe caput vnitum cũ membris in c.cum nõ liceat.de pręſc.nec dicitur vniuerſitas congregata niſi authoritate capitis ꝯgregata ſit. ¶No.ẽt ſ̃m Bar.qñ vniuerſitas per ſe vult aliquem actum facere,poteſt per ſuum decretum , nec eſt neceſſe ꝙ ꝯſtituat ſyndicum ad hoc,ideo ſi vult emere,vel vendere, ſufficit ꝙ obtineatur ad partem,non autem eſt neceſſe ꝙ ꝯſtituat ſyndicum. Te-
5 ne menti.¶†In gl.ibi,[ſed nonne,] gloſ.contra tex.voluit opponere de l.ſi curatorem habens.C.de in integ.reſt. minorum.vbi
a adultus habens curatorem ęquiparatur pupillo.a hic probatur ꝯ̃rium,vbi habet curatorem, & non ęquiparatur pupillo, quia pupillus ſuo tutori non põt reſtõnem facere,& tñ adultus põt facere ſuo curatori. gl. ſoluit tribus mod. Primo illa ꝯparatio ꝓcedit qñ agitur de eis obligandis.Nam ſicut pupillus ſaltem ciuiliter non obligatur.l.obligari.de auth.pręſtan. ita adultus curatorem habens:non aũt procedit qñ agit̃ de eis liberandis, nã pupillus ſoluendo ſuo creditori ſine tutore non liberatur niſi pecunia ꝯſumpta q̱a nõ potuit transferre dñium,cum nõ poſſit alienare aliqua bona ſua.l non oĩs. §. pupillus.ſi cer. pet. ſed adultus habens curatorem põt ſe liberare,& dñium transferre, q̱a non reperitur l.cautũ ꝯ̃rium. Sed hæc reſtitutio eſt quædam liberatio,nimirum ſi iſta ꝯparatio non procedit hic.¶Not.iſtã ſolu.ad limitationem illius l.vt nõ habeat locum fauore liberationis,q̃ permittitur adulto curatorem habenti. Sed ꝯ̃,ꝙ adultus ſine decreto non poſſit pecuniam alienare,cum ſit de rebus quæ ſeruando ſeruari poſſunt. l.lex quæ tutores.C.de admi.tut. Sol.habendo reſpectum ad illud,ad quod eſt deſtinata. ſ.ad ex-
b pendendum,non dr̃ de rebus q̃ ſeruando ſeruari b pñt, ad hoc ſp allegat̃ iſta gl.adducit gl.alios caſus,in quib. non ꝯparantur, qui non faciunt ad propoſitum , quia loquuntur de habente vel nõ habente cura.nos loquimur de habente. Item loquunt̃ de his quæ lex diſponit circa ipſos vel eorum bona ſine eorum facto.nos loquimur de his quæ gerunt̃ per eos, an ſint rata.circa quæ multæ aliæ ſunt diſſimilitudines,quæ nõ ponunt̃ in gl. vt patet in l.certum.§.fin.de confeſ.de re iudicata.l.ꝯ̃ pupillum. de iureiuran.l.iuſiurandum quod ex ꝯuentione. §.j.cum gl.j.ĵ. quarum rerum act.nõ dat̃.l.j.§.j.de in lit.iur.l.videamus. in prin. & §.adoleſcens.C.ſi aduer.ven.auth.ſacra.Inſti.de nup.§.j.de teſti.l.iij.§.lege Iulia.de dec.l.ſpurij.§.minores.de iudi.l.cum prætor.in princ.l.iuncta l.cum l.de arbi.& de accu. l. qui accuſare. cum multis alijs,quę reperire magis eſt laborioſum quàm ſubtile.Deinde glo.dat aliam ſolutionem,quam ſ̃.declaraui.ex his collige hanc regulam , quòd in his quæ adultus ex neceſſitate habet gerere cum curatore , non æquiparatur pupillo, ſed poteſt perinde agere cum eo acſi curatorem non haberet, ſecus ſi ex voluntate,& hæc eſt vltima intentio gloſſ.in tex.

ADDITIONES.

a ¶ Quib.autem caſib.adultus pupillo æquiparetur,notatur in d. l. ſi curatorem.Et adde Ludo.Ponta.poſt Bar.in hunc locum.Et per eundem Bar. in l.j.ĵ.de noua.Alex.in l. videamus. ad princ. de in litem iu.hic alle. ait eos æquiparari quo ad præiudicium ipſius adulti,alias non.

b ¶ Et tunc mobilis res dicitur.vt l.Iul.ff.de pet.hęr. & in Auth.de nup. §. & quia parũ.& ibi idẽ Ang.Bar.in l.ſi quis pro eo.§.j ff.de fideiuſ. & vide quod not.Bal,in l.iij.ff ad Macedo.& l.nõ omnis.§.j.ſi cer.peta. Alex.in l. ſingularia.ix.col.eo.tit.ſi cer.peta.& in l.interdum. poſt glo. & Bart. in l. interdum.ff.de condi.indeb. & hoc limita,niſi ſit deſtinata ad emptionẽ prædiorum.ſ̃m Ray.Bald.Ang.& Doc.in l.cætera. §.ſed parauerit.de lega.j.& in hoc habes text.& ibi Lud.Ponta.in l. quod ergo. §. quid ergo. de contra.& vti.act.tut.Adde tamen quod Bal.& Ang in d. §.ſed ſi parauerit.dicunt ſtatutum de mobilibus bonis habere locũ in huiuſmudi pecunia ad prædiorũ emptionẽ paratã,& ſi talis pec.ſine iudicis decreto alienari nequeat.vide Ludo.Pon.in ſing.in verbo,pecunia. verſ.pecunia eſt.

---

1 *Hæres reſtituẽs hæreditatem retenta certa re , omnes actiones tranſeũt, etiam illa pro qua res illa erat obligata,nec remanet penes hæredem,licèt remaneat ipſa res , quæ non computatur in quartam Treb.ſed computatur æſtimatio quantum poſſet vendi,attento onere obligationis:& ſi non ſufficit ad quartam , debet ſibi compleri.*

2 *Bona debitoris licèt aliènentur,perſonalis actio competẽs contra eum nõ tranſit contra illos in quos tranſeunt bona titulo ſingulari .*

3 *Si bona fideicommiſſarij non ſufficiant , an & quando poſſit hæres conueniri à creditoribus hæreditarijs pro re quæ remanſit apud hæredem,vel pro quarta Trebellianica .*

1 

## §. Si hæres percepto.

† Hic ĩcipit tractare de ſecũdo remedio ſenatuſc. ſ.de detractione quartæ q̃ introduxit Pegaſianus, ſed attributũ fuit Treb.vſque ad l.ſi is q̱ quadringenta. ponit quinque caſus principales. Primus quãdo hæres fuit iuſſus hæreditatem reſtituere retẽto certo fundo,vſq; ad §.ſi is.Secundo quãdo retenta

certa

certa quãtitate quæ excedebat quartã vſq; ad §.inde Neratius.
Tertio qñ nihilo retento. vſq; ad §.ſed ſi quadraginta. Quarto
qñ fuit iuſſus partẽ reſtituere: puta dimidiã, aliaȝ retinere, vſq;
ad §.idẽ Iul. Quĩto qñ retẽta certa q̃titate q̃ nõ excedebat quar
tã,& in hoc differt à §.ſi is qui. Et hæc prima pars.h.d. Si hr̃s re-
ſtituit hr̃ditatem retenta certa re, oẽs actiones tranſeunt, ẽt illa
ꝓ qua res illa erat obligata, nec remanet penes hr̃dem, licèt re-
manet ipſa res,& in quartã Treb.non ɔputat̃ ipſa res, ex quo eſt
hypothecata, licèt qdã ɔ̃riũ dixerint, ſed ɔputat̃ æſtimatio quan
tũ poſſet vendi, attento onere oblĩonis;& ſi non ſufficit ad quar
tã, dẽt ſibi ɔpleri.h.d.¶In tex.ibi, [hr̃editatẽ reſtituere ex Tre.]
hoc eſt dicere, ꝙ facta reſtitutione tranſeunt oẽs actiones ɔ̃ fi-
deicõmiſſariũ, nec remanet ɔ̃ hr̃dem in effectu.ſ.in prin.l.ẽt il-
la ꝓ qua fundus erat hypothecatus qa licèt remaneat penes hr̃-
dem, non tñ actio pro qua obligatus eſt, qa non ſequit̃ fundũ,
ſed trãſit ad ꝑſonã quæ repreſentat defunctũ debitorem, & iſte
eſt fideicõmiſſarius, non tñ negat̃ qn hypothecaria, quæ eſt rea
2 lis, dẽt ɔ̃ hr̃dem apud quem eſt fundus.† Et no. iſtam regulã, ꝑꝑ
quaȝ ſemper allegat̃ iſte §. ex qua ſequit̃, ꝙ licèt bona debitoris
alienentur, ꝑſonalis actio ɔpetens ɔ̃ eum non tranſit ɔ̃ illos in
a quos tranſeunt bona titulo ſingulari.[a] ɔcordat l. fideicommiſ-
ſum.§.tractatũ.de iudi.¶In tex.ibi, [ſed cauendũ.] hic deciditur
alia dubitatio circa caſum ꝓpoſitũ, an talis fundus ɔpeteret in
quartã,& qdam ꝙ ſic, ſed qa fundus poterat euinci, & hr̃s non
debet ſine quarta remanere, dicebant fideicõmiſſariuȝ debere
cauere ſi euincat̃, ſed Iuriſconſultus reprehendit hanc practi-
cam,& dat aliã, vt nõ ɔputet̃ fundus, ſed æſtimatio, quæ reperiet̃
attento onere cautionis, & illa ɔputabit̃ nulla cautione p̃ſtita,
& ſi illa ſufficit, qcquid de fundo ſequat̃ ẽt ſi euincat̃, non p̃t hę
res aliqd petere; ſed non ſufficit, ſuppletur. Sed quare hæc iniu-
ria fit hr̃di: vt ſi uincat̃, nihil petat? Rñdeo, qa eſt ſibi imputan-
dum quare fundũ non vendidit, poſtquã reperiebat quantita-
tem ſufficientem,& licèt emptori fuiſſet euictus, non teneret̃ re
ſtituere p̃tiũ, qa ꝑꝑ illud onus vr̃ minus vendidiſſe, & ſic ille vr̃
emiſſe iactũ.l.ſi iactũ.de actio.emp. & iſta faciunt te intelligere
tex. ſine quibus eſſet obſcurus.¶In gl.quæ incipit, [ab hærede.]
ibi, ſed an hoc caſu teneat̃ hr̃s creditoribus. Iſta qõ vr̃ fatua, naȝ
in tex. deciditur ꝙ hr̃s ꝑꝑ hanc rem, quam retinet, non tenetur
creditori ẽt ꝓ re ꝓ qua iſta erat res obligata, multo minus alij,
ſed iſta gl.loquitur qñ ſibi ſupplet̃, qa æſtimatio non ſufficit ad
quartã, q̃ritur an ꝓ illo teneatur: certè ſupplementum nõ fit de
quota, ſed de certa quantitate, vel re,& iõ eſt eadẽ rõ, qa ꝑſona-
les actiones nõ ſequuntur illud ſupplementũ: q̃dam ẽt ſubdit
gl.quæ de legatarijs ɔſtat, ꝙ eis nõ tenetur, vt ĩ.ꝓxi.§.intellige vt
ibi dr̃, niſi duobus ɔcurrentibus, ꝙ illa quæ ꝑuenerunt ad fidei-
cõmiſ. nõ ſufficiant ad legata,& ꝙ hæres hẽat vltra quartam,&
tunc tenet̃ legatarijs quatenus habet vltra quartam: de credito-
ribus dic quicqd dicat gl. ꝙ ſi illa quæ ꝑuenerunt ad fideicom.
ſufficiant ad ſoluendũ eis, non agunt ɔ̃ hr̃des, etiã ſi habeat vl-
tra quartam, ſi non ꝑ modũ quotæ, ſed certæ rei, ꝑ iſtum tex.&
3 eius rõnem, qa perſonalis actio &c. † Sed ſi non ſufficerent, in
ſubſidiũ hẽret actionẽ ꝓ re quæ remanſit apud eũ, licèt nõ per
modũ quotę,& licèt non valeret vltra quartam, qa ęs alienum
p̃fert̃ illi quartæ, cũ nõ ſit detrahẽda niſi eo deducto. l.in impo-
nenda.& l.irritũ.C.eo.& qa ipſi prætendunt cãm oneroſam,&
hr̃s quartam lucratiuã ergo p̃ferendi ſunt. l.fin.§.licentia. C. de
iure delib. ſed quæ actio dabitur ɔ̃ eum? vr̃ actio in factum, vt
ibi hr̃, non aũt actio ꝑſonalis ordinaria, quia illa tranſiuit in fi-
deicõmiſſariũ, vt hic, põt dici ꝙ ẽt actio ordinaria competat, cũ
remanſerit apud hr̃dem inutilis, & tunc in ſubſidiũ efficiat̃ vti-
lis,& non ſit opus recurrere ad extraordinariã, arg. ĩ.eo.l, ſi hæ-
res inſtitutus: & ſi dicatur, licèt bona quæ ꝑuenerũt ad fideicõ.
non ſufficiant. ſi tñ nõ ɔfecit inuentarium, tenetur de ſuo. Re-
ſpondeo fateor, ſed pone ꝙ nec de ſuo reperitur, vel ꝙ fecit in-
uentarium, aliàs hæres poſſet defendi ſi non habet vltra quar-
tam, ſed ſi habet tenetur legatarijs, multò magis creditoribus,
niſi dicas ꝙ nec legatarijs tenetur ſi poſſunt conſequi à fidei-
commiſſario, ergo nec creditoribus,& hoc puto verum.

ADDITIO.

a ¶ Singulari. Adde quod voluit Ang. in l. ſi debitori. per illum tex. C. ſi ad-
ue. credi.& quod voluit Bar. in l. j. C. com. de leg. quem ſequitur Anch.
repet. c. canonum ſtatuta. de conſti.

---

1 *Sicut hæres qui non reſtituiſſet, non tenetur iſto iure legatarijs vltra vi-
res, licèt creditoribus inſolidum teneretur, ita fideicommiſſarius qui lo
co hæredis ſuccedit, & quod hodie non confecto inuentario.*

2 *Hæres poteſt detrahere Falcidiam & Trebellianicam de relictis a ſe, &
quòd ſecus ſit in fideicommiſſario.*

1 **§.Si is qui quadringenta.** † Si hr̃s reſtituat
retẽta certa re. nõ
ꝑ modũ quotæ, actiones cõpetunt ɔ̃ fideicommiſſarium tm̃. Et
ſi bona quæ ad eũ ꝑuenerunt non ſufficiant ad legata, non te-
netur vltra q̃ habeat, ſed in ſubſidium datur actio ɔ̃ heredem
quatenus habet vltra quartã, hoc dicit. ¶In tex. ibi, [reſtituere
hæreditatem.] ſub. totã, non. n. ꝑ hoc ꝙ iuſſit retinere cc.& hæ-
reditas valebat cccc. vr̃ iuſſus retinere dimidiã, quia illa ducen-
ta non retineat tanq̃ dimidiã hęreditatis, ſed tanq̃ certã ſummã
h.d.Gl.fi.ibi [nã ibi cc. vt ſumma, nõ vt quota ſunt retenta.] Si
enim mandaſſet reſtitui dimidiã hr̃ditatẽ, & alterã retinere, le-
gatarij ẽt de rigore iuris,& ẽt ĩ ſubſidiũ agere poſſent ɔ̃ eũ qua-
tenus hr̃et vltra quartã, ẽt ſi portio fideicõmiſſarij eẽt ſufficiẽs,
vt in §.fi. huius l. qui incipit, ſed ſi quadringenta.& in hoc ille §.
differt ab iſto, ſed in alio concor. quia ſicut hic non agunt niſi
ꝓ eo qđ hæres habet vltra quartã, ita nec ibi, quia in quarta hæ-
res eis præfertur, ſed in eo qđ eſt vltra ipſi p̃feruntur. creditori-
bus aũt non p̃fert̃ hr̃s ẽt in quarta, ut dixi in p̃cedẽti §.¶In tex.
ibi, [cõpetere quidẽ aduerſus euȝ ccc. petitionẽ.] ſ. de rigore &
mero iure, de æquitate, non ultra q̃ habeat, vt ſequit̃, & ſic tex.
ſibi nõ ɔtrariatur.¶In tex.ibi, [ne dãnũ fideicõmiſ. ſentiãt &c.]
2 Not. ꝙ † ſicut hæres qui non reſtituiſſet non teneretur iſto iu-
re legatariis vltra vires, vt eſt tex. qui ſemper allegatur, licèt cre-
ditoribus inſolidum teneret̃ l. quæ dotis. ſol. mat. ita fideicom-
miſſarius qui loco hr̃dis ſuccedit, hodie non confecto inuenta
rio, ſicut hęres tenetur inſolidum. in Auth. de hęredi.& Fal. §. ſi
verò non fecerit. ita fideicõmiſſario ſi non fecit, quia facere te-
netur ſicut hæres.¶In tex.ibi, [quãuis Falc. ceſſet.] declara. naȝ
poſſet dici ſi nõ ſit bona ɔparatio quã fecit de herede, qui non
tenetur vltra vires ad fideicõmiſſarium, quia videmus ꝙ hr̃s in
alio eſt melioris ɔdõnis, q̃ fideicõmiſſarius, nam hæres p̃t detra
here Fal.& Treb. de relictis a ſe,& tamen ſecus eſt in fideicom
miſſario, quia nec de relictis a ſe, nec de fideicõ. a ſe relicto põt
detrahere.ĩ.ꝓxi.ver. Ergo non eſt incõueniens ꝙ fideicõmiſſa-
rius teneret̃ vltra vires, licèt hæres non teneret̃, ſed reſpondet,
ſed non ſequitur ꝙ in Falcidia,& Trebel. ſit deterioris cõditio
nis: ergo in hoc vt teneatur vltra vires, quia in primo agit de lu
cro. hic de damno uitando, ut in ſimili videmus, quia ex teſtõ
militis non detrahitur Falc. vel Treb.& tñ hæres non tenetur
vltra vires, vt in ſequitur, (denique &c.) & iſta declarant tex.

---

1 *Licèt non detraxerit fideicommiſſario quartam, tamen fideicõmiſſarius
primus aduerſus ſecundum non detrahit, niſi hæres voluerit aduer-
ſus ipſum tantum liberalitate vti.*

2 *Si ſoror cum habeat fratres & poſſet cum eis ſuccedere de iure commu-
ni, renunciauit hæreditati paternæ uni ex fratibus, an hæc renuncia-
tio proſit omnibus pro rata, an illi tantum cui renunciatur.*

1 **§.Inde Neratius ſcribit.** ¶† Licèt hr̃s non
detraxerit fideicõ
miſſario quartã, tñ fideicõmiſſarius primus aduerſus ſm̃ nõ de
trahit, niſi hæres voluerit aduerſus ipſum tm̃ liberalitate uti.h.
d. In dubio ergo vr̃ tex. ꝙ hr̃s, qui nõ detraxerit fideicõmiſſario
primo, q rogatus erat reſtituere ſecũdo, videatur voluiſſe exer-
cere liberalitatẽ aduerſus ſm̃, ad quẽ hr̃ditas erat peruentura,
& ſic voluiſſe ꝙ illi tota reſtituatur, ſicut ipſe reſtituit ſine detra
ctione, niſi ɔ̃rium appareat, qđ põt apparere ex coniecturis, ſi
primus fideicõmiſſarius erat amicus, ſecundus non, nã primus
aduerſus ſm̃ retinebit quartã, non ex perſona ſua, ſed magis ex
perſona hæredis, quia ſibi vr̃ donata, licèt Azo dicat ꝙ in du-
bio videat̃ velle exercere liberalitatẽ circa primũ, qđ litera non
patitur.¶In tex.ibi. [non deducta Falcidia.] id eſt Trebelliani-
ca. Et no. quia hęres non tenebatur parere huic præcepto. l. Ti
tia. in fi. ad l. Falci. vbi patet ꝙ detrahatur ɔ̃ voluntatem defun-
cti, tñ hr̃s paruit ſpontè,& reſtituit, quarta non detracta: vñ vo-
lebat ſecundus fideicõmiſſarius, ꝙ ſil̃r ſibi fieret reſtitutio, pro
2 hoc l. 3. in prin. de fun. inſtru.& tñ diſtinguit̃.† Et ſic no. arg. ſi ſo
ror cũ habeat fratres,& poſſit cũ eis ſuccedere de iure cõi, renũ
ciauit hr̃ditatem p̃rnam vni ex fratribus: an hæc renunciatio
a proſit oĩbus pro rata: an illi tm̃ cui renunciauit,[a] Breuiter ſi p̃t
apparere ẽt per ɔiecturas ꝙ ɔtemplatione illius renunciauit, il
li ſoli ꝓdeſt, ut illi videat̃ ſuã partẽ donaſſe, quaſi primo uidea-
tur adire,& ſtatim donaſſe, quia ſi primò nõ adiſſet, nõ poſſet
donare, qa nõ haberet l. pretia rerũ. ad l. Falc. pro hoc C. de pac.
l. ſi actionẽ. Sed ſi hoc nõ apparet, illa repudiatio non hẽt vim
aditionis, ſed eſt pura repudiatio:& ꝑ ɔñs accreſcit oĩbus, licèt
facta fuerit vni, quia fieri potuiſſet nullo p̃nte, cũ pẽdeat ex vo
luntate repudiantis tm̃. Ita reperio ɔſultuȝ fuiſſe ꝑ Dy. in con-
ſi.¶In gl.ibi. [qñ coactus adiit.] quia primus fideicõ. ipſum cõ-
pellit adire, nã hr̃s ꝑ hoc ꝑdit quartã,& applicat̃ primo fideicõ,
q ꝑ ſuaȝ diligentiã fecit eũ ꝑdere quartã, ne ſua diligentia alteri
ꝓſit. Contra hoc gl. op. de l. ſi patroni, §. 2. ĩ. eo.& nõ ſoluit. dic ꝙ
primus fideicõ. q ɔpulit adire, lucratur quartã, quã hr̃s ſibi po-
tuit detrahere vel de legatis a ſe relictis, ꝑ rõnẽ quã ſ. dixi. Sed
non propterea poteſt detrahere de legatis a ſe relictis, quia de-
traheretur ex ſua perſona, quod non poteſt. h.d. iſta glo. in fin.

ADDITIO.

a ¶Renunciauit. Adde eundem Pau. conſi. 21. ubi in facto conſuluit.

---

1 **§.Sed ſi quadringenta.** ¶† Hæres q reſtituit
partẽ hereditatis alia
retenta, quatenus hẽt ultra quartã, poteſt cõueniri a legatarijs,
ẽt non in ſubſidium. h. d.¶In tex. ibi, [cc. legauit Titio.] in his
terminis optimè ꝓcedit qđ ſequitur, ſed pone ꝙ legauit ccc. Re
ſpondeo tunc ab hærede non poterunt petere vltra centuȝ, qa
non

non plus habet vltra quartã, hoc ēt voluit gl. ſed in alia ducenta q̃ reſtãt, poſſim petere a fideicõmiſſa, qui hēt penes ſe cc. vr̃ ꝙ non, q̃a non habet ꝓpea niſi dimidiã hr̃ditatis, ergo nõ tenetur niſi ad dimidiã legatorũ, q̃ eſt centũ quinquaginta, & iſtud vr̃ verius, in ꝯriũ vr̃ ꝙ totũ habeat ſoluere, licèt nihil remaneat apud eum. ꝟ. proxi. §. ſed ibi reſtituta erat tota hęreditas, & penes hæredem remanſerat tota ſumma, & fideicõmiſſarius ſolus conuenitur ad ſolida legata, iſte tñ paſſus vr̃ mihi dubius.

1 *Si hæres reſtituit totam hæreditate retenta certa ſumma, non per modũ quotæ non excedit quartam, ſolus fideicõmiſſarius tenetur ad legata quatenus habet penes ſe, licèt apud eum nihil remaneat.*

2 *Hæres præterquàm in duobus caſibus ante reſtitutam hæreditatem non poteſt conueniri à creditoribus & legatarijs, & nu. 4.*

3 *Quid ſi reſtitutio eſt facta.*

1 **§. Idem Iulianus.** ¶ † Si hæres reſtituit totã hęreditatē retenta certa ſumma, nõ ꝑ modũ quotæ, ſi non excedit quartã, ſolus fideicõmiſſarius tenetur ad legata quatenus habet penes ſe, licèt apud eũ nihil remaneat. h. d. † ꝓ declaratione gl. diſtingue clarius q̃ gl. ſi quærit ꝯ quē agãt legatarij, vel creditores an ꝯ hr̃dē, vel fideic. aut hr̃ditas eſt adita, & tũc ꝯuenit hr̃s. l. ita tñ. §. ex Treb. ꝟ. eo. & hoc vult hic gl. ſʒ in l. Marcellus. infra eo. tenet ꝙ creditores bñ agunt ꝯ hr̃dē. ſed legatarij non, quaſi teſtõr videat voluiſſe legata pſtari a fideicõmiſſario tñ, ſed gl. hic cõiter tenetur, nec obſt. illa l. fi. q̃a ſi intelligat ante reſtitutã hr̃ditatē, dēt intelligi in terminis in q̃bus loquit̃ q̃n teſtator mãdauit totã & oēm hr̃ditatē reſtitui, quia ꝑ hæc verba vr̃ velle qđ ſ. dixi. qđ intellige ſi erat paratus reſtituere, & fideicõmiſſarius recipere, nã poterit dicere, volo me exonerare, & reſtituere, vadatis ꝯ eum. † Sed ſi illa verba

3 non eſſent appoſita, poſſent eũ reſtringere ad ſoluendũ, ut in hac gl. aut reſtõ eſt iã facta, & tunc tres sũt caſus, aut hr̃di nihil remanſit, quia fortè coactus adiuit, vel ſpontè reliquit quartã, ut in §. inde Neratius. & tunc non tenet̃ in aliquo: aut retinuit certã rem, vel q̃titatē, & tunc ſi bona q̃ venerũt ad fideicõ. ſufficiant ad legata, & debita nõ tenet̃ in aliquo, ēt ſi plus hēat. Inſti. eo. §. ſi quis vna, aut non ſufficiũt legatarijs, & tenet̃ in ſubſidiũ quatenus hēt vltra quartã. in §. ſi is q 400 Creditorib. vero ēt ſi nõ hēt vltra, vt ibi dixi, aut retinuit quotã, & tũc onera taʒ legatorũ q̃ creditorũ diuidũtur ꝓ rata l. 2. C. eo. & ſ. ꝓxi. §. in hoc tñ differũt creditores a legatarijs, q̃a legatarij ēt tũc nõ pñt ꝯuenire hr̃dē niſi quatenus hēt vltra quartã, ēt nõ in ſubſidiũ, creditores verò pñt eũ ꝯuenire, ēt ſi nõ hēat vltra quartã, vt ſi fuit rogatus reſtituere tres partes, & quartã retinere, q̃a credita pſeruntur quartę, ita loquit̃ l. 2. C. eo. † Qđ aũt ſ. dixi hr̃dē an reſti-

4 tutã hr̃ditatē ꝯueniri a creditorib. & legatariis, limitata p̃terquã in duobus caſibus. ſ. p̃terquã ſi coactus adiuiſſet, tũc. n. haberet exceptionē ꝑ l. poſtulãte. in prin. ꝟ. eo. vel niſi paratus eſſet reſtituere hr̃ditatē & fideicõmiſſarius recipere: quibus caſibus adhuc poſſet ꝯpelli ſuſcipere iudiciũ vſq; ad litis ꝯteſta. ſi actio erat tpe peritura, vt ꝟ. eo. l. cũ hæreditas ex Treb. vbi oĩno vide ꝑ Bar. quinimmo ēt reſtituta hæreditate poſſet dicto caſu hæres ꝯpelli ſuſcipere iudiciũ, & interruptio pſcriptionis facta ꝯ euʒ prodeſſet ꝯ fideicommiſſarium, ut ibi ſecũdum aliam lecturã.

2 *Fideicommiſſum an cenſeatur eſſe de tota hæreditate.*

3 *Ille in quem transferantur iura vtilia, cenſetur loco illius poſitus qui habet directa.*

*Si in inſtr̃o dicatur ſolum ꝙ talis in actione quam habet cõtra talē ponit talem in locum ſuum, quod licèt non dicat ꝙ cedit, videatur cedere.*

4 *Legata ſimpliciter relicta, an eximant̃ de fideicõmiſſo vr̃i, tãquã ſpecies a genere, et tãquam pars a toto, et remaneat fideicõmiſſum ĩ reſiduo.*

5 *Caſus in quo fideicommiſſarius cui non fuit detracta quarta, poteſt eam detrahere legatarijs.*

6 *Sicut in relictis ad pias cauſas ceſſat Falcidia, ita & Trebel.*

*Sicut poteſt prohiberi Falcidia, ita Trebellianica.*

*Sicut per nõ confectionē inuentarij perditur Falcid. an ita Trebellia.*

7 *Quando dicantur legata ſcripta fuiſſe ad onus hæredis, vt ſic fiat computatio ſm̃ iſtam l. & quando non, ut ſic fiat ſecundum l. præced.*

8 *Si legata debent̃ ex pſona hr̃dis, detrahit̃ Fal. vel ꝑ hr̃dē vel ꝑ fideicommiſſariũ, ſi hæres coactus adiuit, & totã reſtituit, ſi vero nõiatim à fideicõmiſſario debentur in eius perſona, & Falci. non detrahitur.*

9 *An legatarij debeãt agere contra hæredem, an contra fideicommiſſariũ, & quid de creditoribus hæreditarijs, & quando poſſit hæres legata retinere fideicommiſſario.*

10 *Si pater inſtituit filium, & ſi deceſſerit ſine liberis, mandauit hæreditatē extraneo reſtitui, & fecit plura legata pura, et legatarij petant ea integra, & filius dicat quod ſi contingat conditionem exiſtere, hēt ius detrahendi legitimam, & Trebel. & quòd iſta quarta ita eſt detrahenda de legatis, ſicut de fideicommiſſo, quid iuris.*

LEX II.

1 **Q**Vi quadringenta. † Legata ſimpl̃r relicta ꝯtribuunt̃ cũ fideicõmiſſario vr̃i quo ad quartę deductionem: qđ fideicommiſſum reputatur valere tantum quãtũ ſupereſt deductis legatis: ſed ſi ſunt relicta nominatim ab hærede, reputat̃ tñ valere quãtũ valet tota hr̃ditas. Item quarta q̃ hęres perdit, q̃a coactus adiuit, non ꝓdeſt legatarijs, ſed cedit lucro fideicom. cogētis. Itē fideicõmiſſarius nõ tenet̃ legatarijs in plus q̃ teneret̃ hr̃s ſi non reſtituiſſet. h. d. cũ ſeq. vſq; ad §. q̃dem liberis. & ſunt leges horribiles in tex. & gl. & ꝓcedit horribilitas, q̃a l. Marcellus, ꝯtrari vr̃ huic, q̃a aliter fit ꝯputatio in vna, q̃ in alia, & tñ in eiſdē terminis loquunt̃, vt patet in l. Marcellus. ibi, in hac ſpecie, & ita tenuit Azo. & Hugo. ideo dixerũt ꝙ l. Marcellus. corrigit l. q. cccc. vel poſſumus dicere ꝙ in l. q. cccc. Iuriſcõſultus recitat opi. & nullã eligit, ſed eligit ĩ l. Marcellus. & ibi decidit q. formata in l. q. cccc. ſed neutra opi. eſt vera: ideo dic ꝙ nõ ſunt ꝯrię, ſed loquunt̃ in diuerſis caſibus. i. l. q. cccc. q̃n legata fuerũt ſimpl̃r relicta. l. Marcel. q̃n nõiatim ab hr̃de, & primo caſu cenſet̃ on⁹ hr̃ditarium, ideo primo eximunt̃ de vniuerſitate, ſicut ſpecies de toto, ideo fideicõmiſſum non reputatur eſſe in eo qđ ſupeſt legatis de directis. Sed in ſcđo caſu legata nõ reputant onus hr̃ditatis, ſed hr̃dis, vt dicit tex. in l. Marcellus. ideo nõ eximuntur de vniuerſitate, ſed aſcribũtur oneri hr̃dis, iõ fideicõmiſſũ reputat̃ ꝯſiſtere in tota hr̃ditate, & legata cēſent̃ facta vltra vires, mõ de quo ibi hr̃ditatis, ſed reducunt̃ ad vires faciēdo diminutionē ꝓ rata tã fideicõ. q̃ legatarijs de eo qđ ſupeſt deducta quarta, qua hr̃s nõ dēt fraudari, nec ꝑ fideic. nec ꝑ legata particularia. Itē reſultat difficultas, q̃a iſta l. q. cccc. vr̃ ſibijpſi ꝯtrari, tñ non eſt verum, quia diuerſis reſpectibus dicit diuerſa. reſultat ēt difficultas ꝑ ꝓpria ꝯ l. præceden. in fi. vbi legatarij conſequuntur legata integra q̃n apud fideicom. eſt tm̃ ꝙ ſufficiat, ēt ſi nihil ſibi remanet, ſed in his legibus etiam ſi remaneat vltra quartã, nõ ꝯſequitur legatarius integrũ lagatũ ccc. ſed ipſum diminuunt aliq̃n parua, aliq̃n magna. Præmitte ꝙ quarta q̃ debetur hæredi debet detrahi tàm de legatis, q̃ de fideicommiſſo vr̃i, q̃a non debet eſſe deterioris ꝯditionis fideicommiſſarius q̃ legatarius, vt ſibi ſoli detrahatur, vt in l. Marcellus. §. idem Pomponius. hoc vult dicere prima pars ſummarij, ꝙ legata & fideicommiſſa ꝯtribuuntur quantũ ad detractionem quartæ. Eſt ergo videndũ quantũ ſit fideicommiſſo vr̃i, vt videatur quantum ſit ſibi detrahendum, & quantũ legatarijs, & hoc decidunt iſtę leges diſtinguendo vt dixi, an ſimpl̃r ſit relicta, an nominatim ab hærede, & in primo caſu reputatur minus, in ſecundo maius, vt in l. Marcellus. Item præmittę ꝙ §§. præcedentes loquuntur q̃n hęres fuit iuſſus reſtituere retenta certa re, vel quantitate, ſeu quota, excepto § inde Neratius. qui loquitur q̃n fuit iuſſus reſtituere nihilo deducto. In iſtis legibus ponitur alius caſus, q̃n fuit iuſſus ſimpliciter reſtituere, nec fuit dictum, ꝙ aliquid vel nihil retineret. in primo enim caſu q̃n fuit dictum vt retineret, retentio fit tm̃ ꝯ fideicommiſſariũ, non ꝯ legatarios, q̃a cenſetur teſtator voluiſſe ꝙ legata ſoluantur a fideicommiſſario, quo caſu de legatis nulla venit detrahenda Fal. nec ab hr̃de q̃a non ſunt ab eo relicta, nec a fideicom quia non prodeſt, ideo tunc legata non ꝯtribuuntur cũ fideicõ. vr̃i, vt ſimul detrahatur Falcidia de vtriuſq;, & hæc ratio quæritur in l. ꝑcedenti, in §. ſi. legatarius ꝯſequit̃ integrũ legatũ, licèt nihil remaneat apud fideicõmiſſarium: in iſtis legibus nõ, licèt remaneant vltra quartã. ita ſoluitur illud contrarium. Diuide in tres partes principales. Primo ponitur thema, & q. vſq; ibi [dicendum.] Scđo ponitur reſponſio attenta voluntate teſtatoris, q̃ non pſumitur ſenſiſſe ꝙ fiat detractio aliqua pro Fal. vel Treb. ſed ꝙ totũ perueniat ad legatarios vel fideicom. & attenta diſpoſitione l. xij. tabula. ante l. Fal. vſq; ad ver. [itaq;] ibi ponitur alia reſponſio. qđ iuris ſit attenta diſpoſitione l. Falc. cũ quarta ſit detrahenda tã à fideicommiſſario q̃ à legatarijs, & iſtam quartam hæres perdidit, q̃a coactus adiuit, & deciditur ꝙ nõ poſſit plus ꝯſequi à fideicõmiſſario, q̃ faceret ab hr̃de, ſi hr̃ditatem non reſtituiſſet, vel ſi ſpõtè hr̃ditatem adiuiſſet, & ſic quartam non ꝑdidiſſet. nã illa perditio non debet prodeſſe legatarijs, ſed fideicõmiſſario, cuius diligentia perdidit, & iſta deciſio tenetur, non præcedens, & ſibi non ꝯriantur. Secunda ēt ſubdiuiditur, quia primo ponitur deciſio vſq; ibi [dicendũ eſt.] iuncto tex. qui ſequitur, [tota ccc. &c.] quę verba debent iungi poſt illa verba, [dicendũ eſt.] Secũdo aſſignatur triplex ratio deciſionis. Prima colligitur ex ver. [q̃a præſumptio.] Alia in verſi. [nã heres.] alia in verſi. [ꝙ heres.] & gloſ. ponit caſum ſm̃ lect. Azo. & poſtea videtur ab illa recedere. ¶ In text. ibi, [iuſſu prætoris adijt.] & ſic perdidit quartã, & totã hæreditatem reſtituit fideicommiſſario vniuerſali. In text. [dare deberes.] ſcilicet an ccc. integra, an cum diminutione ꝓpria. partem faciebat l. præcedens. in §. fin. & rationes quæ ꝟ. ſequuntur. & ꝓ iſta poſt decidit attenta voluntate teſtatoris, & diſpoſitione l. xij. tabula. ante l. Falc. quarta veniat detrahenda tàm de fideicommiſ. quàm de legatis, & illa perdita cedit lucro fideicommiſſarij. & legatarius hoc caſu non poteſt plus petere quando coactus hæres adiuit, quàm poſſet ſi ſpontè adiuiſſet. ſed ſi ſpontè adiuiſſet, non poſſet petere niſi ccxv. quia alia lxxv. detracta per hæredem remanerent apud hæredem, & hoc non debet nocere fideicommiſſario, qui etiam contribuit pro parte ſua. & centum quæ hæres perdidit applicantur fideicommiſſario. ¶ † In text. ibi. [quia præſum. eſt.] hæc eſt prima

2 ratio deciſionis, quia teſtator videtur voluiſſe ꝙ reſtituatur fideicom-

deicommiſſum.i.tota hrditas cũ onere legatorũ, ſed illud lega
tum vt intra vires hrditatis,& intra dodrantẽ. ergo fideicõmiſ-
ſarius tenet integrũ ſoluere,& ſic notat, ꝙ fideicõmiſſum cen-
ſetur eſſe de tota hæreditate cũ ſuo onere, ſed ſtatim dicit con-
trariũ in verſ.(& qđ hæres.) ꝙ dr̃ eſſe de eo quod ſupereſt dedu-
ctis legatis,& ſic de centũ.pp hoc gl.magna dicit ꝙ hoc dẽt in-
telligi qñ reſtõ fideicommiſſi p̃cedit p̃ſtationẽ legatorũ.verſi.&
quod hr̃s.econuerſo,qñ legatorũ p̃ſtatio p̃cedit reſtitutionẽ, &
hoc ſequunt̃ docto. Alia gl.ſoluit aliter,ꝙ ille verſi.intelligatur
ſm̃ iſtum,vt cũ dicit ꝙ centũ tantum ſunt in fideicommiſſo de
bet intelligi non ſola ſed cũ vniuerſitate;vel dic melius tota hæ
reditas eſt in fideicõmiſſo cũ onere legatorum,ſi fiat reſtitutio,
ſed qa ſol lega.hrdi non remanet niſi centũ, non videtur plus
eſſe in fideicommiſſo.ita loquitur ibi,& ſic vterq; verſi. loqt̃ qñ
reſtitutio fideicommiſſi p̃cedit.¶In tex.ibi.[nã hr̃s.] hæc eſt ſe-
cunda rõ,qa hr̃s de reſtituendo grauatus,cenſet̃ grauatus pone
re fideicommiſſarium in loco eius,& ſupple eam. Sed ſi hæres
non fuiſſet grauatus reſtituere,habuiſſet ſoluere legatario ccc.
& retinere c.ita debet facere fideicommiſſarius loco eius ſubſti
3 tutus.¶†No.ergo,& ſemper allegat̃.ꝙ ille in quẽ transferunt̃
iura vtilia cenſet̃ loco illius poſitus.qui hẽt directã,iõ notarii in
inſtr̃is ceſſionum dicunt ꝙ cedens ponit in locũ ſuum ceſſio-
nariũ.Et ꝑꝑea vr̃ per iſtũ tex.ꝙ ſi ſolũ in inſtr̃o diceret,ꝙ talis in
a actione quã hẽt ꝯ talẽ ponit talẽ in locũ ſuũ,ᵃlicèt non dicat ꝙ
cedat,vr̃ cedere plus.Alibi vr̃ Ang.dixiſſe,ꝙ licèt qñ quis dece-
dit,remaneat ſibi actio efficax p̃terq̃ in tribus caſib. l. iij. de no-
ua.ſi tamen apponit iſta verba, & extra illos caſus, & gñaliter
actio directa remanet inefficax ꝑ iſtũ tex. ꝯriũ puto, & ipſe hic
ꝯrium vr̃ ſentire,qa hic non pp hæc verba, ſed pp diſpoſitionẽ
ſenatuſ.directa remanent inutilia.s̃.l.j.in prin. verba. n. intelli-
guntur ſm̃ ſubiectã materiã,& vltra nõ extendunt̃. arg. eius qđ
4 hr̃ in l.ſi legati ſerui nomine.de leg.j.¶†In ver.ſeq.ponitur ter-
tia rõ,ex qua no.ꝙ legata ſimpliciter relicta eximunt̃ de fidei-
cõmiſſo vl̃i,tanq̃ ſpecies a gñe,& tanq̃ pars a toto, & remanet
fideicõmiſſum in reſiduo,ſed ꝯ. quia hoc deberet ꝓcedere qñ
primo eſſet factũ fideicõmiſſum vl̃e,poſtea legata,ſed qñ econ
uerſo primo legat̃ pars,& poſtea totũ,non eximit̃ pars de toto.
De primo eſt caſus in l.cũ qõ.C.de lega. De ſecundo eſt ibi gl.
q̃ hoc tenet ꝑ l.ſequen.ſed hic primo fuerunt facta legata, po-
ſtea fideicommiſſum.vl̃e.Sol.diſtinctio illius gl. ꝓcederet qñ
legata totius & partis eſſent vniformia.quia de eadẽ re:vt lego
tibi fundum & Titio dimidiam illius. nã ambo legata ſunt de
re corporali,ſed hic fideicõmiſſum vniuerſale eſt de hæredita-
te,quæ eſt ius:legata vero ſunt de corporibus rerum hæredita
riarũ q̃ non ſunt hæreditas,& propriè de iure non detrahuntur
corpora,vt dicit tex.j̃.eo.l.cogi.§.inde q̃rit̃.hoc ergo caſu nõ at-
tenditur ille ordo,ſed an ſint facta ſimpliciter,& tunc ſiue an-
te,ſiue poſt,deducuntur,licet impropriè,vt.in illo §.inde an no
minatim ab hærede,& tunc ſiue ante,ſiue poſt,non deducun-
tur tanq̃ pars a toto,qa ſic plus hẽrent legatarii q̃ fideicõmiſſa-
rii:cuius ꝯrium dicitur in ſi.l.¶In tex.ibi,[nõ ergo plus Titio.]
hic collige duo,ꝙ licèt iſta quarta partim detrahatur de lega-
tis, partim fideicommiſſo per coactionem fideicõmiſſarii tota
perditur,& applicatur fideicommiſſario, & nihil legatariis, ex
hoc vr̃ ꝙ tota iſta quarta dicatur treb.Sed Bar.in l.ſeq.§.idẽ Põ
ponius.vr̃ dicere ꝙ partim eſt Fal.partim treb. Et hoc eſt vtile,
quia per non cõfectionẽ inuentarii ꝑditur Fal.ſed Trebelliani
b caᵇ non,ſed iſte tex.facit contra Bart.in eo qđ dixi. quia quate
nus diceret̃ Fal.nõ deberet ꝑdi ꝑ coactionẽ,cum non habeatur
à fideicom.ſed a legatarijs,& dato ꝙ perderetu, deberet appli-
5 cari legatariis,a quibus euellit̃.¶† Nota ẽt caſum,in quo fidei-
commiſſarius cui non fuit detracta quarta,põt eã detrahere le
gatariis,qñ heres non detraxit,quia non potuit pp coactionẽ.
Idem ꝓbat̃ in l.ſeq.ver.qđ ſi ſuſpecta.ſed ſi non detraxerit,quia
noluit.dic vt s̃.l.proxima.§.inde Neratius.& hoc in relictis ſim-
pliciter,vel ab hærede,ſed ſi nominatim a fideicõmiſſario non
detrahit,vt notat gl.in §.inde Neratius.q̃ incipit,not.in fideicõ
miſſo,& ibi vide Bar.ſuper hoc articulo, an fideicommiſſario.
poſſit quartã detrahere legatariis,vel ſecundo fideicõmiſſario.
Glo.magna primo ponit caſum in hac l.vſque ibi. (quod autẽ
2 manumittere,& reſtituere.h.d.vſque ad §.hi q.†In tex.ibi, [cogere poſſit.]dic,videbatur ꝙ non triplici rõne, prima, qa illud fideicõmiſſum videbatur non ualere,cũ ab hærede non poſſit relinqui filio ipſius hr̃dis,vel ſeruo exiſtentibus in eius poteſtate,ſicut non poteſt relinqui ipſemet a ſeipſo, ut Inſt.de leg.§. an ſeruo.Et iſtã opi.gl.& Doct.nõ tangunt, nec ſoluunt. Iteꝫ quia poſito ꝙ valeret,non poteſt eſſe iudiciuꝫ inter patrem,& filiũ, ut l.lis nulla.s̃.de iud.& iſtã benè ſoluit hic gl.vt ſit verũ de iudicio ordinario,qđ expedit̃ iure actio.nõ de extraordinario,quod iud. offi.& ex æquitate,vt hic qđ no. Tertia rõ, quia reſtõ q̃ fiet huic filio,erit nugatoria, quia ſtatim reacquireretur ipſi patri l.placet.de acq.hær.ergo,&c.vt l.qui ſic j̃.de ſol. Et ſuper iſta oppoſitione gl.magna hic laborat'& tene ꝙ iſta reſtitutio non debeat fieri niſi poſtq̃ filius erit emancipatus, & in illud tp̃s vr̃ illud fideicõmiſſum relictũ,licèt teſtõr expreſſe non dixerit, qa cenſet̃ uoluiſſe,ꝙ taliter fiat, ꝙ filius habeat cũ effectu, p l.vbi purè.j̃.eod.ſed certe hoc eſt ꝯ̃ mentem huius literæ,q̃ dicit maximè eſſe hoc verũ, qñ hr̃ditas eſſet caſtrenſis peculii, quo caſu reputat̃ paterfa. Sed ſi eſſet verum qđ dicit gl.idem eſſet in qualibet hr̃ditate,& non hr̃et aliquod dubiũ. Preterea lex vbi purè.loquitur qñ teſtator appoſuit aliqua uerba,ex quib.apparet,ꝙ voluit differri in tp̃s,quo erit ſui iuris. Si aũt nõ appoſuit cenſetur voluiſſe in illud tp̃s differre,& iõ etiã durante pat. pote. p̃t filius petere patrem ꝯpelli, & ita intelligunt alii iſtũ tex. quos gl.refert, licèt non teneat.Iaco.verò de Are.& Bar.tenent iſtam,ſed tunc qũo rñdet̃ ad oppoſitionem, quia in filium nõ p̃nt transferri iura,qa reacquirent̃ ipſi patri? Solu.fateor, & iſta reſtõ eſt potius facti,q̃ iuris.ſolũ.n.aufert̃ pr̃i adminiſtratio, & dat̃ curator bonis,ſi filius erat minor,uel ſi maior, adminiſtrabit ſicut bona peculiaria,& cũ erit ſui iuris, efficient̃ ſua; interim verò ſunt pr̃is,& hoc uoluit gl.hic ſm illos, q tenent p̃cedẽtẽ opi. Aſſignãt Doct.rõnẽ,& pater ſpontè adiuiſſet, & poſtea bona diſſiparet,poſſet filius ꝯpellere patrem ad iſtam reſtõnẽ facti,ut j̃.eo.l.Imperator.ita & nunc cũ recuſet adire,põt ꝯpellere ad adeundũ,& reſtituendũ,quaſi per hoc videat̃ diſſipare,cũ ponat̃ filium in periculo p̃dendi hanc hæreditatẽ ſi pater moreret̃ ante aditionẽ,& iſtud nõ eſt minus periculũ,q̃ qñ diſſipat poſt adi.& p p̃dicta patet defenſata d. opi. & declarata glo. ma. Qualiter ergo rñdebit̃ ad 1.op.Reperio Bar.uariaſſe, quia in l. cũ filio.de leg.1.ꝯcedit eam, ꝙ tale fideicõ.nõ valet, niſi ſit collatũ in tp̃s,quo filius erit ſui iuris.& in illo caſu intelligit illum §.ſed hic tenet ꝯ̃riũ, vt s̃.dixi, ꝙ nõ fuit hic collatũ in illud tp̃s, qa vult ꝙ durante patria pote.poſſit filius petere patrem ꝯpelli. Soluit ergo Bar.iſtud ꝯ̃rium.j̃.e.l. ubi purè. ꝙ fideicõmiſſum non eſt nullũ, & ꝙ ꝯ̃rium de §.an ſeruo. loquit̃ in legato & in fideicõmiſſo particulari,quorum dies cedit a morte teſtõris, & ſic locũ hẽt in eis rl̃a Catoniana,ſed fideicõmiſſum vſe cedit ab adita hæreditate, vt no.j̃.eo.l.quidam ita. §. ſi qs filiũ. Et in his, quorũ dies cedit ab adita hereditate locum non habet illa rl̃a, vt s̃.de regula Cato.l.3. Iſtud qđ cedit ab adita hæreditate, non eſt clarum,qa ſic non tranſmitteret̃ ad hæredem ante aditam hæreditatem,& tunc ꝯ̃rium eſt, ut s̃.dixi, & hoc tenet expreſſè hic Bar.p plures rões in l.cum filio.de leg.1.ante diem, ꝙ dies fideicõmiſſi vl̃is puri cedit a morte teſtõris,non ab adita hæreditate, ſicut particularis. Remanet ergo ꝯ̃rium inſolutum. Dic ergo breuiter, ꝙ ſi pater inſtitutus grauatus eſt ſimpl̃r reſtituere filio,quem habet in poteſtate, iure iſto nõ ualebat grauamẽ, per §.an ſeruo. qa videtur grauatus reſtituere ſibiipſi. Sed ſi põt apparere ex aliquib.verbis,ꝙ voluit differre in tp̃s, quo erat ſui iuris,ut quia dixit,ꝙ reſtitueret filio, & faceret ad eum peruenire, (quod verbuꝫ intelligitur cum effectu,vt l.2.§. perueniſſe. de hæreditate vel act.vẽdita.) tunc valet,vt j̃.e.l.vbi pure. & iſto caſu debet intelligi hic, & in hoc ꝯcordo cum gl.ſed in alio diſcordo,qa gl.vult,ꝙ ẽt ſi ſimpl̃r ſit rogatus, cenſeat̃ fideicõmiſſum in illud tp̃s collatũ. Ego aũt volo ꝯ̃rium,ꝙ tunc nõ valeat. Item in alio diſcordo a gl.qa vult gl.ꝙ filius non admittatur ad petendũ pr̃em cogi,niſi cũ erit ſui iuris. Ego aũt volo ꝯ̃rium. & in hoc teneo ſecundã opi.recitatã hic in gl.ꝙ audiatur ẽt durante pat.pote.licèt ſit collatum in tp̃s,quo erit ſui iuris,& hoc pp recuſationem patris,qa recuſat adire,& ponit filium in periculo p̃dendi fideicommiſſum. Si aũt ſponte pr̃ adiret,nõ poſſet filius quouſq; eſſet emancipatus petere ſibi reſtitutionem fieri, niſi pr̃ dilapidaret,vt j̃.e.l.Imperator,& tũc ẽt fit reſtitutio poti' facti,q̃ iuris.i.quãtum ad adminiſtrationem bonorũ, non vt in ipſum iura transferãtur,qa incontinenti reuertunt̃ ad pr̃em,& ſic eſſet negatoria. Quod ergo ibi facit dilapidatio. ſ.filium admitti durante poteſtate ad petendã reſtõnem fieri.ſ.cum adiuit ſponte, hoc idẽ facit recuſatio aditionis,vt admittatur ad petendũ ipſum cogi adire & reſtituere, & tunc oĩa ſunt plana. ¶In gl.ma.q̃ incipit.[ſcilicet p p̃torẽ.]in fi.ibi,duꝫ dicit. [Prima ergo placet.]dic,ſed in quo differt ab vltima,quã gl.reprehẽdit, cũ in vtraq; fideicommiſſum dicat̃ collatum in tp̃s,quo erit ſui iuris? Rñdeo, in prima fuit collatum ꝯditionaliter. ſ.cum emancipabit̃, nec fuit expreſſè vel tacitè mandatum patri ꝙ emancipet, & hæc fuit intentio gl. q̃ tenet primã, ſed ĩ vltima fuit expreſſè vel tacitè mandatũ,ꝙ emancipet,qđ mandatum cũ ſit diſpoſitio,vr̃ potentius q̃ ꝯditio,vt l.ſi quis ſub ꝯditione.ſi qs omiſ.cau. teſt.Sed gl.reprehendit hanc vltimã,qa illud mãdatum non eſt potentius, cũ pr̃ non poſſit cogi virtute ipſius ad emãcipandũ, ex quo ſibi nihil fuit relictum,qđ apud eum debeat remanere, qa iſta hr̃ditas non dẽt remanere, ſed reſtitui filio, & vltra hoc ẽt ad hoc vt poſſit cogi officio iudicis, requiritur, ꝙ illud acceptauerit,vt l.ſi cui.de ꝯdi.& dem.& hic non acceptauerat hr̃ditatem, immo recuſabat. Superflua eſt ergo hæc vltima lect.ſecunda verò vult,ꝙ nec ſit collatum in tp̃s,quo erit ſui iuris,niſi expreſſe dicatur,& hoc ego fateor,vt s̃. dixi,nec habeat filius expectare ꝙ ſit ſui iuris,immo durante pat.pote.admittat̃,& hoc ẽt fateor; ſed in alio diſcordo, qa iſta lect. vult, ꝙ fideicommiſſum ſimpliciter relictũ filio valebat iſto iure. Et ego dico ꝯ̃riũ, ꝙ non valebat,ideo eſt neceſſe dicere, & hic fuit collatũ in tp̃s,
3 quo erit ſui iuris per aliqua verba,vt s̃.dixi.† Hodie verò iſta ceſſant,qa filiusfa.põt acquirere ſibi aduentitia quo ad proprietatem,& aliqñ ẽt quo ad vſumfructum, & ſic pr̃ inſtitutus grauatur ſimpliciter reſtituere filio,valet fideicommiſſum, licèt non ſit collatũ in tp̃s, quo erit ſui iuris, & poterit filius durante pat. pot.patre recuſante adire,facere compelli adire,& reſtituere,& erit reſtitutio iuris,tã quo ad p̃prietatem, q̃ quo ad vſumfru.cui videtur renunciare recuſando adire, & recuſatio prodeſt filio, vt l.cum non ſolum. C.de bo. quæ lib.& ſi adiuit ſponte, poſito ꝙ non diſſipet,poteſt compelli ꝙ reſtituat, vt ſic iura quo ad proprietatem transferantur in filium; remanebit tamen tunc vſusfructus ad patrem, cui non videtur renunciaſſe.

1 **Hi qui ſolidum.** ¶ † Qui nõ eſt capax pro ſe, põt eſſe capax pro alio, ad hoc allegatur,& vide gl.in l.eam quam.C.de fideic.¶In tex.ibi, [rogati reſtituere.].ſ.ſub. certe perſonæ, ſed quid ſi incertæ, puta pro anima teſtatoris, num preſumatur inſtitutus in fraudem, puta inſtituit quis ſpurium ſuum, & rogauit eum diſtribuere bona inter pauperes, vide Specu. de inſtr.edi. §. nunc verò aliqua.in additione quæ incipit,ad iſtum finem.

2 *Quando eidem ſeruo relinquitur libertas,& hereditas per fideicommiſſum an ille poſſit compellere hæredem ad adeundum.*

1 **§.Si ego heres,** †¶Seruo hereditario alteri legato ſi relicta ſit libertas à legatario, & hr̃ditas ab hr̃de,p̃t ẽt anteq̃ ꝯſecutus ſit libertatẽ petere hr̃dem cõpelli adire,ſi ſolus erat inſtitutus, vt ꝯfirmet̃ legatum,& datio libertatis,& poſtq̃ erit manumiſſus,p̃t petere ſibi reſtitui, & ſi nõ ſit fideicommiſſarius primus,ſed ſecundus. hoc primo.& ſi p̃legatus ſit vni ex hr̃dib.& ab alio relicta ſibi libertas, ab altero verò hr̃ditas,ſi primus adiuit,& ꝯſecutus ſit libertatem, p̃t altero recuſante ꝯpellere adire, licèt p non aditionẽ illius fideicõmiſſum intercidere non poſſit pp aditionẽ primi.hoc ſecundo vſque in fi.¶Et primo determinat vnũ caſũ vſq; ibi, [Talis] poſtea determinationẽ diui Pij factã in ſimili caſu, & iſte primus eſt caſus,qñ vnus tñ fuit hr̃s inſtitutus,& ab eodẽ fuit relicta libertas ſeruo hr̃ditario p fideicõ.& eidẽ ab eodẽ fuit relicta hr̃ditas,& iſte caſus nõ hẽt dubiũ, vel fuit ſeru' legat' Titio,& rogatus Titi' de manumittẽdo iſtũ ſeruũ, & poſtea erat grauat' hr̃ditatẽ reſtituere Titio.deinde Titius reſtitueret eidem ſeruo,& iſte caſus habebat maius dubiũ, videbat̃ enim ꝙ iſte ſeruus heredẽ recuſantẽ adire nõ poſſet ꝯpellere ad adeundem,tũ qa eſt adhuc ſeruus, vt s̃.ead.l.§.ſed ſi ſeruo. tũ qa ab ipſo hr̃de nõ fuit ſibi relicta hr̃ditas,ſed a primo fideicõmiſſario,vnde videbatur, ꝙ ad ipſum pertineret hr̃dem cõpellere,non ad ſm. Contrariũ tñ determinat̃, & ad primã rõnẽ rñdetur vltra tex. ꝙ §.ſed ſi ſeruo.loquit̃ in ſeruo hr̃dis, nos loquimur in ſeruo teſtatoris, qui

plus

plus iuris habet ad petendũ adiri, vt confirmetur legatũ, & poſ
ſit conſequi liberationẽ, & poſtea hr̄ditatẽ: q̄a in hoc hr̄di nul-
lũ fit p̄iudicium, ſed ſi eſſet ſeruus hr̄dis, fieret ſibi p̄iudiciũ, q̄a
careret ſeruo ꝓprio ſi ſpontè adiret qđ facere nõ ꝯpellitur, ſi nõ
vult: ſed ſi ſpontè adijt, imputet ſibi, ut ibi. Ad ſecundã rõnem
rñdet, ꝙ primo fideicõmiſſario recuſante hr̄dẽ ꝯpellere, ſeruus
loco eius ſuccedit, q̄a remanet fideicõmiſſum penes grauatuꝫ
cũ eodẽ onere, & ſic primus põt cõpellere hæredẽ, ita & ſeruus
recuſante primo, aliàs ambo ſimul poſſent ꝯcurrere, vt ſ.e. l. ſi
patroni. §. qui fideicõmiſſariã. ver. ſ͞m quę. ¶ In ſecundo caſu,
quẽ Iuriſcõſultus adducit, fuerũt duo inſtituti, & vni ex eis fuit
ſeruus p̄legatus, & rogatus ipſuꝫ manumittere, & alter hr̄s fuit
rogatus portionẽ ſuam illi manumiſſo reſtituere. primus adi-
uit hr̄ditatẽ, & ſeruũ manumiſit, q̄ volebat alterum cogere ad
adeundũ & reſtituẽdũ, videbat̃ ꝙ non poſſet, quia iſta coactio
fit p̄p periculũ, qđ ſubeſt, ne fideicõmiſſum intercidat p̄p adi-
tionẽ non factã, ſi hr̄s non adita hr̄ditate decederet, vt ſ. e. l. ille
a quo. §. j. in fi. ſed hoc hic accidere nõ poterat, poſtq̃ primus a-
diuerat quia poſito ꝙ ſecundus non adiret, fideicõmiſſum nõ
intercideret, ſed portio illius accreſceret adeunti cũ onere fidei
cõ. & tñ diuus Pius determinauit ꝯ̃rium, & ſic eſt hic caſus de
eo, qđ voluit gl. in §. Antiſtia. in gl. magna. in ver. ſed opp. & qđ
ibi dixi, ꝙ licèt remedium coactionis fuerit inuentum p̄p illud
periculũ, nihilominus ẽt vbi non imminet illud periculũ, locũ
hẽt, dũmodo petens non venit in totũ ꝯ̃ voluntatẽ teſtatoris,
quia ſiue iuret, puta ſi ſuũ fideicõ. eſſet ꝯditionale, non admit-
teretur, niſi ſubeſſet illud periculũ, vt q̄a eſſet vnus tñ inſtitu-
tus, vt in §. Antiſtia. ſecus ſi hr̄et cohæredẽ, ut in l. ſeq. ſi aũt fidei
cõmiſſum eſſet in diẽ certũ, tunc licèt petendo ante diẽ veniat
ꝯ̃ voluntatẽ defuncti, non tñ ex toto, cũ in oẽm euentũ fideicõ
miſſum ſit dandũ, & iõ admitteretur ẽt vbi periculũ non ſubeſ-
2 ſet, q̄a haberet cohæredem vt ſ. e. l. §. cũ quidã. & ibi dixi. † Et di-
ſtingue pro declaratione gl. qñ eidẽ ſeruo relinquitur libertas,
& hæreditas p̄ fideicõmiſſum. an ille poſſit cõpellere hr̄dẽ ad a-
deundũ, ꝙ aut ille non erat ſeruus teſtatoris, ſed hr̄dis, & tũc nõ
p̄t ꝯpellere, licèt ſi ſpontè adiret, ꝯpellere poſſet manumittere,
& hr̄ditatẽ reſtituere, vt ſ. ea. l. §. ſed ſi ſeruo. aut erat ſeruus te-
ſtatoris, & tũc aut ab vno & eodẽ fuit relicta libertas, & hr̄ditas
& indiſtinctè põt cõpellere adire, & reſtituere, ẽt ſi ſint plures
hr̄des, & vni eorũ p̄leg. & rog. manumittere, & hr̄ditatẽ reſtitue-
re, ut hic in primo caſu huius §. ſi ego. aut ab vno libertas, &
ab alio hæreditas, & iſtud ꝯtingit duplr̄. Primo, ꝙ libertas lega-
tario ſerui, & hęreditas ab hærede, tunc diſtinguendũ eſt, aut
erat ſolus ille hęres inſtitutus, & idẽ, vt in hoc primo caſu. In ſe
cundo exemplo dũ dicit (vel alius legatarius.) aut habebat co-
hæredẽ, & tunc ſecus, ut in l. nõ cogendus. ſ. e. quã gl. hic ſic ĩtel
ligit iuxta mediuꝫ ibi, dũ dicit [ſed ibi põt, ſi ponas aliũ inſtitu-
tum &c.] licèt videatur diuinatio, ſed q̄a de directo ꝯ̃dicit, opor
tet diuinare. Secundo põt ꝯtingere, ꝙ libertas ſit relicta ab vno
ex hæredib. & hr̄ditas ab altero hærede, & tunc diſtinguendũ,
aut primus adiuit, & ſic eſt effectus liber, & põt alterũ ꝯpellere
adire, & reſtituere, vt hic, aut neuter adiuit, & tunc neutrũ com
pellere põt, cum ſit adhuc ſeruus, niſi alter eorum ex toto re-
pudiaret, & ſic eius portio ad alterum perueniret, quia poſſet
alterum compellere, ac ſi eſſet ſolus inſtitutus, vt ſ. eo. l. ſi res.

1 *Hæres vel legatarius rogatus aliquem hæredem facere, non in plus tene tur quàm hr̄ditas rogantis illi reſtituere, poteſt ẽt rogari hæres vel le gatarius de bonis ſuis proprijs reſtituẽdis vſq; ad quantitatẽ hr̄ditas.*

2 *Verba directa quæ non potuerunt vnquam operari iure directo, ꝙ ope- rentur fideicom. in eo quód poſſunt.*

## LEX XVII.

1 EX facto. ¶ † Hæres vel legatarius rogatus ali-
quem hr̄dem facere, non in plus te-
neẽ q̃ hr̄ditas rogantis illi reſtituere, p̄t ẽt rogari hr̄s
vel legatarius de bonis ſuis propriis reſtituendis uſ-
que ad quantitate hr̄ditatis. h. d. vſq; ad §. ſi q̄s rogatus. & tunc
tenetur p̄ fideicõmiſſum reſtituere, de quo p̄t grauari, ſed ꝙ ali
quem hr̄dem faciat vl̄em, & directò in quo grauari nõ põt, q̄a
libera dẽt eſſe teſtĩ factio, & iõ licèt ſimplr̄ adiret hęreditatem
rogantis, ad illud onus non tenetur, ſed ad ſ͞m onus fideicom-
2 miſſi ſic, † & allegatur iſte tex. ꝙ verba directa, q̃ nõ potuerunt
vnq̃ operari iure directo, operantur fideicõ in eo qđ p̄nt, ꝯcor-
dat l. Scæuola. ſ. eo. & de leg. 3. l. cum quis. §. Seiã. ſecus ſi potuiſ
ſent operari iure directo, quia poſtea nõ obligant̃, ut in l. in uer
bis ciuilibus. de vulg. & pup. grauare. n. queꝫ ut faciat aliquem
hæredẽ, eſt grauare per verba directa, & hoc ab ipſo principio
fieri non potuit, vnde operantur eodem modo quo poſſunt in
hęreditate teſtatoris tñ: & hic Iuriſconſultus incipit mixtim
tractare de omnibus pertinentibus ad ſenatuſconſultum, licèt
in ſuperioribus per ordinem fuerit proſecutus de quolibet re-
medio de per ſe, vt dixi in l. j. in prin. caſus eſt iſte.

1 *Non dicitur decedere ſine liberis, qui relinquit liberos naturales tantũ, niſi de cõtraria voluntate teſtatoris appareat, ꝙ ſenſerit de legitimis & naturalibus.*

2 *Filius naturalis natus ex cõcubina, non eſt à iure reprobatus, ſed ſpurius ſic ex damnato coitu natus.*

3 *An dicatur decedere ſine liberis, qui decedit cũ filijs deportatis, vel exi ſtẽtibus in religione fratrum minorum, vt ſic admittatur ſubſtitutus.*

4 *Quid ſi teſtator dixit, ſine filijs legitimis & naturalibus & talis deceſſit cum filijs legitimis, ꝙ excludant ſubſtitutum.*

*Quid ſi dixit, ſi deceſſerit ſine hr̄dib. an reſtringat̃ ad naturales legitimos.*

5 *Quid in contractibus.*

*Si damnatur aliquis, & omnes deſcendẽtes eius vel liberi vſq; in tertiã generationem propter crimen læſæ maie. an etiam baſtardi naturales, vel ſpurij intelligantur damnati.*

*Verba, ſi deceſſerit ſine liberis, quomodo intelligantur.*

6 *Si illa verba, ſi deceſſerit ſine filijs, ſint directa ad perſonam, quæ nõ pote rat contrahere matrimonium, ꝙ intelligatur de naturalibus tantum.*

*Quid ſi referantur ad conſtitutum in ſacris.*

7 *Quid ſi referantur ad p̄ſonam, quæ habebat legitimos, & naturales ex vxore viuente, ꝙ intelligantur de legitimis & naturalibus tantum.*

*Quid ſi referantur ad perſonã, quæ nec habebat naturales, nec legitimos, nec matrimonium, vt ſi ad perſonam incertam.*

8 *An comes Palatinus poßit legitimare filiũ naturalẽ vnius nobilis Vene ti, vel Floretini non habentis ſignoriam, ſeu caſtra, & iuriſdictiones.*

9 *Quatuor genera filiorum.*

1 §. Si quis rogatus. ¶ † Non dr̄ decedere ſine libe-
ris, q̄ relinquit liberos natura-
les, tñ, niſi de ꝯ̃ria voluntate teſtõris appareat, ꝙ ſenſerit de le-
2 timis, & nãlibus. h. d. ¶ † In tex. ibi, [ẽt naturalẽ.] ſ. natuꝫ ex ꝯcu-
a bina, q̄ non eſt a iure reprobatus, [a] cũ ꝯcubinatus de iure ciui-
li toleret̃, licèt nõ approbet̃, ſecus ſi eſſet reprobatus, ut ſpurius
ex dãnato coitu. nã ſ͞m oẽs non faceret deficere ꝯditionẽ fidei-
cõmiſſi, p̄ Auth. quib. mod. na. effi. ſui. §. fi. & C. de ĩceſt. nup. au-
then. ex ꝯplexu. Videbat̃ autẽ ꝙ nec nãles ex ꝯcubina facerent
deficere, q̄a teſtõr cum apponit illã ꝯdi. cenſet̃ voluiſſe, ꝙ bona
p̄ ſucceſſionẽ ſaltẽ inteſtati deueniant ad liberos, ſeu ꝙ cogita-
uerit ut deuenire poſſint, vt no. de hære. inſti. l. Lucius. la 2. & l.
filiusfa. §. cũ quis. de leg. j. ſed iſti liberi nãles non p̄nt ſuccedere
patri ab inteſt. ergo vr̄ ꝙ teſtõr de ipſis nõ ſenſerit, ſꝫ ſolũ de il-
3 lis, q̄ p̄nt ſuccedere. † Vñ ſi decederet cum filijs deportatis, uel
b exiſtentib. in religione fratruꝫ minoruꝫ, [b] ſine dubio illi nõ ex-
c cluderẽt ſubſtitutum. q̄a ꝓ mortuis [c] hñr, cuꝫ ſuccedere nõ poſ
ſint, vt l. j. §. fi. de ꝯ̃tab. ergo idẽ in in iſtis, ſꝫ dic ꝙ illi nõ p̄nt ſuc-
cedere nec patri, nec alicui alteri, iõ hñr ꝓ mortuis, ſed iſti non
ſuccedunt patri, lꝫ poſſint aliis ſuccedere; & ſic non hñr oĩno ꝓ
mortuis, vt no. in d. §. fi. Certe iſta rõ locum hẽt ẽt in ſpuriis, vt
ibi no. & tñ nõ faciunt deficere ꝯdi. ſꝫ hoc iõ q̄a non merentur
vocari filii, vt in d. auth. ex ꝯplexu. In naturalib. autẽ cadit iſtud
nomen, qđ eſt naturale, tñ adhuc ſubeſt rõ facta in ꝯ̃rium, quia
non ſeruatur intentio teſtõris, q̄ cogitauit ad filios debere deue
nire, & nũc deuenire nõ p̄nt, & iſta obiectio vr̄ mihi difficilis,
niſi dicamus ꝙ oĩno venient ex tacita voluntate defuncti, nõ di
co, patris ſui, q̄a defunctus p̄ hæc verba cenſet̃ eos ſubſtituiſſe
tacitè, licèt cõis opi. ſit in ꝯ̃rium, vt dixi in d. §. cum q̄s. ſꝫ iſte tex.
facit ꝓ illa opi. quã ibi tetigi. aliàs nõ video quõ poſſit reſpõde-
4 ri ¶ † Quid aũt ſi dixit ſine filiis legitimis & naturalib. & ipſe de
d ceſſit cũ filiis legitimis? [d] Rñdeo, dñr legitimi nãles, & ſubſtitu
tum excludunt. Iſtã diſputando tenuit Iac. de Are. vt refert Io.
And. in addi. Spe. de ſucceſſi. ab inteſt. ĩ fi. Itẽ qđ dixit ſi deceſſe-
rit ſine hr̄dib. ꝙ intelligit̃. i. ſine liberis ex interpretatione legali
vr̄ ſ. ea. l. §. fi. an hæc interpretatio reſtringat̃ ad nãles legitimos,
an autem intelligat̃ ꝓ ut hic? Dy. in ꝯſilio ex teſtõ D. Alberti, te-
nuit hãc ſcđam partẽ. Et Io. An. in tit. de teſt. §. 2. primis. licèt in
ꝯ̃rium faciat id qđ no. gl. ma. in ver. [ſed tunc q̃ritur.] per l. ge-
neraliter. C. de inſti. & ſub. q̄ vult aliud eſſe cũ exprimit̃ a teſta-
tore hæc ꝯditio. aliud qñ ſubintelligitur a lege, q̄a tunc reſtrin-
gitur ad legitimos. Doct. tamen illam glo. non tenent, & intel-
ligunt illam l. ſecundum hunc §. gloſ. hic loquitur quando
iſtud verbum apponitur in ꝯdi. Quid ſi in diſpoſitione, vt ſi hę
res meus decederet, ſubſtituo talẽ, & eius liberos, & t̄pe quo de
ceſſit extãt liberi illius naturales. an videant̃ ſubſtituti? põt dici
idẽ quod in vltimis voluntatib. Quid autẽ in ꝯtractib. vide hic
per

## ADDITIONES.

a ¶ Reprobatus. An naturalis filius excludat ſubſtitutum, cum eſt natus in figura matrimonii, & quando teſtator erat nobilis vide Bal. conſi. 207. 4. lib. ubi dicit ꝙ naturalis excludit ſubſtitutum extraneum naturali cauſa inſpecta & voto parentum, ꝙ etiam circa naturales cadit niſi ratione cõtrariæ & præponderantis præſumptionis contrarium eſſet coniecturandum. Itẽ naturalis non excludit ſubſtitutum. quando teſtator dixit ſine liberis ex linea maſculina, quia tunc teſtator cõſiderauit agnationem, quæ in naturalib. non cadit. l. ſpurius. infra unde cognati.

b ¶ Fratrum minorum. ꝙ ſine liberis dicatur decedere qui decedit cum filio fratre minore, vide Soci. conſi. 92.

c ¶ Pro mortuis. Adde ꝙ hoc idem tenet & ſequitur Alex. de Imo. in conſi. 13. col. 2. in prin. in 3. vol. Fran. Cur.

d ¶ Legitimis. Adde Alex. de Imo. in conſi. 2. in 1. vol. & alias in q. facti con ſulendo deduxi in conſi. meo 13. inci. ſtatuto Gen. Fran. Cur.

5 per Bar.¶†Itē quid in mā odioſa? vt ſi dānatur aliquis, & oēs
deſcendentes eius vel liberi vſque in tertiā gnationē pp crimē
læſæ m.ie.an ēt baſtardi naturales vel ſpurij intelligantur dam
nati? vr̄ q non,quia eſt odiū irrationabile, q filius puniatur p
patre:quia filius non portabit iniquitatē pr̄is, & pr̄ non porta-
bit iniquitatē filij.c.Iudæi.& c.pcedenti.j.q.3.& vide no. in prin
ci.dictæ q.4.24.q.3.c. quod aūt.§. his itaque. in prin. & ſic non
vr̄ ptineri.vt in l lege Iul.§.hoc capite.de ritu nup. Cōtrarium
tn̄ vr̄ determinare Cy.in l.quiſquis.C.ad l.Iul.ma.& glo.in c.ſta
tutū.de hæret.lib.6.ne melioris ditionis ſint q̄ legitimi, nā in
eis adhuc magis vr̄ vigere vitiū paternū q̄ in legitimis, ſed Cyn.
in l.ſi libertinus.de interdi. mat. vr̄ tenere primā partē. ¶In tex.
ibi.[eodemq; liberto.] dic & ſic ſuſcepro in figura matrimonij,
de quo minor eſt dubitatio,ſed in aliis dic vt ſequitur ibi, (ſed
hoc ex dignitate.) recollige hanc materiā ſic, q ſi patet ex volū
tate teſtōris expreſſa de quib.ſenſerit.illi ſtatur p ll. allegatas in
prin.gl.magnæ.ſi non cōſtat de expreſſa, recurratur ad tacitā,
q̄ colligitur coniecturis,& iſtæ pn̄t eſſe multiplicis gn̄is, primo
enim loco inſpiciuntur verba eius pcedentia,vel ſequentia, qa
ſi de legitimis & naturalibus mentionē fecit,de illis tm̄ intelli-
gitur,cū ſimplr̄ dixerit ſine liberis, p l.qui filiabus.de leg j. & ſi
de naturalib.de illis tm̄ intelligeret,non attenta qualitate per-
ſonarū, ſint in dignitate,uel non,per l.ſi ſeruus plurium.§.fi.de
leg.j ſi ex hoc non poteſt apparere, tunc inſpicit̄ an verba ſint
6 directa † ad perſonā q̄ non poterant habere legitimos,& natu-
rales,ut ad furioſum,qui nō pōt hr̄e matrimoniū, & intelli-
geretur de naturalibus tm̄,ēt ſi teſtator eſſet in dignitate ſti-
tutus,p l.hæredib.j.eo.ti.& ibi vide,& vide quod ibi not. Barto.
qn̄ referuntur ad conſtitutū in ſacris, qui nō pōt hr̄e legitimos
& naturales,qualiter intelligatur?Idē dico ſi referantur ad illū,
qui tpe teſtamenti habebat naturales,& teſtator hoc ſciebat,vt
in exemplo qd̄ hic ponitur de libertino & liberto, & in gl. quæ
7 incipit[dn̄s manumiſit Stichum.] † & econuerſo ſi referantur
ad perſonā,quę habebat legitimos & naturales ex vxore viuen
te, vt intelligatur ſenſiſſe de legitimis & naturalibus tm̄,& q nō
cogitauerit q vxor & filij moriantur,& habeat concubinā, qa
iſta eſſet triſtis cogitatio.Si aūt referantur ad perſonā, q̄ nec ha
beat naturales,nec legitimos,nec matrimoniū, qd̄ cōtingit ut
plurimū qn̄ ad perſonā incertā, tunc eſt recurrendū ad dignita
tem loquentis,& illius in quem verba diriguntur, quia ſtitu-
tus in dignitate non cenſetur ſenſiſſe de liberis naturalib.tm̄,cū
maius ſit dedecus talib.q eorū bona deueniant ad baſtardos,q̄
alijs plebeijs & iſte eſt cōis intellectus huius tex.Mihi,vr̄ q hoc
intelligatur de dignitate & nobilitate,q̄ habeat ſignoriā, & ca-
ſtra,& iuriſdictiones, de quib.eſt maius dedecus,q perueniant
ad baſtardos,& maius prçiudicium ſubditorum: quia ſolēt eſ-
ſe vitioſi,non ſic puto in ſimplicib.nobilib. habentib. priuatū
patrimoniū,vn̄ in nobilib.Venetis non crederē hunc tex. habe
re locū,ſed eſſe idē ius,qd̄ in alijs,& hoc ī ſimili habui de facto
nam in priuilegijs Caroli Imperatoris patris iſtius Moderni,cū
concedebat alicui poteſtatem legitimādi, apponebat exceptis
filiis Comitū,& Marchionū,& Baronū,ac nobiliū dūtaxat ex-
ceptis.Quæritur an talis Comes poſſit legitimare filiū natura-
lem vnius nobilis Veneti, vel Florentini non habētis ſignoriā,
a ſeu caſtra,& iuriſdic.tenui q ſic,quia de talibus non cenſetur [a]
ſenſiſſe ſed de ſimilib.his,quos ſ.expreſſerat,cū talia ſint ſubie-
cta qualia pdicata demonſtrant,vt l.fi.§.cui dulcia.de tri.vino et
oleo leg.et l.iij.in prin.de fun.inſtru.multi ēt ſunt nobiles, ha-
bentes caſtra & ſignorias,qui non hn̄t aliud nomen, puta Co-
mitis,Marchionis,vel Baronis,& de illis cenſetur Imperator ſē
ſiſſe,non de priuatis,cum multi reperiantur pauperes,& nō eſt
dedecus ſi eorum bona deueniant ab baſtardos,ceſſantib. autē
omnibus iſtis nō dr̄ ſtare de intentione teſtatoris expreſſa vel
tacita,iō recurritur ad proprietatē verborū,& de proprio ſigni
ficatu vocabuli,cū iſta verba filii vel liberi, ſint a iure naturali
inuenta,non a poſitiuo,comprehendunt quoſcunque natura
les,dūmodo iure non reprobatos,vt hic,& l.tutelas.de capit.di-
8 mi.¶†Sed quid ſi iſta verba referātur ad mulierē, ut ſi quis in-
ſtituit filiā & ſi deceſſerit ſine liberis,ſubſtituit Titium? Archi-
diaconus in c.ſi pr̄.de teſta.in 6.ſuper verbo liberis, vr̄ dicere q
intelligatur de quibuſcunq; liberis nō ſolū naturalibus, ſed ēt
ſpuriis & vulgò conceptis, niſi ſit mulier illuſtris, cū oēs tales
poſſint ſibi ſuccedere,vt l.ſi qua illuſtris.C.ad orfici.cū ibi not.
& Inſti.eo.§ cōmodiſſimè,qd̄ mihi vr̄ abſurdiſſimū, nā multò
maius dedecus eſt mulierib.hr̄e baſtardos, q̄ marib. & magis
abhorrendū,vnde puto q pr̄ nullo mō videatur ſenſiſſe niſi de
legitimis & naturalibus,cū ſibi ēt mortuo redūdaret maximū
dedecus,ſi filia haberet tales,& daretur ſibi materia delinquen
di,& pr̄ plus abhorret in filiis,quàm in ſeq. l. iſti qdē, qd̄ metus
cā.Idē vr̄ in quacunque muliere extranea, & aliud in ſucceſſio
ne inteſtati,in qua ſolū conſideratur intentio legis:aliud in ver
bis teſtōris,in quib. conſideratur intētio eius. Cætera uide hic
9 p Bar.qui multas format qōnes circa hanc materiā. † Et no. q
quatuor ſunt genera filiorū,naturales tm̄,vt concubinarū, na-
turales & legitimi, vt vxoris,legitimi tm̄,vt adoptiui:ſpurij, vel
inceſtuoſi,ut ſacrarum virginum,& conſanguinearum. c. libe-
ri.xxxij.q.quarta.inſtit.de adop.in prin.

ADDITIO.

a ¶Nō cenſetur. Adde ergo q ſi aliqui haberent merum & mixtum imperiū
in aliquo loco,vt habemus nos de Laud.ī Caſtro Lādriani & Vidigulti q
vocamur capitanei,& facerēt huiuſmodi ſubſtitutionem, q nō intellige
retur de naturalib.& comes Palatinus nō poſſet filios eorum legitimare.

---

1 *Filii ſuſcepti in deportatione faciunt deficere conditionem ſi deceſſerit ſine liberis,ita demum ſi fuerunt concepti ante deportationem, ſecus ſi poſt ſic primo caſu proficiunt fiſco,ſecundo non.*

2 *Quando quis eſt grauatus reſtituere hæreditatem poſt mortē ſuam,ſi deportatur,vel in metallum damnatur,licèt habeatur pro morto,non tamen dicitur extare conditio fideicommiſſi,ſed expectatur mors naturalis,& interim bona ſunt apud fiſcum,& an fiſcus cum reſtituet,detrahere poſſit trebellianicam.*

3 *Quòd illa verba ſi deceſſerit ſine librris,vt hic,debeāt intelligi de ſuſceptis durante ſtatu grauati.*

*Concepti, q habeantur pro natis.*

4 *Si grauatus fuit bannitus de ciuitate,an habebit locum iſte §.& an talis bannitus æquiparetur deportato.*

1 **§.Ex facto.** ¶†Fili ſuſcepti ī deportatione faciūt de
ficere cōditionē ſi deceſſerit ſine liberis,
ita demū ſi fuerunt cōcepti ante deportationē,ſecus ſi poſt.Et
2 ſic primo caſu proficiunt fiſco,ſecūdo non.h.h.† Et not. q qn̄
qs eſt grauatus reſtituere hr̄ditatē poſt mortē ſuam ſi deporta
tur,vel ī metallum dānatur,licèt habeatur p mortuo,vt l.ſi ne
cē.§.ſi deportatus.de bo.lib.non tn̄ dr̄ extare dō fideicōmiſſi,
ſed expectat̄ mors naturalis,& interim bona ſunt apud fiſcū,vt
l.Statius.§. Cornelio.de iure fiſ. & ſic non tm̄ operat̄ mors ci-
a uilis, a quantū naturalis hoc caſu,vt l.cum pr̄.§.hr̄ditatis.de leg.
ij.ēt ſi tpe deportationis,nullos filios habebat natos,vel in vte-
ro vxoris.Si aūt poſtea ſuſcipiat,& cum illis decedat,an illi ſub-
ſtitutū excludant,diſtingue,vt hic,primo caſu cū ſunt concepti
ante deportationē, excludunt,& ſic proficiunt fiſco, non ſibi:
quia bona remanent apud fiſcum.Nec ob.oppoſitio glo. quia
poſtq̄ ſibi nō proficiunt,non deberent fideicōmiſſario nocere,
quia non ſequitur,cū faciāt deficere di.ſub qua fideicommiſ-
ſarius vocatus eſt,vt l.filiusfa.§.cum quis.de le.j.& in authen. li
cet.C.de natu.lib.In ſecundo qn̄ poſt non faciūt deficere, & ſic
fideicōmiſſarius aduocat a fiſco in quē trānſiuerunt cum one
re fideicōmiſſi,vt ſ.e.l.Marcellus.§.fi.remanente tn̄ trebelliani-
ca,& ēt legitima(qn̄ eſſet de liberis teſtōris) penes fiſcum, quæ
remanſiſſet penes eū ſi deportatus nō eſſet ſicut remaneret pe
nes eius hr̄dem, vt l.q̄q̄. C. ad l. Falc. iſti tn̄ licèt concepti &
nati poſt deportationē,ſunt legitimi,& naturales,quia per de-
portationē matrimonium non ſoluitur,vt in l.j.C.de diuor.nō
3 tn̄ ſuccedunt patri pp confiſcationē.¶†Et no.in fi. q illa verba
ſi deceſſerit ſine liberis, debent intelligi de liberis ſuſceptis du-
rante ſtatu grauati, ideo ſuſcepti mutato ſtatu per deportatio-
nē,non cēſent̄ eſſe illi de quib.teſtator cogitauit.Itē nota,q cō
cepti hn̄r p natis.nā ſicut nati ante depotationem faciūt cōdi.
deficere ita & concepti,& ſic concordat cum l.qui in vtero. de
ſta.ho.licèt gl.ſignet p ria:& ſi grauat[9] decederet antequā na-
4 ſcerent̄,deficeret dō.vt l.iubemus.ante fi.C.eo. ¶†Vltimò re-
perit̄ hic vnū dcm̄ Iac.de Are.ad qd̄ ſemper remittit̄,quia quæ-
rit,quid ſi grauatus fuit bannitus de ciuitate,(nā hodie deporta
tione nō ſunt in vſu,ſed talia bannimenta ſic,)an habebit locū
iſte §.& qō ſtat an talis bannitus æquiparetur deportato.Gl.In
ſtit.quib.mod.pa.ſol.§.relegati.tenet q ſic,ſi eius bona applicā
tur,Doc. vn̄r nō conſiderare publicationes bonorū,ſed an poſ
ſint offendi ex forma ſtatuti,& tunc equiparentur,aliàs nō. qa
primo caſu perdunt oīa bn̄ficia ciuitatis,ex quo bellū eis indi
citur,ſecundo non.dicit tn̄ Iaco.de Are.quē oēs ſequuntur, q
talis bannitus æquiparatur deportatio quantū ad pdendū bn̄fi
cia ciuitatis ſuæ.non quantū ad pdendū bn̄ficia iuris cōis, ſicut
deportatus perdebat ciuitatē Romanā,& oē bn̄ficia iuris ciui-
lis Romanorū, nō aūt iuriſgētiū vn̄ poterat facere ct[9] iuriſgē.
vt l.ſi tibi mādauero.§.is cui[9] bona.ſ.mādati.nō ergo pōt teſta
b ri ſm̄ formā ſtatutorū ſuæ ciuitatis [b] ſi fortè ſufficerent tres te-
ſtes in teſtamentis,ſed ſecundū ius cōe ſic;& iō in talib.non hēt
locū iſte §.qa hic qd̄ dr̄ eſt de iure cōi Romanorū,non de iure
municipali,iō ſi dcederet poſt cū liberis cōceptis poſt bānimē
tū,illi;liberi facerēt deficere conditionē fidecommiſſi, & bona
remanerēt penes fiſcū.Et ex theorica Ia.d Are.multę qōnes ſol
uit̄,& ex ea Bar.multas q.ſoluit in qōne q̄ incipit, Lucanę ciui-
tatis,vbi multa bona dixit habito fundamento ab iſto dicto.

ADDITIONES.

a ¶Mors ciuilis. An Mors ciuilis operetur idē quod naturalis? vide Oldr.
conſi.cclxxxiiij.Ancha.conſi.ccclxxxxvj.

b ¶Ciuitatis. Adde latè eundem Pau.conſi.xxxii.

---

1 *Per deportationē nō perditur facultas eligendi perſonam data a teſtatore, ſed per dampnationem in metallum ſic.*

2 *Religioſus alicuius religionis quæ poteſt habere in communi, poteſt eſſe arbitrator, & quid ſi non poteſt habere in communi.*

1 **§.Si quis rogatus.** †Per deportationē.n̄ pdit̄ facul
tas eligēdi pſonā data a teſtōre,
ſed

ſed per damnationẽ in metallũ ſic.h. d. quia primo caſu ſtatus non eſt omnino annihilatus, cum conſiſtat in duob.ſ. in ciuitate, & libertate, & per deportationem perdit̃ ciuitas, & nõ libertas, ideo penes eum remanet iſta facultas facti, ſed per damnationem in metallum perditur vtraq;. In caſu aũt præcedentis §. non eſt dña inter deportatum & damnatum in metallũ: qa vtrobiq; eſt eadẽ rõ.ſ. mutatio ſtatus, ꝗ ibi conſiderat̃ quo ad liberos: hic aũt quo ad eum cõſiderat̃ annihilatio totalis, vel nõ
2 totalis.† Et eſt arg. ꝙ religioſus alicuius religionis, quę poteſt ha
a bere in cõi, poſſit eſſe arbitrator:[a] quaſi ſtatus eius non ſit omnino annihilatus, ſed ſi non poteſt habere, vt in fratre minore, ſecus, quaſi pro mortuo omnino habeat̃. Et hoc quantum ad temporalia, ſed quo ad pias cauſas vr̃, ꝙ quilibet iſtorũ ſit capax, vt ſi relinquã pauperib. eligendis, vel nominandis ꝑ Titiũ, vt quãcunq; iſtarũ religionũ ingrediatur, non perdat facultatẽ
b noĩandi,[b] quia licèt ſit mortuus mundo, non tñ Deo. immo magis viuit, vide Bar. in lib. minoricarum, & adde quod dixi ꝑ iſtum tex. in l. vnum ex familia. de leg. ij. in prin.

ADDITIONES.

a ¶Arbitrator. Adde Ancha. conſ. pe.
b ¶Nominandi. Adde Ancha. conſ. 200. Soci. conſi. xi.

1 *Sine liberis dicitur deceſsiſſe, qui liberos ſuperſtites nõ relinquit, licèt eos habuerit.*
2 *Subſtitutus qui dicit aliquem, cui fuit ſubſtitutus, deceſsiſſe ſine liberis, & ſic filium primo mortuum eſſe, ꝙ habeat intentionem ſuam fundatã, niſi contrarium appareat.*
3 *Quando præſumatur pater prius deceſsiſſe quàm filius.*
4 *Subſtitutus pupillariter, ſi dicit filium deceſsiſſe in pupillari ętate, & ſic locum eſſe ſubſtitutioni, matre vel alio ab inteſtato veniente contrariũ aſſerente, cui incumbat onus probandi.*
5 *Qualitas adiuncta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi.*
6 *Si quis fuit grauatus ſi deceſſerit ſine liberis, an ſit locus ſubſtitutioni ſi deceſsit cum liberis, ſed liberi poſtea deceſſerunt ſine liberis, dic ꝙ nõ, quia ſubſtitutio fuit extincta.*

1 **§. Si quis autem.** † Sine liberis dr̃ deceſſiſſe, q liberos ſuꝑſtites nõ reliqt, licèt eos habuerit. h. d. Et ponit tres caſus. Primo, qñ diuerſis tp̃ib. deceſſerũt, & ɔſtabat ꝙ primo liberi, & poſtea grauatus, vſq; ibi. (ſed ſi naufragio.) Secundus caſus eſt, qñ eodẽ tp̃e, ſputa eodem naufragio, vel ruina, & conſtabat idem, ꝙ primo filius ſpiritũ emiſerat, poſtea pr̃, vel conſtabat ſimul, non prius vnus ꝗ alter, vſq; ibi, [aut igitur.] ita ɔcludit, & poſtea ponit aliũ caſum, qñ non conſtabat qs eorũ prius deceſſerat, & conſtabat tñ ꝙ filium ha
2 buerat, & ꝙ ambo mortui erant. † ſed dr̃ in fine vnum ſingulare, qđ alibi non reperitur, ꝙ ſubſtitutus q dicit illum deceſſiſſe ſine liberis, & ſic filium primo mortuum eſſe hẽt intẽtionem ſuã fundatã, qa hoc p̃ſumitur, niſi ɔ̃rium appareat, & eſt valde ſingulare dcm̃. videbatur ɔ̃rium, poſtꝗ iſte ſubſtitutus agit, & petit fideicommiſſum, & fundat ſe in negatiua. nam hẽt neceſſe dicere, ꝙ fideicommiſſum extitit, qa ille deceſſit ſine liberis, aliàs ineptè ageret, & poſtꝗ ita eſſet, videbatur ꝙ hẽret ꝓbare hanc negatiuã, ꝑ ea ꝗ no. in l. hoc iure. de verb. obl. ꝑ Bar. & per Inn. in c. ſuper his. de accu. & tñ ɔ̃rium hic dr̃, qa ſufficit hic narrare, vt ſic aptè dicatur agere, & aduerſarius q dicit oppoſitum, habeat neceſſe ꝓbare, ꝙ prius deceſſerat pater, & poſtea filius, nec ſufficit ſibi articulare, & probare, ꝙ ille grauatus habuit fi
3 lios, niſi ẽt probet, ꝙ ſuperuixerunt patri. ¶† In gl. magn. ibi. [l. qui duos. §. qui cum in bello.] ille §. de directo ɔ̃dicit fini huius §. ꝙ in dubio pr̃ p̃ſumit̃ deceſſiſſe anteꝗ̃ filius, & ſic ꝙ deceſſerit cum liberis, & iſte tex. vult ɔ̃rium, ꝙ videat̃ conditio extitiſſe, & ſic ꝙ deceſſerit ſine liberis, gl. intelligit illum §. qñ ɔſtat ꝙ filius erat pubes, iſtum aũt text. qñ conſtabat, ꝙ erat impubes, q præſumitur mortuus ante patrem, vt l. allegata in gl. quæ ſolutio eſt diuinatio. vbi verò dat aliam ſolutionẽ, qđ eſt ſpeciale hic, ne fideicommiſſum intercidat; ſecus in alia materia. iſta ſolutio eſſet bona ad ɔ̃rium, quod primo feci, quia licèt ſubſtitutus agat, & fundet ſe in negatiua, non hẽt neceſſe illam probare, rr̃ ſecus, vt no. in l. locis. ſ. alleg. Quantum aũt ad ɔ̃rium de illo §. Bar. dat ibi aliam ſolutionem, ꝙ ibi loquit̃ qñ conſtabat, ꝙ pr̃ & filius moriunt̃ eodem tempore. ſ. eodẽ naufragio, vel ruina, vel bello, & non conſtabat quis primò emiſit ſpiritum, & tunc diſtinguitur inter pupillum, & maiorem pupillo. Iſte aũt finis qñ mortui ſunt diuerſis temporibus, quo caſu indiſtinctè ſi aliud non appareat filius p̃ſumitur mortuus ante patrem, vt hic, quod eſt ſingulare, ſed iſta ſolo vr̃ ɔ̃ iſtum tex. quia ſ. in ver. [ſed ſi naufragio.] loquitur qñ eodem tp̃e, & iſte finis vr̃ referri ad iſtũ ver. Dic ſuſtinendo Bart. ꝙ immo non refert̃, ſed mutat caſum qñ diuerſis temporib. & ꝙ verſi. p̃cedens debet intelligi qñ ɔſtabat, ꝙ filius erat primo mortuus, vel ſimul mortui ſunt ita, ꝙ non prius vnus ꝗ alter; ſi tñ eſſet dubium, hr̃et locum l.
4 ɔ̃ria, & præcedens diſtinctio. † Sed quid in pupillari ſubſtituto dicente filium deceſſiſſe in pupillari ætate, & ſic locũ eſſe ſubſtitutioni matre vel alio ab inteſt. veniente ɔ̃rium aſſerente, cui incumbat onus probandi? Reperio Bar. cõſuluiſſe. (fauore ſubſtitutionis.) ꝙ intentio ſubſtituti ſit fundata eo ipſo, ꝙ ſic aſſerit, per iſtum tex. ſingularem, quia non minus eſt fauorabilis, ꝗ̃ fideicommiſſaria, immo plus, ſed Bar. in quodam ſuo conſilio, de quo Bal. non facit mentionem, tenet ꝙ incumbat agenti. vñ ſi ſubſtitutus poſſidet, & mr̃ agat, ipſa probat, vt l. ij. de probat. ſed quare ẽt hic non diſtinguitur, immo ẽt ſi agat ſubſtitutus, incumbat ſibi onus probandi; ſed ſufficit ꝙ aſſerat grauatũ deceſſiſſe ſine liberis? Rñdeo, quia fundat ſe in negatiua, ſed ſub
5 ſtitutus in affirmatiua. ¶† Vltimò opp. ɔ̃ primum dictũ qa ſufficit grauatum habuiſſe filios, licèt non durauerint. l. ſi quis hæredem. C. de inſti. & ſubſti. Sol. ſi ſubſtitutio eſſet facta ſub ɔdi. ſi liberos nõ habuerit, fateor ɔ̃riũ, ſed ſi fuit facta ſi deceſſerit ſine liberis; vnde requiritur, ꝙ habeat tempore quo decidit, vt euaneſcat ſubſtitutio, qa qualitas iuncta verbo, intelligitur ſm
6 tp̃s verbi, vt l. in delictis. §. ſi extraneus. de noxa. † Sed pone, deceſſit cum liberis, ſed poſtea liberi deceſſerunt ſine liberis, an ſit locus ſubſtitutioni? Rñdeo non, quia ſubſtitutio fuit extincta, vt hic patet in ver. [aut igitur] licet in contrarium faciat auth. ſed & ſi quis. C. de ſecun. nup. & ibi Cy. in fi. format hanc qõnem in ſimili, & non allegat iſtum tex. Sed Io. An. in add. Spe. de teſta. in §. in primis. in vltima qõne ſic decidit, & allegat illam l. ſi qs hr̃dem. C. de inſt. & ſubſt. & ĩ, eo. l. hr̃dib. & C. quando di. le. ced. l. cum vxori. nec ob. illa auth. quia loquitur in caſu valde ſpeciali, & contra vim verborum in re merè poſitiua.

1 *Verbum hæredibus, in condi. appoſitum reſtringitur ad filios.*
2 *Liberorum vel filiorum appellatio, an aliquando comprehendat etiam extraneos hęredes.*
*Quando in defectum venientium ab inteſtato venit fiſcus, an ipſe dicatur hæres defuncti.*
3 *Sicut quando iſtud verbum hæredibus, ponitur in conditione, reſtringitur ad liberos, ne ſequatur inconueniens ꝙ conditio nunquam exiſtat, an ita quando apponeretur in diſpoſitione, ſi ſequeretur inconueniens, ꝙ ſumeretur pro extraneis hęredibus.*
4 *Quid in conceſsione emphyteuſis, feudi, vel precariæ.*

1 **§. Si quis ita.** ¶† Verbũ hr̃dib. in ɔdi. appoſitũ reſtringitur ad filios. ad hoc allegatur. ¶ In tex. ibi, [fidei tuæ filii cõmitto.] dic, ſed quid ſi iſta ſubſtitutio fuiſſet facta extraneo ſub iſta cõdõne? Vr̃ aliud, qm̃ ad deſcendentes illius extranei non cenſet̃ teſtator habuiſſe affectionẽ, ideo verba eius non vñr reſtringenda ad illos, ſed ſm ꝓprium ſignificatum intelligenda, qui eſt, ꝙ applõne hæredum continent̃ ẽt extranei hæredes, vt l. ſciendum, & l. hr̃dis appellatio. de verbo. ſig. in ɔ̃rium facit tex. in fi. dũ dicit. [cum quidam ſine liberis,] & ſic vr̃ extendere ad alium caſum qñ extraneis fuit facta. Item ꝑꝑ rationem gl. & Doc. qa dñt, ꝙ rõ huius tex. eſt quia conditio dẽt ſe hr̃e ad eſſe, & non eſſe, ſed ſi intelligeretur, generaliter in hæredibus quibuſcunq;, nunꝗ̃ hr̃et ſe ad eſſe, ſed ſemper ad nõ eſſe, quia nunꝗ̃ decederet ſine hærede, & ſic nunꝗ̃ eſſet locus fideicommiſſo, quod teſtator non cenſetur voluiſſe pro qua ratione facit tex. in c. coram. de offi. deleg. ante fi. ibi. dum dicit, qa
2 id raro, &c. & iſta pars vr̃ verior. ¶† In tex. ibi. [de liberis.] dic ſic econuerſo. aliqñ appellatio liberorum vel filiorum lata eſt, vt extraneos hęredes comprehendat de ritu nup. l. libertum. §. j. ¶ In gl. ibi. [cum ſaltem fiſcus ſit hæres.] Not. iſtam gl. ꝙ quando in defectum venientis ab inte. venit fiſcus. ꝙ ipſe dr̃ hr̃s defuncti. in contrarium facit, quia tunc deſinit eſſe hr̃ditas, & incipiũt eſſe bona vacãtia, & fiſcus venit potius, vt ſucceſſor vl̃is, ꝗ tanꝗ̃ hr̃s. hinc eſt ꝙ ſi apprehendat bona, non tenetur vltra vires hr̃ditatis, vt l. j. §. an bona. de iure fiſci. quod non eſſet ſi eſſet propriè hr̃s, & ad hoc l. inter eos. in fi. de fideiuſſo. cũ ibi not. & hæc eſt veritas, licet gl. ſic dicat, ſed habuit reſpectum, ꝙ aſſi
3 milatur hr̃di. ¶† In gl. ibi. [& eſt ſecundum hoc] dic, intentio gl. eſt iſta, ꝙ ſicut qñ iſtud verbum hr̃dibus, ponitur in ɔditione, reſtringit̃ ad liberos, ne ſequatur inconueniens ꝙ cõditio nunquam exiſtat. ita qñ apponeretur in diſpoſi. ſequeretur inconueniens, ꝙ ſumeretur pro extraneis hæredibus, vt in conceſſione emphyteuſis, feudi, vel precariæ. nam intentio concedentis cum ex toto non abdicet a ſe dominium, immo retinet directum, cenſetur fuiſſe, vt aliquando vtile conſolidetur cum directo propter defectum hæredum, & hoc non poſſet contingere ſi intelligeretur de quibuſdam hæredibus, ideo reſtringitur ad
4 liberos. † Breuiter eſt dicendum, ꝙ in feudo hoc eſt verũ, cùm non tranſeat ad extraneos hæredes de ſui natura, ſed ad liberos tantum, ſi ſimpliciter fuiſſet conceſſum alicui, non facta mentione de hæredibus, vel de liberis: vt in c. j. §. qui verò. Conradus qui feud. da. poſ. ideo ſi fiat ſibi hæredibus ſuis, intelligitur ſe
a cundum naturam feudi de liberis maſculis, & non fœminis, niſi dicatur expreſsè maſculis, & fœminis,[a] & tunc primo venirent maſculi, & in eorum defectu venirent fœminæ, vt in tit. de alie. feudi. §. j. iuncto tit. de eo, qui ſibi vel hæredibus ſuis maſculis, & fœminis. In emphyteuſi verò ſi quidem eccleſiaſtica,

ADDITIO.

a ¶Et fœminis. Limita ſingulariter, niſi feudum ſit cõceſſum a fœmina. quia tunc tr̃ãſit ad fœminam propter partem ſexus ſecundum Anch. cõſi. 84.

ca,ſimiliter reſtringitur ad liberos maſculos,vel fœminas,& in
hoc differt a feudo,vt in Auth.de nõ alie.§. emphyteuſim . vbi
ita ſuccedunt fœminæ ſicut maſculi.ſed ſi non eſt eccleſiaſtica,
tranſit ad quoſcunq; hr̄des,ẽt extraneos, & iſtud verbũ hæredi
bus,gñaliter ſumeretur,& ſm̃ propriũ ſignificatũ,vt no.in Spe.
de locato §.nunc verò aliqua,ver.113.vbi omnino vide , maxi-
mè in fi.cũ ver.ſeq.& quod no.Bal.in auth.ſi quas ruinas. C. de
ſac ſan.ec.quicquid dicat iſta gl.quæ gñaliter vr̃ loqui, & dicere
ꝯtrium. Nec ob.ratio primo facta,quia per aliũ modum poteſt
dominium vtile conſolidari cũ directo pp̄ non ſolutam pẽſio-
nẽ, vel alienationẽ factã ſine voluntate concedentis.¶In ſi.glo.
ibi,[reſpondeo deficit ꝯditio.] Tenet ergo iſta glo.ꝙ non requi
ratur,ꝙ ſint hr̄des,licèt fuerint nominati per verbum hæredib.
ſicut ſi fuiſſent nominati per verbum liberis, quo caſu non re-
quireretur,ꝙ eſſent hr̄des,vt l.filiusfa.§.cũ quis. de leg. j. dum-
modo potuerint eẽ ſi voluiſſent, vel potuerint facto teſtatoris
eos exhæredantis ſm̃ Doc. licèt ibi glo. dicat ꝯtrarium . Sed ſi
non potuerunt eſſe ex diſpoſitione legali, vt quia erat deporta-
tus, vel frater minor, tunc ſecus,ut ibi not.Bart.quia nõ faceret
deficere condi.ꝯ cuius dictũ facit §.ſi quis rogatus.s̃.ea.l.& Bar
to.de illa non meminit.& dic vt ibi dixi.hic verò Bar. vel habe-
bat gl.corruptã,vel non perpendens de eo, quod glo. voluit di-
xit glo.velle, ꝙ ſint hæredes,ad hoc vt excludant ſubſtitutũ, qđ
ipſe fatetur verũ ſi fuerint nuncupati per uerbum hæredibus,
vt hic erat,& ſic vtrunque requiritur, ꝙ ſint liberi , & hæredes ,
ſecus qñ per verbum liberis,& pro hoc quod no. idẽ in l. vt iu-
riſiuran.§.ſi liberi.de ope.liber.& Bal. in l. liberti liberteque. C.
eo.tit quia dicunt ꝙ qñ conceditur emphyteuſis alicui pro ſe,
& eius heredibus,vel liberis,& hæredibus,duo requiruntur,ut
poſſit ſuccedere,ꝙ ſint de liberis,& ꝙ ſint hr̄des ꝑ §.emphyteu-
ſim in Auth.de non alie.ſecus ſi pro ſe & liberis,quia tunc ſuf
ficeret, ꝙ eſſent de liberis,ut idẽ Bar.tenet in l.quod dr̃. de ver-
bo.obl.& Bal.plenè in d.auth.ſi quas ruinas.ſed iſta glo.vult ex
preſsè ꝯtrium,& ego cogitaui vnũ,quod alibi non reperies , ut
dicamus ꝙ iſtud verbum hr̄dibus,ponitur ſolum ſine verbo li
beris,& ex natura cõceſſionis vel actus reſtringitur ad liberos ,
& ſufficiet,ꝙ ſint liberi,licèt non hæredes. Glo.eſt hic ordinaria
quæ etiam poteſt intelligi in terminis præcedentis quæſtionis,
ſed ſi poneretur cũ verbo liberis,ut concedo tibi,& liberis tuis
& heredibus,tunc ut verbum heredibus, aliquid operetur, re-
a quiritur ꝙ ſint heredes, & liberi. [a] quia concedens copulando
iſtas qualitates cenſetur ambas requiſiuiſſe, ſed in caſu prece-
denti,verbum hr̄dibus,ſatis operatur ꝙ exponitur pro liberis,
hic verò non poteſt exponi , cum de liberis expreſſim fecerit
mentionẽ,& habeo nunc iſtũ caſum de facto,nec vnq̃ iſta cogi
tatio quæ videtur veriſſima, venit mihi in mentem, niſi nunc ,
& per eam limitantur dicta Bar.& Bal.in locis prælleg.nec ille
§.in quo ſe fundant, probat contrarium, ſi benè inſpiciatur.

A D D I T I O.

a ¶Et liberi, Adde Ang.cõſi.315.& habetur in l.quod dicitur.de verb.obl.
copioſè.& vide Ang.conſi.81.vbi ponit an ſi ſtatutum dicens lucrũ do-
tis maternæ filio acquiri acquiratur etiam heredi.

2 *In fideicommiſſum vniuerſale quãdo veniant fructus percepti & nu.1.*
3 *Quid ſi non erant percepti,ſed pendentes.*
4 *Quid ſi non erant percepti,nec pendentes,ſed percipi potuerunt per hæ-
redem.*
5 *Feudum,vel emphyteuſis defuncti, an veniant in fideicommiſſum vni-
uerſale.*
6 *In legatarijs particularibus,vel fideicommiſſarijs,an fructus ad eos per
tineant.*

L E X  VIII.

1 **IN fideicommiſſariam.** † In fidei
cõmiſſũ
vniuerſale non veniunt fructus percepti per hr̄dem
poſt aditã hereditatẽ, niſi fuerit hr̄s in mora, vel ni
ſi fuerit ſpecialiter grauatus de ipſis reſtituendis , quia non di-
cuntur res hereditariæ, ſed hæredis, & in tali fideicõmiſſo non
ueniunt niſi res hæreditariæ. ꝯputantur tñ in quartã.h.d. vſque
ad §.ſi legatum,& primo ponitur una regula uſque ibi [niſi, ]
ſecundo ponitur duplex exceptio,vſq; ibi, [planè ] tertio ponit
limitatio ſecundæ vſque ibi,[quoties,]quarto ponit eius ratio
ſatis notanda. Circa regulam notandum eſt, ꝙ poteſt intelligi
in trib.caſibus. Primus, qñ fideicõmiſſum erat conditionale. Se
cundus,qñ erat in diem , & dies erat appoſitus fauore grauati
hæredis,non fauore fideicommiſſarii, & utroq; caſu dicuntur
fructus percepti iudicio teſtatoris,& hẽt locum iſta regula, &
etiam limitatio, de qua in verſic.[planè.] Tertius põt intelligi,
qñ fideicõmiſſum erat purũ & fideicõmiſſarius erat negligẽs
petere ſibi reſtitutionẽ ſaltem uerbalem fieri, quo caſu diceren
tur percepti negligentia non petentis,& de rebus hæredis, qm̃
ante reſtitutionem uerbalem non ſunt fideicõmiſſarij, ſed hæ-
redis,& habet locum regula, non tñ limitatio poſita in uerſic.
[planè.] quia tunc non computantur in quartã, ut hic in gloſ.
per l.mulier.§.ſi heres.j.eo.† Si aũt reſtitutio uerbalis eſſet fa-
cta,licèt fideicõmiſſarius negligeret petere ſibi fieri reſtitutio-
nem realẽ: nihilominus fructus tanq̃ percepti ex rebus fideicõ
miſſarij uenirent reſtituendi, ſicut percepti ex rebus ſpecialiter
legatis,ut l.Herennius.s̃.de uſu.ſm̃ Ang.& benè. Item habet lo
cum regula in fructibus perceptis poſt aditam hæreditatẽ per
hæredẽ,vel aliũ eius nomine. Si verò ante aditam hæreditatem
fortè per curatorẽ datum bonis,vel per ſeruum hereditarium
illi venirent indiſtinctè reſtituendi,nõ haberet locum regula ;
quia dicuntur hereditarij,qm̃ effecti ſunt ipſius hæreditatis , q̃
vicẽ perſonæ defuncti repreſentat,& hoc patet j.eo.l.ita tñ.§. j.
in fi.& multò magis ſi fuiſſent percepti per teſtatorem , & tem-
pore mortis ſuę in hereditate reperti ut no.gl.in l.quod his ver
bis.in prin.s̃.de leg.3.in j.gl.& in hoc differt fideicommiſſarius
vniuerſalis a particulari,quoniam ad particularem non perti-
nent fructus rei legatæ percepti viuente teſtatore, ut l. quæſitũ.
§.j.de legat.j.vel etiam ex hr̄ditate iacente, quia tunc non ſunt
percepti ex re legatarii,ſed in vniuerſali hoc non conſideratur,
ſed ſolũ ꝙ ſint res hereditariæ,cũ oẽs illæ veniãt in fideicõmiſ-
ſo. Percepti autẽ poſt aditam hæreditatẽ nõ poſſunt dici res hæ
reditariæ, quia deſiit eſſe hæreditas per aditionem , ſed dicũtur
hæredis,licèt percepti ex rebus,quæ quondam fuerunt hæredi
tariæ,& hoc vult dicere ver [quoties,]& quæ erant ipſius hære
3 dis ante factam reſtitutionẽ nimirũ ſi ſunt ſui.† Quid aũt ſi nõ
erant percepti,ſed pendebant? glo. hic iſtũ caſum omittit , ſed
in l.in fideicõmiſſi.in prin.s̃.de vſur.dicit eos indiſtinctè venire,
tanq̃ ſint pars rerũ quæ reſtituuntur, quod ego puto verum, ſi
erant pendentes tempore mortis teſtatoris, quia tunc perinde
eſt ac ſi fuiſſent percepti per eum, ſed ſi fuerunt ſati per hære-
dẽ,& tempore conditionis,vel diei aduenientis,& reſtitutionis
fiendę erant pendentes,dicuntur heredis, ac ſi fuiſſent collecti
per eum,& idem dicendũ eſt de eis,quod de iam perceptis, ut
4 adhibeatur diſtinctio gl.† Itẽ quid ſi non erãt percepti,nec pen
dentes,ſed percipi potuerunt per heredem? Rñdeo illi non ve
niunt niſi propter moram heredis,ut l.apud Iulianum.§. 1. de
lega.1.Itẽ iſta l.loquitur in fructibus naturalibus, uel induſtria
libus. Quid in acceſſionibus merè ciuilibus,vt in vſuris,& pen-
ſionibus? dic vt j eo.l.poſtulãte.§ ſed & in huiuſmodi. ¶In tex.
ibi,[ſpecialiter.] No.hoc verbũ.nam oportet,ꝙ ſpecialiter gra
uet ipſum de fructibus reſtituendis,ſecus ſi generaliter vt reſti-
tuat quicquid ad eum ex bonis, vel ex hereditate eius peruene-
rit,ut eſt caſus not.in d.l.quod his verbis.niſi eſſet appoſita di-
ctio geminata quantacũque pecunia, vt j.eo.l.baliſta. ¶ In tex.
ibi,[in quartam imputantur] dic ẽt in debitum a defuncto ip-
ſi hæredi, ut s̃.ad l.Fal.l.quod de bonis.§.quod auus, & in qua-
ſi debitũ, vt j eo.l. mulier. §. cũ proponeretur. & in quamlibet
aliã detractionẽ, quę veniret fienda de legatis , puta quia tran-
ſcenderent vires hæreditatis, nã ſupplẽtur ex fructibus iudicio
teſtatoris ꝑceptis vt j.eo.l.ita tñ.§.hæres ex aſſe. & idez ſi aliqua
dãna in rebus hr̄ditariis obueniſſent,quia ſupplentur ex fructi
bus ꝑdictis, vt j.eo.l.ſcribit Celſus.in fi.& ibi ꝑ Bar.in d.l.baliſta.
riũ eſt,& poteſt ſe vno verbo expedire adeũdo hæreditatẽ. s̃. de
2 iud.l.de eo.¶†In tex.ibi,quia non hic. Not. arg.ꝙ habenti vnũ
officiũ põt dari aliud,per quod non diſtrahitur a primo; nã iſta
dicuntur compatibilia,ſecus ſi diſtraheretur,vt not. in l.ſi plu-
res s̃.de pac.¶In tex.ibi,[& licet deliberare.] i.non recuſat ſim-
pliciter,quia tunc poſſet cõpelli adire & reſtituere, vt in princi
pio,ſed dicit ſe velle deliberare an dicta hrđitas ſibi expediat,&
tunc vult adire ſuo periculo,an non expediat, & tunc vult adi-
re periculo fideicom.Certè hoc non obſtante ꝑꝑ periculũ, qđ
eſt ne fideicõmiſſum pereat ſi moreref hrđitate nõ adita,p̃t ſta
tim compelli adire,poſtea dabitur tp̃s ad deliberandũ anteq̃ re
ſtituat,vt hic,& j̃.eo.l.oẽs.Et ſi deliberabit ſibi expedire ſi fidei-
cõmiſſarius,eã vult ſibi reſtitui,gaudebit commodo quartæ, ſi
nollet eã habere,nõ cogeretur fideicõ.ſicut ſi hæres ſponte adi-
uiſſet,quia tunc ſuo periculo adiuiſſet,non fideicõmiſſarii, ſed
ſi deliberat ſibi nõ expedire,cogeť fideicõ.recipere, & hr̃s ꝑdet
quartã,& poterit ẽt ſibi fideicõmiſſarius dare tempus ad deli-
berandũ anteq̃ adeat s̃.eo.l.ſed & ſi alio.§.j.¶In gl.ſuper verbo,
[Iudicium.]ibi.[adire & reſtituere.]ſemper allegatur iſta glo.ꝙ
vtrumq; iſtorũ expediatur iudicis officio, quod eſt verum qñ
eodem officio compellitur ad vtrunq;.ſ.ad adeundum,& reſti-
tuendum.ſed ſi ſpontè adiuit, ad reſtituendum datur actio ex
teſtõ,vt no.C.eod.l.ex ea ſcriptura.Idem ſi fuiſſet coactus adire
tantum,& non reſtituere, vt in caſu huius l. quando dixit velle
deliberare. ſub. qñ fideicommiſſum eſſet conditionale l. apud
Iulianum §.Antiſtia.s̃.eo.nã adueniente conditione ageť actio
ne ex teſtamento vt reſtituat ſecundum Docto.

§.Si quis bona. Fideicõmiſſum vniuerſale poteſt
relinqui per verbũ bona, ſicut per
verbũ hæreditas.dummodo oĩa mandentur reſtitui, vel ſimpli
citer,quia intelligitur de omnibus, dic vt s̃.eo.l.cogi.in prin.

§. Si filiofami.vel ſeruo. Filiofam.vel ſeruo
põt fieri reſtitutio
hrđitatis,ẽt nõ p̃cedente iuſſu patris vel domini, & valet dum-
modo poſtea pater ratificet.h.d.Nõ ſic in aditione hrđitatis, in
qua reqriť iuſſum p̃cedere,aliàs non valet,nec poſſet ratificari,
ſed eſſet fiẽda de nouo,& prior ratificatio hr̃et vim iuſſus.l.ſi qs
mihi bona.§.iuſſũ.de acq.hæ.ſed hic nõ expedit, ꝙ fiat de no-
uo,tñ ſi pr̃ vel dñs nõ ratificaret,ꝑ nõ facta hæreť iure iſto, quo
eis q̃rebať hrđitas,& inuiti nõ erant cõpellendi ſe obligare. ho
die ſecus in filio,qa ſibi acquireretur.l. cum non ſolum. C. de
bo.quæ liber.rationem diuerſitatis inter aditionẽ & reſtitutio-
nem dic vt in illo §.iuſſum.& j̃.eod.l.ſeruo inuito.

§.Multum intereſt. Si penes hæredẽ remanet
quota pars hęreditatis pro
ſua quarta,p̃t a creditorib. hrđitariis,ꝑ quarta pte ꝯueniri.ſecus
ſi remanet certa res,vel quãtitas,dic vt no.s̃.e.l.j.in fi.in vlt.gl.

§.Si princeps hæres. Princeps inſtitutus, & de
reſtituendo grauatus,non
ſolet retinere quartã vel facere ſibi ſuppleri, & hoc ex liberali-
tate quæ debet vigere in eo,ſed ſi vellet,poſſet, qa non dẽt eſſe
deterioris conditionis,q̃ alii, cum etiam nolit eſſe melioris in
his quæ ſunt de ordinata poteſtate,& niſi in caſib.a iure expreſ
ſis.l.digna vox.C.de legi.& l.ex imperfecto.C.de teſt.

1 *Si ſeruo hęreditario relinquitur hęreditas ſub conditione,vel in diem, poteſt hæredem compellere ad adeundum ante conditionis euentum, ſecus econuerſo ſi libertas ſub conditione,& hæreditas pure.*

2 *Pendente conditione fideicommiſſi,quando non poſſit cõpelli hęres adire.*

3 *Non eſt quis compellendus dare libertatem contra voluntatem defuncti, ſed ſi vult,poteſt,ſi eſt domiuus ſerui.*

## LEX XXXI.

1 SI cui purè. †Si ſeruo hæreditario relinquiť hæ
reditas ſub ꝯditione vel in diẽ, põt
hrđẽ cõpellere ad adeundũ ante ꝯditionis euentũ, ſe-
cus ecõuerſo ſi libertas ſub cõditione, & hrđitas pu-
re.rõ diuerſitatis,qa primo caſu adita hrđitate fit liber,& habi-
litať ad hrđitatem recipiendã.Scđo caſu nõ,ne prius conſequať
libertatẽ,q̃ teſtõr voluit,vt hic dr̃, & ſi dicať quare in primo ca-
ſu fit ꝯ̃ voluntatẽ teſtõris,q noluit & hæret hrđitatem ante cõ-
ditionis euentum,tñ petit cõpelli & reſtitui anteq̃ eueniat?Rñ-
deo ſi non eueniet cõditio,hr̃ aditio ꝑ non facta, & bona aſſi-
gnantur creditoribus,vt in l.apud Iul.§.Antiſtia.s̃.eo.& ſic nihil
reſultabit ꝯ̃ voluntatem defuncti,quia hęreditatẽ non habebit,
ſicut noluit defunctus,ſed in ſecundo caſu ſi conſequereť liber
tatẽ ante cõdõnẽ,vel diẽ,non poſſet cõdõne non eueniẽte re-
tractari,& ſic reſultaret aliud ꝯ̃ volũtatem defuncti, ꝙ haberet
2 libertatẽ,cũ defunctus nollet.¶ †Opp.ꝯ̃ primũ dictũ,ꝙ pendẽ-
te conditione fideicommiſſi non poſſit hr̃s compelli.l.ita tñ. §.
a patre.ibi,[primũ qa ſub conditione &c.]s̃.eo.Solu. verum eſ
ſet ſi eſſent duo inſtituti,& vnus grauatus ſub conditione de re
ſtituendo,& alter adiuiſſet,quia non eſt periculum, ꝙ fideicõ-
miſſum pereat.hic qñ vnus tñ erat inſtitutus, vt in §.Antiſtia.
quo caſu compellitur adire,ſed reſtituere non,ſi nõ vult,ſi vult,
poteſt,& erit reſtitutio facti, vt ibi no. ¶ Item opp. de l.cogi. §.
ſed ſi ſeruo.s̃.eo.Sol.ibi,in ſeruo hæredis, hic in ſeruo teſtõris,
vt in §.fi.illius legis.¶Item op.j̃.eo.de l.non eſt cogendus. Sol.
hic ab codẽ libertas & hæreditas fuit relicta.ibi ab vno libertas,
ab alio hæreditas,quo caſu quid iuris?dic vt dixi.in d.l.cogi.§.fi.
3 ꝑ hæc ſunt expeditæ j.& ij.gl.¶†Vltimò opp. ꝯ̃ finẽ. q vr̃ velle,
ꝙ ꝯ̃ voluntatẽ teſtõris non p̃t dari libertas, & ſi deť, non valet.
d.l.ſeruus.§.qui fideicõ.de hær.inſti.& de dolo.l.ſi filius. Glo.ſe
inuoluit.dic ergo ꝙ non eſt quis compellendus dare libertatẽ
ꝯ̃ voluntatem defuncti.ita loquitur hic,ſed ſi vult, poteſt, ſi eſt
dominus ſerui,& valet datio, vt in contrariis.

§.Si ſub conditione. †Inſtitutus ſub cõditione
ptãtiua de reſtituẽdo gra
uatus,cõpelliť illè implere ſi ꝯſiſtat in faciẽdo,ſi aũt in dãdo,fi
deicõmiſſarius dẽt eã implere ꝑ hrđe & ẽt primã, ſi eſt factũ,
qđ ꝑ eũ p̃t expediri.h.d.ſed ſi nõ poſſet expediri, qa cõcerneret
ꝑſonã hrđis,vt ſi ꝯ̃xerit cũ tali nuptias,nõ p̃t impleri ꝑ fideicõ.
Sed an inuitus hr̃s cõpellať implere,iniuſtũ eſſet, qa nullũ in-
cõmodũ debet ſentire.s̃.eo.l.qa poterat.iõ eſt remittenda,ſicut
qñ eſſet turpis.j̃.eo.l.facta.§.ſi in dãda.ne graueť,& fideicom. fa
cto hrđis recuſantis implere priuareť hrđitate.ad hoc.s̃.eo.l.ſed
ſciendũ.in fine.& vide ibi quod no.per Bar.¶In tex. ibi, [ſi fa-
cti.]ſub.facilis,vt ſi aſcenderit capitolium,tunc cõpellitur expli
care,ſi aũt non facile,aut eſt explicabile ꝑ alium, vt ſi fecerit ſe-
pulchrũ, vel capellam,& fideic.debet facere ſuo ſumptu, ſicut
cõdõnem dandi debet implere.¶In fi.§.[non pertinent.ſ. vt cõ
dõnẽ cogat implere, qa non poteſt,ſed nec etiam ante condi-
tionis euentum,vt s̃.eod.l.ſed & ſi alio.in fi.cum l. ſeq.

1 *Rogatus reſtituere quantamcunque pecuniam, quæ peruenerit ad eum de hæreditate, tenetur etiam fructus reſtituere, ſecus ſi ſine illa dictione, quantamcunque.*

2 *Ex fructibus perceptis iudicio teſtatoris ſupplentur damna contingentia in rebus hæreditarijs ante diem fideicommiſſi cedentis.*

## LEX XXXII.

1 BAliſta filium. †Rogatus reſtituere quãtã
cunq; pecuniã,q̃ ꝑuenerit
ad eũ de hrđitate,teneť ẽt fructus reſtituere,ſecus ſi
ſine illa dictione,quantãcunq;.h.d.cũ ſeq.Hoc ergo
operatur illa dictio geminata, iuncta cum verbo pecunia,& al-
terum ſine altero hoc non operaretur,vt patet in l. ſeq. de ver-
a bo pecunia.& in l.his verbis.de leg. iij. de dictione geminata[a],
quicquid,neutra poſita. Dicitur etiam aliud in l.ſequen. quod
2 eſt notabile. † quòd ex fructibus perceptis iudicio teſtatoris
ſupplentur damna contingentia in rebus hæreditariis ante diẽ
fideicõmiſſi cedentis,per quod minueretur fideicommiſſum,
ſic

ADDITIO.

a ¶Geminata. Adde vltra ea quæ hẽs in locis vulgarib.ꝙ vbi aliàs requiriť
monitio ad conſtituendũ quẽ in mora ſi teſtator bis præcipit,non requi-
ritur monitio ſm Soc.conſi.cxxxiii.Itẽ adde Sig.conſi.clxxiii.ꝙ licèt ap-
pellatione fratris veniat ſoror,l.tres fratres.ſupra de pac.tamen vbi eſt ge
minatio huius verbi fratris,non venit ſoror.Item adde ꝙ literæ gemina-
tæ habent vim motus proprii.Item conceſſio geminata habet vim clauſu
læ ex certa ſcientia,Item adde ꝙ geminata cõfeſſio nõ p̃t prætextu erroris
reuocari,ut uoluit Lu.Ro.conſ.346.& not.ꝙ licèt geminatus actus plus
operetur quàm ſimplex,ut uoluit etiam Fran.de Are.conſ.lxxiiii.tamen
conſenſus geminatus non tollit remediũ.l.2.de reſcin.uen.ut uoluit Soc.
conſ.137.& de gemina.uerborum uide etiam per Ant.But.conſi.xix.

ſic etiam ſuppletur quod eſt vltra vires relicti.ſ.eo.l.ita tamen.
§.ex aſſe.& quod erat detrahendũ pro debito,vel quaſi.l. qđ de
bonis .§.quod auus.ad l.Fal.& l.mulier.§.cum proponeretur.ſ.
eo.reſiduum quod ſupereſt hęres lucratur.ſ.eo. l. in fideicom-
miſſariam. quæ per prædicta multum limitatur,& reſtringitur.
¶In tex.ibj.[pecuniam]ſub. & etiam quantamcunq; , nam ſo-
lùm verbum pecuniam,hoc non operaretur,vt j.l. proxi.

---

1 *Si fideicommiſſum relictum eſt de portione vltimi moriẽtis omnibus mor*
*tuis niſi fideicommiſſarius probet quis vltimè ſit mortuus , nihil poteſt*
*petere .*
2 *Dictio,quis quando ponitur diſtributiuè,quòd proprie non verificetur ni*
*ſi in vno .*
3 *Statutum ſi dicat quòd brauium detur primo venienti, & duo ſimul ve-*
*niunt an neuter debeat habere .*
4 *Si facta eſt ordinatio,ꝙ qui primo ceperit banderiam inimicorum,uel pri*
*mo aſcenderit muros,habeat tantum,& duo ſimul ceperunt, vel aſcen-*
*derunt an vterque habebit integram ſummam.*

LEX XXXIIII.

1 CVm qui. †Si fideicommiſſum relictum eſt de
portione vltimi morientis omnib.
mortuis,niſi fideicommiſſarius probet quis vltimò
ſit mortuus,nihil poteſt petere.h.d.Et poteſt proce-
dere tribus modis. Primò qñ diuerſis temporib.& locis mor-
tui fuerunt,nec ſciebatur quis primò vel vltimo. Secundo qñ
eadem ruina,& ſimiliter ignorabatur quis vltimò emiſerit ſpi
ritum. Tertio qñ conſtabat,ꝙ ſimul emiſerunt & ſic nullus pri
mo q̃ alter,& his caſibus fideicõmiſſarius ꝓꝑ incertitudinẽ ni-
hil poteſt petere,quia intentio teſtõris non fuit,ꝙ haberet niſi
vnam partem.ſ.vltimi , & hic ignorat̃ quis primò mortuus ſit
in primis caſib. In vltimo ſcit̃ ꝙ nullus vltimo loco. i. poſt oẽs
mortuus eſt.Ergo ignoratur quam partem petere poſſit , iõ ꝓꝑ
dubium vitiat̃ fideicommiſſum.l.ſi fuerit.de reb.dub. in princ.
¶In gl.ibi,[vel ibi pupil.hic fideicommiſſa.] hæc vera iuncta cũ
p̃cedente,nam cum pupillaris extendatur ad omnia bona im-
puberis,facta vltimo morienti ex pluribus impuberibus fratri
bus,ſi conſtaret qui primo,& qui vltimò mortuus eſſet,ſubſti
tutus in hæreditate vltimi reperiret ẽt hæreditates primorũ,eo
quia cũ eſſent fratres,& deceſſiſſent inteſtati in pupillari ætate,
neceſſariò qui vltimo remanſit ſucceſſit primis,& hoc totũ cẽ
ſet teſtõr cogitaſſe,& per ꝯñs voluiſſe ad ſubſtitutum ꝑuenire
hr̃ditates omnium,licèt non ſubſtituerit niſi vni.ſ.vltimo mo-
rienti. Si ergo non conſtat qui primo,& qui vltimò , imo ẽt ſi
conſtat,ꝙ omnes ſimul mortui ſunt in pupillari ætate, & non
primo vnus q̃ alius,ſubſtitutus vocatur ad hæreditatẽ cuiuſli-
bet,tanq̃ cuilibet fuerit ſubſtitutus,& ſic principaliter.l.q duos.
de vulg.& pup.& hoc duplici ratione.prima, qa non repugnat
proprietas verborũ.nã quilibet p̃t dici vltimus quem nullus ſe
cutus eſt,ſicut p̃t dici primus,quem nullus præcedit . Secundo
concurrit voluntas teſtatoris qui voluit omnes hæreditates ꝑ-
uenire ad ſubſtitutum ex perſona vltimi , licèt non directò ; tñ
nunc peruenient directò ꝓꝑ præcedentem rationẽ hic loquit̃
in fideicommiſſa.ſubſtitutione,quæ non trahitur ad omnia bo
na,ſed ad illa,in quibus facta eſt.ſi ergo eſt facta vltimo moriẽ
ti in ſua parte,vt hic fuit,ſi cõſtaret quis vltimo eſſet mortuus,
poſito ꝙ portiones aliorum ad ipſum deueniſſent,non tñ ſub-
ſtitutus haberet niſi partem vltimi.Si ergo non apparet quis vl
mò;aut dices ꝙ habeat partem omnium,& hoc dici non p̃ot,
qa eſſet contra voluntatem defuncti.l.ſi cui pure.in fine prin.ſ.
eo.aut ꝙ vnam tantum.ſ.vltimi morientis,& tunc habet neceſ
ſe oſtendere q̃ ſit illa,& hoc nonpoteſt,& ſic ſuccumbit. Sed ſi
poneremus,ꝙ eſſet facta in portionibus omnium,quia dicit,ſi
oẽs moriantur ſine liberis , ſubſtituo vltimo morienti in tota
hæreditate Titium,tunc cenſetur voluiſſe, ꝙ partes priorum
deueniant ad vltimum,de vltimo ad Titium , aliter ad ipſum
peruenire non poſſet,vñ videntur inuicem tacite ſubſtituti. l.
Titia.la ij,§.Seia de l.ij.ideo dicerẽ ꝙ ſi non conſtaret quis pri-
mo.& quis vltimò eſſet mortuus,ſubſtitutus vocaretur directò
ad portiones omnium,acſi omnibus eſſet ſubſtitutus,qa eſt ea
dem rõ,q̃ in pupillari,qa voluntas teſtatoris non repugnat, er-
2 go &c.vt l.ab omnibus.de leg.j.¶†Sed tunc oppo. ꝙ nec in ſi-
deicommiſſis directò admittatur ad partem omnium,quia di-
ctio,quis,qñ ponitur diſtributiue,non verificatur niſi in vno. l.
ſi fuerit. de reb,dua.vnde ſi dixit ſubſtituo ei,q vltimò moriet̃,
non eſt ſubſtitutus niſi vni.vnde ſi ſimul morientur , non p̃ot
dici,ꝙ debeat admitti ad portiones omnium. Sol. verum eſt de
proprietate verborum ,& ẽt de volũtate defuncti,ſi alias nõ ap-
pareret de contraria voluntate.ſed hic apparet rationibus præ-
dictis,ꝙ voluit portiones omnium ad ſubſtitutũ deuenire me-
diante perſona vltimi,qñ conſtaret quis eſſet vltimus . Si ergo
non conſtat admittitur recta via,tanquam ſubſtitutus omnib.
ſed qñ non conſtat,ꝙ voluerit ad ſubſtitutum peruenire por-
tiones omnium,habet locum opp.per quam fortificatur deci-
ſio de qua hic,vt ad nullam admittatur, tum quia teſtator vo-
luit vltimam tantum deuenire,& non conſtat quæ ſit illa, tum
quia noluit ſubſtituere,niſi vni,propter oppoſitionẽ prædictã,
& nõ ꝯſtat qs ſit ille.& non p̃t venire tanq̃ ſubſtitutus pluribus
3 ꝓꝑ oppo.prædictam.†Ex his patet intellectus iuriũ quæ allegã
tur in gl.Et inducuntur prædicta ad q. de currentibus ad bra-
uiũ.Si ſtatutum dicit ꝙ detur primo venienti,& duo ſimul ve-
nerunt,ꝙ neuter debet habere,quia ſtatutũ non voluit , ꝙ hr̃t
niſi vnus,ideo debet recurri,& ita ſeruatur.Et dicit Ang. ꝙ ad
nouum curſum admittunt̃ oẽs illi,qui primo cucurrerunt , ex
quo primus curſus hr̃ pro non facto, ſed alii de nouo non ad-
4 mittantur,quia non venerunt in termino.†In ꝯ̃riũ facit qđ no.
Bar.in l.hoc art.de hær.inſt.in q.illa,ſi facta eſt ordinatio,ꝙ qui
primo ceperit banderiam inimicorũ,vel primo aſcenderit mu
ros,habeat tantũ,& duo ſimul cęperunt,vel aſcenderũt. vterq;
habebit integrã ſummam.& ſi eſſet ſpecies danda, daret̃ vtriq; ,
& eſſet cõis.¶Sed poteſt dici aliud eſſe in dictis terminis , quia
ſtatutũ non intẽdit excludere pluralitatẽ,qa intendit inducere
ad actũ,q eſt vtilis reipubli.ſecus in q.brauij,quia potius inten
dit excludere pluralitatẽ,qa non eſt actus tẽdẽs ad vtilitatẽ,ſed
a potius ad honorẽ,& honorabilius eſt,ꝙ vnus hẽat.[a] Ex prædi-
ctis reprobatur ſeq.opinio.gl.quę vult ꝙ ideo hic excludit̃ ſub
ſtitutus,quia ſuberat mater,quę filiis ſuccedebat ipſius fauore,
ſed ſi non ſubeſſet,admitteretur,quę ſol.nõ eſt bona, licèt Dy.
eam teneat,quia ꝯ̃ rõnes prædictas,& contra intentionem te-
ſtõris,& vim verborũ.¶In ſi.gl.ibi,[ ſed alius eſt caſus. ] qa ibi
ſubſtitutio erat facta certæ,& determinatæ perſonæ ſi deceſſe-
rit ſine liberis,& ille deceſſerat,& cõſtabat ꝙ liberos habuerat ,
tñ erant mortui,& ignorabatur quis primo , vnde ſubſtitutus
habet intentionẽ fundatã eo ipſo ꝙ probat ꝙ ſine liberis de-
ceſſerit.hic erat facta ꝑſonæ incertæ,& in portionẽ incerta,quę
non fuit poſtea certificata,ideo propter dubium excluditur.

ADDITIO.

a ¶Vnus habeat. Adde Fulg.conſi.cxiiii,

---

LEX XXXV.

CVm heres. †Per bonorũ poſſeſſionẽ acce-
ptã a curatore furioſi ꝯfirmat̃ ſi
deicõmiſsũ furioſo iniunctũ,& p̃t fieri reſtitutio, &
trãſeunt iura,licèt furioſo non eſſent acq̃ſita, vel ſal
tẽ nõ in effectu.h.d.notabiliter in hoc vltimo.Et dñt Docto. ꝙ
hic eſt vnus caſus , in quo hodie eſt neceſſaria bonorũ poſſeſ-
ſio,licèt regulariter ꝯ̃ ſ m Iac.de Are.vt no.in l.certũ. C. vñ cog.
Præmitte,ꝙ furioſus nõn p̃t adire hr̃ditatem ſibi delatã, qa nõ
hẽt intellectũ,nec curator p̃t adire,quia debet adiri per illũ,cui
delata eſt,non per alium,licèt fallat in tutore infantis,& in pa-
tre.l.ſi infanti.C.de iure delib. in hoc tñ furioſus , & eius cura-
tor nõ cõparant̃ infanti.p̃t tñ ꝑ curatorẽ peti bonorum poſſeſ-
a ſio,per quam [a] acquiritur adminiſtratio facti, ſicut per hr̃dem
cõditione pendente,ſi tñ furioſus decedit in furore , dicta bo-
norũ poſſeſſio ad irritũ decidit,nec tranſmittitur ad hr̃dem.l.ſi.
§.tali.de cur.furto.ꝓꝑ hoc antiqui gl.dixerunt ꝙ potius eſt facti
q̃ iuris,licet Azo dixerit ꝙ eſt iuris,& acquiritur furioſo,& iu-
ra in eius perſona radicantur, licèt morte diſſoluant̃. quã opi.
Ange.hic ſequitur per illam l.ante ſi.verſi. ſi aũt ipſe reſipuerit.
vbi dicit,ꝙ per mortẽ ſeparat̃ hr̃ditas a ſua ſubſtantia,ergo fuit
coniuncta quicquid ſit,ſiue dicamus,ꝙ ſit meri facti, ſiue ꝙ re
ſoluatur.erat dubiũ vtrũ per eam confirmaret̃ fideicõ. vniuer-
ſale,& poſſet fieri reſtitutio,per quã ꝑfectè fideicõmiſſario iura
quęrerentur,& irreuocabiliter,& videbatur ꝙ nõ, ꝑ regulã , ꝙ
nemo p̃t plus iuris &c.l.alienatio.de contrah.emp.ꝯ̃riũ deter-
minat iſta lex.facit in ratione ſui.l.cogi.§.hi q ſolidũ.ſ.eod.

ADDITIO.

a ¶Quam & fideicommiſ.vel ſubſtituto furioſi reſtituit ſecundum Bal.in
l.certum.C.vnde cog.x.col.

---

1 *Per Trebellianum non tenetur hæres poſt reſtitutionem in obligationibus*
*contractis per eum occaſione rerum hæreditariarum , ideo non tenetur*
*reſtituere,niſi fideicommiſ.caueat de conſeruando eum indemnem ad-*
*uerſus tales obligationes .*
2 *Hæres antequàm reſtituat ꝙ poſſit facere compromiſſum ſuper rebus vel*
*iuribus hæreditarijs,& fideicommiſſarius teneatur habere ratũ, tanquã*
*bene fecerit,ſicut poteſt alia facere quę concernunt adminiſtrationem ,*
*cum ſit dominus pleno iure .*
*Compromittere,quòd reputetur leuis culpa non lata .*

LEX XXXVI.

1 CVm hæreditas. †Per Trebellianũ ñ tenet̃
hr̃s poſt reſtitutionẽ in o-
bligationibus ꝯ̃ctis per eũ occaſione rerũ hæredita-
riarum,iõ non tenet̃ reſtituere niſi fideicõmiſ.caueat
de conſeruando eum indemnẽ aduerſus tales obligationes. h.
d.no.¶In tex.ibi.[reſtituta eſt.] i.venit reſtituenda, poſtq̃. n.ver
bo eſſet reſtituta nõ exacta cautione a fideicõ. hæres remane-
ret implicitus obligationibus per eum contractis, vt j. circa fin.
ibi(& tamen &c.iſta autem l.intendit prouidere hęredi anteq̃
reſtituat etiam verbo, vt nõ teneatur reſtituere niſi pręſtita cau
tione per fideicom.nec ob.ꝙ hęres eſt ſecurus facta reſtitutio-
ne.ſ.eod.l.j.ibi.[ſublata eſt &c.] quia iſtud in obligationibus co
tractis per defunctum , non in contractis per ipſum occaſio-
ne rerũ hr̃ditariarum, iõ aduerſus illas eſt defendendus, vt fidei
com. promittat ſoluere quicquid illarũ occaſione hæres vtili-
ter

ter geſſerit,quia fecit quod diligens paterfa.feciſſet,ſecus ſi cul
pa poſſet imputari.l.mulier.§.ſed etenim.ſ.eo.Nec obſt.ꝙ de-
beat ſaltem verbaliter reſtituere,ꝓ ſua cautione,q̃a poterit res
retinere abſque eo ꝙ grauet fideicõ. quia dicit Iuriſcõ. ꝙ hoc
ſemper non poſſet fieri,quia poteſt eſſe.ꝙ ĩ hæreditate nõ erãt
corpora,ſed oĩa erãt in nominibus.Vnde ſi fieret reſtitutio ver
balis ſine cautione, poſſet fideicõmiſſari⁹ agere ꝯtra debitores,
& hæredi nõ eſſet cautũ,ſed ante reſtitutionẽ nõ poteſt agere.
2 ¶ † In tex.ibi[compromiſſum [a] eſt &c.] No.tex.ſingularẽ,ꝙ hę
a res antequàm reſtituat poteſt facere cõpromiſſum ſuper reb⁹,
vel iuribus hæreditariis,& fideicõmiſſarius tenetur ratũ habe-
re tanquam benè fecerit, ſicut põt alia facerę,quæ concernũt
adminiſtrationẽ,cũ ſit dñs pleno iure,& fideicõmiſſarius tenẽt
omnia ratificare,facit de re iudi.l.ex cõtractu.& l.ſi poſt.de con
ſtituta pecun.Sed in cõtrarium facit,q̃a non facit diligenter cõ
promittere.l.ſi dictũ.§.ſi cõpromiſero.de euic.Sol.ibi in ꝯtractu
emptionis & vẽditionis,vbi venit leuis culpa, & cõpromittere
reputatur leuis culpa,ſi poterat effugere , hic loquitur in hr̃de
rogato, q nõ tenetur niſi delata.d.l.mulier,§.ſed etenim. & face
re cõpromiſſum,nõ eſt culpa lata,caſus eſt hic,vel dic ꝙ nec eſ-
ſet leuis culpa,ſi ex forma ſtatuti poterat compelli, vel ſi pote-
rat appellari,ſicut a ſententia iudicis,quia nõ reputatur ad cul
pã propter aliud,niſi quia de iure nõ poteſt appellari l.j de ar
bi.iuncta l.minor xxv.de min.ſm Ang.& benè. Per hanc l.dicit
Bart.ſe cõſuluiſſe,cũ quidã hæres ceſſiſſet omnia iura cuidam,
quæ habebat vt hr̃s in hac hæreditate,in hac ceſſione nõ com-
prehenduntur actiones,quas hr̃s cõtraxiſſet occaſione rerũ hr̃-
ditariarũ,vt ſi poſt mortẽ accepiſſet fideiuſſores a debitoribus,
ſed ſolũ venirẽt actiones quæſitæ per defunctum, quia illas ha-
bet vt hæres.ſed primus habet vt ipſe , ſit ergo cautus ceſſiona-
rius,ꝙ in inſtr̃o faciat apponi oẽs actiones,quas habet occaſio
ne rerũ hæreditariarum. Adde ad hanc l.j̃.eo.l. Lucius.§.penul.

A D D I T I O.

a ¶Compromiſſum.Intellige ſecundùm Ang.hic etiam in arbitratorẽ, cũ
ante reſtitutionẽ ſit dominus & plenus adminiſtrator. facit l. præſes. C.
de tranſ.c.& vide eundem in conſil.xxxi.maximè in vltimis uerbis.

1 *Reſtitutio poteſt fieri re & verbo expreſſe & tacite per patientiã.Itẽ ex*
*vtraque parte,tam reſtituẽtis,quàm fideicom.poteſt interuenire ꝓcura*
*tor,põt etiã fieri reſtitutio per nuntium , vel epiſtolam inter abſentes.*
2 *Generalis quaſi poſſeſſio alicuius territorij apprehenditur per vnum actũ*
*iuriſdictionis,quem quis facit quantum ad omnes alios,ſi eo animo fa-*
*cit vt omnes acquirat.*
3 *Ad hoc vt fideicommiſſarius ius habeat in hęreditate,requiritur reſtitu-*
*tio,nec prius poteſt agere contra debitores hæreditarios .*
4 *Reſtitutio hæreditatis poteſt fieri procuratori habenti ſpetiale mãdatũ.&*
*tunc iura via recta in fideicommiſſarium tranſeunt nec momento reſi-*
*dent penes procuratorem.*
*Quid in procuratore in rem ſuam?*

LEX XXXVII.

1 Reſtituta. † Reſtitutio põt fieri re & verbo ex
preſsè & tacitè per patientiã. Itẽ ex
vtraque parte tã reſtituẽtis,quàm fideicõ.põt inter
uenire procurator, põt ẽt fieri reſtitutio per nuntiũ
2 vel epiſtolã inter abſentes.h.d.¶†In text.ibi,[vel aliquas earũ .]
facit iſte tex.ad ea quæ no.Inno.ĩ cap.dilectus. de capel. mona.
vbi dicit ꝙ gñalis quaſi poſſeſſio alicuius territorii apprehẽdit
per vnũ actũ iuriſdictionis,quẽ q̃s facit quantũ ad oẽs alios ,[a]
a ſi facit eo animo vt oẽs acquirat , & licèt ſint plures partes iu-
riſdict.quia quædã cõcernunt merũ , quædã mixtũ imperium,
quædam ſimplicẽ iuriſdic.exercendo circa iuriſdictionẽ, acqui
rit ẽt quantũ ad criminales ẽt merũ imperiũ,dicens ꝙ oẽs par
tes iuriſdictionis ſunt cõnexæ,& faciunt vnũ totũ,nõ ſic ſi exer
ceret in perſonas certas,vel in vno populo animo quęrẽdi quo
ad alios,quia perſonæ ſunt diſtinctæ.vnde nõ extẽditur ad alias
3 perſonas.dic vbi.¶ † In tex.ibi , [ ſed & ſi poſtea ratũ habuerit.]
quia hæres a principio ignorauit.vñ non põt dici fuiſſe paſſus,
ſed cũ ſciuit,tacuit,vel expreſsè ratũ habuit.Et collige ex hac l.
ad hoc vt fideicõmiſſarius ius habeat in hæreditate , requiritur
reſtõ,& prius nullũ ius habet,nec poſſet agere cõtra debitores
hæreditarios,vt colligitur ſ.l. proxi ibi nẽpe &c. per hoc aliàs
feci irritari quendã proceſsũ,q̃a fideicõmiſſarius cui poſt mor-
tẽ hæredis relicta erat hæreditas,mortuo hærede ſtatim dixit ſe
adire hęreditatẽ illius defuncti,& fecit ſe immitti in tenutã bo
norũ,ac ſi eſſet directò inſtitutus,& in hoc errore vidi plures ꝓ
curatores eſſe tã Florentię,q̃ Bononiæ,nã dixi ꝙ iſta erant ine-
ptè facta,q̃a ad eũ nõ ſpectabat adire,q̃a iam erat ꝑ hęredẽ adi
ta,nec poterat capere tenutã,niſi facta reſtitutione ꝑ hr̃dẽ hęre
dis,ad quẽ pertinet.j̃.eo.l.q̃uis.§.j.In quibuſdã tñ locis ſunt ſta-
tuta,ꝙ non requiratur reſtõ,ſicut etiã de iure cõi ſunt caſus ali
qui,in quibus non requiritur reſtõ.nã nec tũc debet adire,nec
vt hęres petere tenutã,poſſet tñ tolerari vt reſoluatur aditio in
acceptationẽ fideicõmiſſi,& illud verbũ hr̃s,intelligatur.ſ.vtilis
4 l.ſi filiusfa.ſ.quod cum eo.¶†In tex.ibi,[ſed & ſi.]no.ꝙ reſtitu-
tio hæreditatis poteſt fieri procuratori habenti ſpeciale mãda
tũ,quia cũ obligetur dñs,nõ cadit in gñali mandato,& tũc iura
recta via in fideicõ.trãſeunt.nec momẽto reſident apud procu
ratorem.l.qui ita.§.j.j̃.eo.& ibi no.licèt regulariter ſecus. l.poſ-
ſeſſio.§.& ſi poſſeſſio.j̃. de acquir.poſ. Procuratori verò in rem
ſuã non põt fieri vt apud eũ iura remaneant.l.ſi mulier.§.ex aſ
ſe.de iure do.Dicit tñ Ang.ſ.eo.in l.apud Iulianũ.§.vtrũ.ꝙ ꝓcu
rator ĩ rẽ ſuã, vt ceſſionarius cui fideicõ. ceſſit oĩa iura, bñ põt
petere vt cedẽti fiat reſtitutio ad cõmodũ ceſſionarii , licèt nõ
poſſit peterę vt fiat ſibi.d.§.ex aſſe.& ita dicit obtinuiſſe. Boñ.

A D D I T I O.

¶Adde latè Rom.conſ.ccclix.Abb.conſi.lxxi.Soci.conſi.iii.

1 *Solus pupillus ſine tutore non poteſt facere nec recipere,ſimiliter nec ſo-*
*lus tutor ſine pupillo,niſi ſit infans,ſed debet fieri per pupillũ cum au-*
*thoritate tutoris,non tamen ipſi tutori.*
2 *Tutor non poteſt cedere actionem pupilli,quia per ceſſionem fit ſeparatio*
*iurium vtilium,& tamen poſſet fieri per procuratorem habentem ſpe-*
*ciale mandatum.*

1 §. Pupillus. †Solus pupillus ſine tutore nõ põt facerę
nec recipere , ſimiliter nec ſolus tutor ſi-
ne pupillo,niſi ſit infans,ſed debet fieri per pupillũ cũ authori
tate tutoris, non tñ ipſi tutori.h.d.vſque ad l.q̃uis.Et ſic eſt idẽ
in reſtõne hr̃ditatis actiua & paſſiua,quod eſt in aditione, quia
tutor nõ poteſt adire pro pupillo,niſi ſit infans , nec ſolus pu-
pillus,ſed debet pupillus cũ authoritate tutoris l. potuit. C. dę
iure deli.& l.pupillus.& l.impuberibus. de acqui. hæred. ſecus
bonorũ poſſ.ſm quã ſolũ tutor accipere põt.l.ſi ſeruus.§.impu
bes.& l.tutor.& l.ſi pupillo.de bo.poſ.quia plus facti habet bo
norũ poſſeſ.quia requirit aditionẽ iudicis , q̃ habeat reſtitutio.
Alij etiã contractus pñt fieri per tutorẽ,& obligatur pupillus ſi
cõtrahit ſuper negotio pupilli,& acquirit pupillo.l.poſt mor-
tẽ.qñ ex fac tuto.& l.cũ qui.§.ſi actori.de conſt.pecu. q̃a nõ ſic
concernunt perſonã,ſicut aditio,& reſtitutio hæreditatis, quæ
debet fieri per inſtitutũ,nõ per aliũ,debet fieri fideicõmiſſario
nõ alteri.ſed quare põt fieri procuratori ſimplici.ſ.prox.non tu
tori,qui habet maiorẽ poteſtatẽ? Rñdeo,imo non maiorem in
hoc,quia procuratori non põt fieri, niſi habeat ſpeciale mãda-
tũ ad hoc:ſed tutor habet mandatum a lege,& primũ eſt potẽ
2 tius.¶†Vltimo no.tex.ibi,[quia nec mandare.] ꝙ tutor nõ põt
cedere actionẽ pupilli,q̃a ꝑ ceſſionẽ fit ſeparatio iuriũ vtiliũ, ꝙ
tñ poſſet fieri ꝑ procuratorẽ habentẽ ſpeciale mãdatũ,in Spec.
de ceſſi.act.Bart.in l.põt.de autho.tuto.dic,ꝙ poteſt qñ expedit
pupillo.per l.nouare.de noua.quod videtur ꝯ iſtũ text.qui ſim
pliciter loquitur.& l.illa nouare. loquitur in nouatione quę fit
a de voluntate debitoris,ſed ceſſio fit contra [a] voluntatẽ, & illud
difficilius fit,& iſtud videtur verius per iſtum tex.

A D D I T I O.

a ¶Fit contra.hanc reſponſionem dicit Alexan.nequaquàm tenendam, vt
hic per eum.

1 *Per reſtitutionem tranſeunt non ſolum ciuiles actiones,ſed etiã prætoriæ.*
2 *Licèt lex non faciat mentionem de herede,quod tamen ſtatuitur in ꝑſona*
*principalis,videtur ſtatutum in perſonam hæredis.*
3 *Mulier poteſt eſſe procuratrix ad recipiendam reſtitutionem.*
4 *Per reſtitutionem hæreditatis non tranſeunt feuda,vel emphyteuſis, q̃ nõ*
*habentur,vt res hæreditarię,& vide multa remiſſiuè,quæ tranſeunt in*
*fideicommiſ.*

LEX XL.

1 Qvamuis. †Per reſtitutionẽ trãſeunt non ſolũ
ciuiles actiones,ſed ẽt pretoriæ. Itẽ
obligationes perſonales, & poteſt fieri reſtitutio vt
trãſeant act.non ſolũ per heredẽ inſtitutũ,de quo lo
quitur ſenatuſconſultũ,ſed per hæredẽ eius, & illũ in cuius eſt
poteſtate & cui acquiſita eſt hr̃ditas per eũ, & cũ fit ꝓcuratori,
non refert qualis ſit q̃a etiã mulier eſſe põt,& ꝑ reſtitutionẽ iu
ra ſepulchrorũ nõ tranſeunt,ſed remanent apud hæredem.h.d.
vſque ad l.Papi.de meris naturalibus an trãſeant ipſo iure ſine
2 reſtitutione,dic vt j̃.eo.l.ſi eius.¶†Itẽ no. ꝙ licèt lex non faciat
mentionẽ de hærede,quod tñ ſtatuitur in perſona principalis,
vr̃ ſtatutũ in ꝑſona hr̃dis, facit j̃.eo.l.poſtulante.cũ his quæ ibi
3 dicã.†Itẽ ꝙ mulier põt eſſe procuratrix ad recipiẽdã reſtitutio-
nẽ.ſimiliter vr̃ ꝙ poſſit eſſe ad petendã corã iudice ſi ille recuſa
ret,quia quod iuris eſt de præparatoriis,eſt etiã de eo,per quod
a venitur ad illud.l.oratio.& l. ad rẽ mobilẽ , & tñ r̃r [a]nõ põt eſ-
ſe procuratrix.l.fęmina.de procurato. licèt illud in ordinariis,
4 ſecus vr̃ in ſummariis.¶†Vltimò no.arg.in l. q̃a perinde. §.j.ꝙ
in reſtõnẽ hæreditatis nõ tranſeunt feuda,vel emphyteuſis , q̃
non,habentur vt res hr̃ditariæ,ſed ꝑꝑ hæreditatem , ſicut iura
b ſepulchrorum [b] de hoc j̃.eo.l.ſi patroni.¶Not.etiam glo. quæ
numerat multa alia quæ non tranſeunt in fideicommiſſarium

A D D I T I O N E S.

a ¶Regulariter.Facit q̃d voluit Oldr.conſi.cxxvi.ubi multa ponit quę ra
tione connexitatis & incidentiæ permittũtur,quæ aliàs nõ ꝑmitterentur
b ¶Sepulchrorum.Adde quod uoluit Ancha.conſ.lxxx.

LEX XLII.

1 Papinianus. †Portio deficiẽs poſt reſtõnẽ
hr̃ditatis accreſcit fideicom. ſi
ne noua aditione,vel reſtitutione.h.d.Et ſic patet ꝙ
quicquid fit in prælegatis,an veniãt in reſtitutione,
vel non,vel in eo quod peruenit ex ſubſtitutione fideicõmiſſa,
de

de quibus tetigi in l.ita tñ.§.qui ſuſpectam.ſ.eo.quod peruenit
iure acreſcendi,non eſt dubiũ ꝙ cadit in fideicommiſſo, nam
ſi poſt reſtitutam hæreditatem accreſcit fideicõmiſſario, & nõ
hæredi,licèt apud hæredem remanſerit nomẽ directum, quia
remanſit ſine effectu,eodem modo ſi ante cadit in reſtitutione
cum ſit de ſequela.ſ.de acquir.hæredi,l.ſi quis hæres, ibi, [ſunt
enim appenditiæ &c.] facit l.ſi totam.eo.tit.

---

1 *Hæres,qui coactus adiuit,poteſt cogere fideicommiſſarium ad recipiẽdã hæreditatem, & etiam eius hæredem ſi deceſſit antequã reſtitueret, ſed ſi hæredem non reliquit,bona debent vendi, & creditoribus dari.*
2 *Quare ſenatuſconſultum(in quo cauebatur, ꝙ fideicommiſſarius qui cõpulit hæredem ad adeundum,compellatur hæreditatem recipere)non fecit mentionem de hærede fideicommiſſarij vt compellatur ſi fideicõmiſſarius deceſſit ante reſtitutionem?*
*Fideicommiſſarius an tranſmittat ſi decodat ante reſtitutionem.*
3 *Statutum ſi dicat quòd inſtrumentum contra aliquem mittatur executioni,licèt de hærede non faciat mentionem,tamen poterit contra ipſum mitti,et poterit perſonaliter capi.*
*Quid ſi dicat ꝙ mittatur executioni contra debitorem in eo deſcriptũ.*
4 *Licèt ex forma ſtatui poſſet fieri executio,& captura perſonæ principalis debitoris ſine alia citatione,non tamen poterit fieri de hærede eius niſi primo citetur vt veniat ad dicendum an ſit hæres.*
5 *Si ſtatutum dicit inſtrumentum debere mitti executioni realiter & perſonaliter ad voluntatem creditoris,ſemper tamen debet præcedere citatio debitoris,vt ueniat ad dicendum cauſam,quare non debet executioni mandari.*
6 *Quod hæres creditoris,& etiam ceſſionarius poſſit petere executionem, ſicut creditor principalis.*
7 *Si ſtatutum dicit ꝙ frater non poſſit facere capi fratrem, an hæres fratris poterit facere capi?*

LEX XLIIII.

1 POſtulante. †Hæres,qui coactus adiuit,po
teſt cogere fideicõmiſſarium
ad recipiendã hæreditatem,& etiã eius hrdem ſi de
ceſſit antequã reſtitueret,ſed ſi hrdẽ non reliquit,
bona debent vendi,& creditorib. dari.h.d.per hoc apparet qd
eſt dicere,ꝙ aditio fiat periculo hæredis, vel fideicõmiſſarij,nã
primum importat,ꝙ ſi fideicommiſſarius non vult,non compellitur,&
heres remanet implicitus. Secundum importat vt
compellatur tam ipſe ꝗ heres eius,& ſi ſine hrde deceſſit,perin
de eſt acſi non adiuiſſet,qa aſſignantur creditorib.non ſic ſi pe
riculo hæredis adita fuiſſent.Item quia dicto caſu hrs põt con
ueniri anteꝗ reſtituat.l.ita tñ.§.qui ex Trebel.ſ.eo.Sed qñ peri
culo fideicõ.nõ põt conueniri ẽt antequã reſtituat, vt hic colli
gitur in ver.[quæro.]& facit j.l.prox.& quod dixi ſ.eo.l.ſi lega
tus.in prin.¶In tex.ibi,[antequã morã &c.]h.d.quia ſi poſt mo
rã,minus eſſet dubiũ.¶In tex.ibi,[ex ſenatuſcõ.competant.]de
hoc ergo ꝗrit an dentur actiones ꝯ hæredẽ fideicõmiſſarij,licèt
reſtitutio ſibi nõ ſit facta,imo recuſet eam recipere, & cũ reci
pit,non vr̃ rñdere ad q.propoſitam,ſed dic ꝙ cõpellitur hrditatem
recipere,ſicut cõpellebatur defunctus. per quod innuit, ꝙ
licèt non receperit,perinde tñ poſſit conueniri ac ſi recepiſſet.
2 ¶†In tex.ibi,[quoniã ferè.] recipit opp.quæ poſſet fieri, quare
ſenatuſcõſultũ(in quo cauebat, ꝙ fideicõmiſſarius q compulit
hæredem ad adeundũ,compellat hæreditatem recipere)nõ fe
cit mentionẽ de hærede fideicom.vt cõpellat ſi fideicommiſſa
rius deceſſit ante reſtitutionẽ,quia caſus iſte raro contingebat,
qa qñ hrs cõpellitur adire regulariter,ſtatim reſtituit,quod põt
facere ſi vult,etiã ſi ſit rogatus in diem,vel ſub cõditione, vt in
l.apud Iu.§.Antiſtia.ſ.e.Sed aliqñ nõ vult ſi aliquid erat ſibi de
bitũ,qđ primo quã reſtituat;vult detrahere,& interi fideicom
miſſarius decedit.Et ſic patet hic, ꝙ fideicõmiſſarius trãſmittit
ſi decedit ante reſtitutionẽ,licèt glo.dicat ꝯrium in l.cum filio.
de le.j.tñ hic loquiṫ qñ coegit ãdire,ſed idẽ eſt ſi ſponte adiuit,
3 vt ſ.eo.l.cogi.§.idẽ Metianus.& j.eo.l.Seius.¶†In tex.ibi. [nec
hrdis eſt facta mentio.]No.hic iũcto text.ſeq.quod iuris eſt de
aliquo,eſt ẽt de hærede eius licèt de illo non fiat mentio,vnde
inducitur,ſi ſtatutũ dicit,ꝙ inſtrm̃ ꝯ aliquem mittaṫ executio
ni,licèt de hærede non faciat mentionẽ, nihilominus poterit
ꝯ ipſum mitti,& perſonaliter capi.ſm Barto. Certe ſi loqueretur
illo modo,ꝙ mittaṫ executioni ꝯ debitorẽ,nullum haberet du
bium,quia hæres eſt debitor, ſicut defunctus. vnde ſatis com
prehẽdiṫ in verbis ſtatuti.ſed ſi dicat ꝙ mittaṫ executioni ꝯ debi
torẽ in ipſo deſcriptũ. & tunc eſt maius dubiũ,quia ſtatuta nõ
a extenduntur[a] de perſona ad pſonã.l.ſi vero.§.de viro.ſ. ſolu.matr.
ſed verũ eſt de pſona, ꝗ non ſit eadẽ cũ illa vel reputeṫ eadẽ,qa
non eſt tunc extenſio.l.non erit.§.dato.de iureiuran.Notarij tñ
dicunt,ꝙ talis promiſit per ſe & ſuos hrdes,& ſic bene compre
4 hendunṫ hrdes.Bal.in l.per diuerſas.C.mand.in x.q.dicit,†ꝙ li
cet ex forma ſtatuti poſſet fieri executio,& captura pſonæ prin
cipalis debitoris ſine alia citatione, non tñ poterit fieri de hrde
eius,niſi primo citeṫ,vt veniat ad dicendum an ſit hrs. quia pri
mo quã fiat executio,debet liquidari primo perſona, ꝯ quam
fit,vt ſit talis ꝯ quam fieri poſſit.Tene mẽti,qa habui de facto,
& fuit reuocata quædam captura,qa non fuit liquidata pſona,
cõtra quã fuit facta, facit l.ſi curialis.C.de epi.& cler.cũ ibi not.
5 p eundẽ.† vbi vult ꝙ ſi ſtatutũ dicit,inſtrm̃ debere mitti execu
tioni realiter & perſonaliter ad voluntatẽ creditoris,ſemper tñ
debet præcedere citatio debitoris, vt veniat ad dicendũ cauſã,
quare nõ debet executioni mandari niſi ſtatutũ dicat cõtrariũ,
ꝙ poſſit fieri nulla præcedẽte citatione, & tũc poterit fieri ꝯtra
6 principalẽ,ſed ꝯtra hæredẽ non,quicquid dicat ſtatutũ.†Simi
liter ecõuerſo poterit heres creditoris, & ẽt ceſſionarius petere
executionẽ,ſicut creditor principalis,vt no.in addi.Spec.de ceſ.
act.quia tranſit in ceſſionariũ cũ ſuo priuilegio cohærente per
7 ſonæ,facit quod no. in l.poſt dotem,ſ.ſol.mat.in pe.col. † Sed
quid ſi loquatur negatiue:puta ꝙ frater non poteſt facere capi
fratrẽ,an hæres fratris põt facere capi? Dicit Bal. in l.ſi poſt di
uortiũ.illo titu.ꝙ nõ p illũ tex.vide quod no.ibi p glo.& Barto.
¶In gl.ſi.ibi.[rñdeo.]no.glo.iſta vr̃ ꝯriũ dicere eius quod ſ.dixi
ſ.ꝙ fideicõmiſſa.& eius heres põt cõueniri a creditoribus ẽt re
ſtõne nõ facta, qñ hæres fuit cõpulſus adire.Glo. vult ꝯrium,qa
certi ſunt caſus in quibus iura tranſeunt ſine reſtõne,q.no.C.e.
in l.pe.inter quos iſte non eſt. Tu dic. q ibi in iuribus actiuis,
hic in paſſiuis.iõ tene qđ ſ.dixi,quia pro facta hr̃ poſtquàm poſ
ſum compelli ad eam recipiendã.alias rñſio Iuriſcon.non eſſet
ad q.formatam, quod nõ eſt credendum eſſe de mente eius.

ADDITIO.

a ¶Extenduntur. Adde late Soci.conſi.cxx.incipien.difficultas.

---

2 *Si defunctus mutuauit pecunias,& ſtipulatus eſt vſuras, uel locauit domum,& fuit ſtipulatus penſiones,quæ non fuerunt per hæredem exactæ, ſed adhuc debentur cum hereditas reſtituitur, an iſtæ actiones veniant in reſtitutione.& quid de fructibus perceptis poſt aditam hæreditatem.*
3 *Fideicommiſſarius habetur loco hæredis,& quando hoc fallat.*
4 *Quare fructus ſati & percepti per heredem negligentia fideicõmiſſarij, cedant lucro hæredis.*

1 §. Sed & in huiuſmodi. † Acceſſiones ciui
les prouenietes ex
contractu defuncti,& per heredẽ non exactæ loco rerũ hæredi
tariarũ habentur, ideo veniũt indiſtinctè in reſtitutione, etiã ſi
mora hæredis nõ interuenit,ſed fideic. Prouenientes verò ex ꝯ
ctu hæredis habenṫ pro fructibus,ideo nõ veniunt eo caſu,quo
fructus nõ veniunt. h.d.vſq; in fi.& eſt magna limitatio ad l. in
fideicõmiſſariã.ſ.eo.vt loquatur de fructibus ſatis,& collectis p
heredẽ,& eius induſtria,nõ ſic in acceſſionib.ciuilib.vt ſũt vſu
ræ,& pẽſiones,quarũ dies ceſſit poſt aditã hæreditatem, quia ſi
nõ fuerunt exactæ.& quæritur an veniãt in reſtitutione, adhibe
a tur diſtinctio.de qua hic.[a] Sed ſi eſſent exactæ,eſſet idẽ quod in
fructibus.l.deducta.§.qui poſt.j.eo.p quem gloſſatur iſte §.Pri
mo loquitur qñ proueniebant ex cõtractu defuncti , vſque ibi,
[ſed cũ.]poſtea qñ ex ꝯtractu hrdis. Itẽ in prima parte ponitur
thema & qõ, vſque ibi,[ab herede ]Secũdo allegationes pro,&
ꝯ,vſque ibi.[reſponſo.]& ibi poniṫ deciſio pro fidecõmiſſario,
2 & rões faciẽtes pro eo.¶†No.pro declaratione §.ſi defunctus
mutuauit pecunias, & ſtipulatus eſt vſuras, uel locauit domũ,
& fuit ſtipulatus penſiones,quæ nõ fuerunt per hæredẽ exactæ,
ſed adhuc debenṫ cũ hæreditas reſtituitur , an iſtæ actiones ve
niant in reſtitutione,& ſic fideicõmiſſarius poſſit eas petere? Si
loquimur de tpe currente in uita defuncti,vel poſtea antè adi
tã hrditatem,nõ eſt dubiũ ꝙ ſic, quia cẽſentur res hæreditariæ,
nã & fructus hoc tpe percepti veniunt in reſtitutione. ſ.eo.l.ita
tñ.§.j.ſolũ eſt dubiũ de his quæ cucurrerũt pro tẽpore poſt adi
tã hæreditatẽ,tunc pro hrde facit,quia iſtæ actiones cõpetunt p
acceſſionibus,quæ loco fructuum habenṫ.Sed fructus poſt adi
tã hrditatẽ percepti ſiue iudicio teſtatoris,ſiue negligentia fidei
cõ.in reſti.nõ veniunt.niſi ſit expreſsè dictũ.l.in fideicõmiſſariã
& l. mulier.§.ſi hæres.ſ.eo .ſi aũt hæres fuiſſet in mora, non eſ
ſet dubiũ, quia venirent ſicut & fructus. d.l.in fideicõmiſſariã.
ſed iuriſconſultus ponit caſum magis dubitabilem, ꝙ hrs non
fuit in mora.Et br̃ determinat cõtrariũ,ꝙ loco rerũ hæreditaria
rũ habenṫ,hac rõne non obſtante,ſicut ſi cõpeterent pro ſorti
bus principalibus pmiſſis defuncto purè,vel ſub cõditione,qa
eſt eadẽ rõ poſtꝗ duo cõcurrũt,ꝙ nõ ſunt exactæ.& debenṫ ex ꝯ
tractu defuncti, qa fideicõmiſſarius nõ petit eas tanꝗ fructus p
hrdẽ perceptos,quo caſu loquiṫ l.ĩ fideicommiſſariã. ſed petit
hæreditatẽ in eo ſtatu, in quo reperiṫ ſed reperitur cũ iſtis actio
nib.ergo in ipſum debent trãſire, nec petit ut ſuppleaṫ fideicõ
miſſum,quod debet ſuppleri de fructib.l. Celſus ſcribit.ſ.eo.qa
hic nulla ſuppletio debet fieri, cũ in nullo eſſet diminutũ; hæc
eſt ſententia huius §.ex quo no.ibi,[mora facta non eſt.]ꝙ fru
ctus percepti ex mora non reſtituentis veniunt in reſtõne,etiã
in filiis primi gradus , quia hic filia erat inſtituta & grauata.
¶Itẽ in ver.[ſed quia nõ &c.]No.ſm Bar.limitationẽ ad l.Cel
ſus ſcribit.in fi.ꝙ ſuppletionem, de qua ibi, nõ tenentur facere
liberi primi gradus,ſed certè tex.hoc nõ probat, non enim vult
dicere,ꝙ ideo nõ petit ſuppleri,qa erat de liberis primi gradus,
Sed

---

ADDITIO.

a ¶Et adde an actionis iure petantur, Et quando in ſententia iudicis officio veniant,vt per *Specu.tit.de expen.§.nunc de expen.ver. hoc quoque.*

Sed quia nõ erat de liberis ptimi gradus, iõ nõ petit vt fructus, ſed vt res hæreditatis. ¶ 3 † Item not. ibi, [& haberi loco hr̃dis.] text. expreſſior eſt, quàm ſit alibi, ꝙ fideicom. hr̃ loco hæredis, licèt alleget l. cũ filius, quod cũ eo. Fallit quo ad quędam de quibus. in l. quia perinde. ſ. eo. ¶ 4 † Vltimo in fi. no. rõnẽ quare fructus ſati &, percepti per hęredem negligentia fideicommiſſarij cedunt lucro hęredis, quia ſi nõ cederent, compelleretur hęres inuitus eſſe procurator fideicommiſſarij. faciendo coli fundos ad utilitatẽ illius: quia ſi non faceret coli, teneretur de negligẽtia, tanquam de dolo, & lata culpa & faciendo coli, non prodeſt ſibi, ſed alteri. facit l. ſi mora. ſol. mat.

1 *Qui non vult quartam retinere, conſultius facit ſi adit hæreditatem coactus, quàm ſi ſponte.*

2 *Hæres, qui non detrahit quartam ſeruat fidem teſtatori.*

LEX XLV.

1 QVi totam. † Qui non vult quartam retinere, conſultius facit ſi adit hr̃ditatem coactus, q̃ ſi ſpõtè. h. d. ſed ſi vult eã retinere, tũc econtra, ſi certus eſt de virib. hereditatis, ꝙ non pt̃ dãnum pati, alś capiat terminum ad deliberandũ. ſ. eo l. ſi legatus. vel faciat inuentarium, tñ hoc non prodeſt quantum ad periculum, de quo hic, ſi fideicommiſſarius nollet hr̃ditatẽ recipere, vt in gl. 2 † Not. tex. ibi, [fidumq; obſequium.] ꝙ heres qui non detrahit quartã, ſeruat fidem teſtatori. Et ſic patet ꝙ ꝯ uoluntatẽ teſtõris fit detractio quartę. ſ. ad l. Fal. l. Titia. & propter hoc illud, quod detrahitur, dicitur debitum de iure naturali legatariis, vel fideicommiſſ. licet non ciuili. l. j. C. ad leg. Falc.

1 *Dies incertus appoſitus fauore fideicommiſſarij, non facit cõditionẽ, ſed diem, ideo non impedit diem fideicom. cedere quo ad tranſmiſſionem.*

2 *Quando præcedit diſpoſitio pura, & ad executionem eius apponitur tẽpus an & quando reddatur legatum conditionale.*

LEX XLVI.

1 SEius Saturninus. † Dies incertus appoſitus fauore fideicommiſſarij, non facit conditionem, ſed diem, ideo non impedit diem fideicom. cedere quo ad tranſmiſſionẽ. h. d. iſta notabilis l. per quã limitatur dies incertus, & l. ſi cui. §. hoc autem legatum. de leg. j. vbi dicit ꝙ tp̃s certę ętatis onerati facit conditionem, qa uerum eſt niſi ſit appoſitũ fauorę illius, vt hic. ¶ In tex. ibi. [ſibi etiam uendicat.] ſ. retinendo, Et ſic not, ꝙ hoc verbum vendicare, poteſt intelligi non ſolum agendo, ſed retinendo, eſt ego verbum cõe. ¶ In tex. ibi, [quia defunctꝰ eſt &c.] ſcilicet conditione pẽdente, & ſic eſt effectum caducũ fideicommiſſum, & non eſt tranſmiſſum ad hęredem fideicõ. ſed remanet penes grauatum: ꝯrium determinatur, vt j. ſequit. Circa fi. l. ibi. [viuo oceano ceſſit.] ſcilicet a morte teſtatoris ſicut ceſſiſſet ſi fuiſſet pure vel in diem omnino certum quo ad tranſmiſſionem, & ſic bene patet ꝙ fideicommiſſum vl'e, cuius dies ceſſit viuo fideic. tranſmittitur etiam ante reſtitutionem verbalem, ad ſimilitudinem hęreditatis non aditæ cum ei comparetur. ¶ In tex. ibi, [prorogando tempus ſolutionis.] apponẽdo tp̃s illius ætatis, poſt qđ voluit fideicommiſſum reſtitui, potius fecit pro tutela filij, quàm ꝙ voluerit facere fideicommiſſũ conditionale. Sed qualiter poteſt hoc conſtare? Reſpondeo in terminis iſtius l, conſtat propter tria, ſ. propter qualitatem perſonę fideicom. quia filius. Item hęredis, quia fiduciarius, & amicus teſtatoris. Itẽ in alio, quia in tota hr̃ditate ĩſtituit, & de tota reſtituenda rogauit, & quodcunq; deficeret tempus iſtius ętatis, faceret condõnem. ſic loquitur l. ſi cui. §. hoc aũt, vbi erat filius, ſicut hic, tñ alia duo deficiebant, quia non de tota hr̃ditate ſed de certo legato rogauit, vñ non pręſumitur inſtituiſſe eum fauore filij, ſed inſtituti. hic ſecus, ex quo nihil voluit penes inſtitutum remanere, & ſic potius voluit tutelam & curam bonorũ committere ad commodum filij, & hęc eſt vera ſolu. ad hoc ꝯrium quod glo. format, & non benè ſoluit, vt dicam ſuper ea. & propter iſta, ex quib. apparet, quòd fauore filij tempus apponitur, ſequuntur tria, primum hic, ꝙ non impediat tranſmiſſionem. Aliud eſt, quia fructus veniunt in hoc fideicommiſſo. l. in fideicommiſſi. §. cũ Pollidius. de vſur. aliud quia hęres filij ſtatĩ poteſt petere non expectata die, qa fruſtra expectaret. l. a filia. §. alumno. j. e. licèt glo. dicat ꝯrium per l. ex his verbis. C. qñ di. lé. ce. ſed illa loquitur qñ tp̃s eſſet appoſitum fauore grauati, & ſic fuiſſet lucraturus fructus ſi fideicõ. viueret. vnde mors illius non debet eſſe ſibi nociua. Et ſi dicatur, ſi intelligis quòd ibi fuit tẽpus poſitum fauorę grauati, & faciebat conditionem, ergo non potuit tranſmitti. Reſpondeo propter aliud non faciebat conditionem. ſ. qa primo fuit relictũ purè in vna orone, & in alia ſolutio fuit dilatata in tp̃s, quo caſu ſubſtantia fideicommiſſi non eſt ꝯditionalis, ut hic in gl. & benè quantũ ad illã l. ſʒ inquantũ gl. intelligit hanc l. eo modo, non benę dicit, quia hic in eadẽ oratione mãdauit hęreditatem reſtitui cũ pueniſſet ad illam ętatẽ, ideo propter aliud hic tranſmittitur. ſ. quia fauore fideicom. appoſitum erat tp̃s. ¶ 2 † In gl. ibi [niſi dies eſſet incertꝰ] No. quia in hoc glo. benè dicit. & ſemper allegatur, quòd qñ pcedit diſpoſitio pura, & ad executionẽ eiꝰ apponitur tẽpus, aut illud eſt omnino incertũ, ut tp̃s mortis. vt lego fundũ quẽ volo tibi tradi cum Titius morietur, & tũc redditur legatũ conditionale, ſicut ſi ad ſubſtantiam eſſet appoſitum, aut non erat omnino incertum vt tp̃s certæ ætatis: quia ſi fideicõmiſſarius viueret, certus eſſet vſq; ad quantũ tempus deberet fieri ſolutio, & tunc non redditur ſubſtantia conditionalis, ideo tranſmittitur d. l. ex his verbis. hunc tamen articulum examina per Bar. in l. j. de cond. & demon. in vj. col. vbi omnino vide.

LEX XLVII.

1 SI hæredi. † Debitum naturale ſolutũ hr̃di venit reſtituendũ, ſicut cætera bona. h. d. ꝯrium poterat dici, quaſi hæres habeat ex quadã fortuna & fatuitate ſoluentis, q nõ poterat cõpelli, & ſic videbatur cedere lucro eius. l. iiij. in prin. ad le. Fal. & j. eo. l. debitor. in fi. ſed ꝯ eſt, qa ſuberat cauſa naturalis debiti. vnde non videtur fatuè ſoluiſſe, ſed fidem ſeruaſſe.

1 *In re, quam fideicommiſſarius hæredi ſubtraxit perdit omne ius quod in illa re habet, non in aliis.*

2 *Pœna, quod non egrediatur delictum, & non debeat quis puniri ultra id in quo deliquit.*

LEX XLVIII.

1 PAulus. † In re, quam fideicommiſſarius hæredi ſubtraxit perdit omne ius quod in illa re habet. non in aliis. h. d. 2 † Vnde allegatur, ꝙ pœna non egredit̃ delictũ. & nõ debet qs puniri ultra id, in quo deliquit. facit l. ex facto. §. Iulianus. de vulg. & pupil. hoc tñ aliter vñ, vt dixi in l. Paulus. ſ. ad l. Falc. ibi tñ loquitur qñ fuit ſubtracta per hæredẽ, hic qñ per fideicõmiſſariũ: & ſic hodie habet locum iſta l. & intellige hanc legem qñ poſt aditam hr̃ditatem & poſſeſſionem apprehenſam & ſubtraxit. l. nõ dubium. C. de legi. ſed ſi ante, nõ perderet ius ſuũ, ſed interdicto quorũ legatorũ teneretur reſtituere. l. j. §. rediguntur. quorum legato. ¶ In tex. ibi. [furatus ſit.] ſub. q̃ poſtea aliquo caſu ad hr̃dem redierunt: & ipſe ab eo petebat. aliàs ineptè diceret denegari ei petitionem ſi eſſent apud eum.

1 *Si periculum eſt in mora, quia actio eſt tempore peritura, cogitur hæres de reſtituendo grauatus iudicium ſuſcipere, poſito quod non cogeretur ſi periculum non immineret.*

2 *Remedium legis ut perfectius. C. de an. exce. proditũ ad interrumpendã preſcriptionem contra abſentẽ, pro quo non eſt aliquis qui reſpodeat, non habet locũ niſi in debitore abſente, qui habeat certum domicilium & an conueniri poſſit coram quocunque tanquam uagus.*

3 *Quod fit propter neceſſitatem, fieri debet quatenus durat neceſſitas.*

LEX XLIX.

2 † In tex. ibi, [pp cōditionis &c.] quia dictiones collectiuæ, ambo, vterq;, &c. faciūt orōnē vlem, q̄ ſi in vno eſt falſa, in alio redditur falſa. l. ſi is q cc. § vtrū. de rebus dubijs. Sed aduertendum ſubtiliter, ſi rectè pſideretur teſtatoris intentio, non vr̄ requiſiuiſſe in ſubſtitutione facta ſecundo loco ꝙ iſta vlitas locū habeat. ſed potius denotaſſe facti cōtingentiam. cū ēm duas fecerit ſubſti. & prima facta ſit primo morienti ſi deceſſerit ſine liberis, & aliam factam vltimo morienti cenſetur feciſſe ſi decederet ſine liberis, ſicut primam, & illud videt ſufficere. vt locū habeat ſubſtitutio ſibi facta: & licèt dixerit, ſi ambo, ideo dixit, quia primam fecit ſub illa conditione, & cogitabat ꝙ illa eueniret, & voluit ꝙ ēt ſi ſecūda eueniret, ſuccederetur ex illa. Sed ſi non feciſſet niſi vnam ſubſtitutionē, ſi ambo deceſſerint ſine liberis, tunc magis repugnarent verba qa cēſeretur requiſiuiſſe illā copulatiuā. ſed primo caſu qa ſunt diuerſæ, reſoluūtur in ſingularitates, & eſt perinde ac ſi cuilibet p ſe eſſet facta ſub ɔditione, ſi deceſſerit ſine liberis. ar. l. talla. §. ſi. de ɔdi. & dem. & hoc ſentit Dy. hic, vbi dicit ꝙ hic loquit in fid. in qua tractat de diuerſis effectibus, qa fides cuiuſlibet grauat, nō ergo ita repugnant verba in caſu iſto, ſicut ſi vnica tm̄ facta eſſet. In tex. ibi, [quā totā &c.] Not. rōnem in qua Iuriſc. ſe fundat, qa cum teſtator eo caſu quo ɔdō exiſtat in pſonā vtriuſq;, voluerit ad nepotem totū puenire partem vltimi immediatè, & partē primi illo mediante, cenſetur fortius voluiſſe vnā puenire. ſ. vltimi morietis, ſi prima nō pōt peruenire. Ex quo ſequitur, ꝙ vbi ceſſaret iſta rō non haberet locū iſte §. puta ſi eſſet facta ſubſtō in parte vltimi morientis ſub ɔdōne, ſi ambo deceſſerint &c. nam ſi primus deceſſerit cū liberis, licèt vltimus ſine liberis, portio ſua non veniet ad ſubſtitutā, qa ceſſat rō de qua hic, & ſic ſtabimus pprietati verborū, & hoc ſentit hic Ang. & antequā ipſum vidiſſem hoc cogitauerā. hoc aūt hic iō procedit, qa dixit (oēm hæreditatē.) Quid ſi nec illud verbum dixiſſet, nec dixiſſet de portione vltimi morietis, ſed ſimplr̄ ſi aliqs deceſſerit ſine liberis alterū ſubſtituo, & ſi ambo, neptem, an iſta vltima videat facta in parte vltimi morietis duntaxat? Rn̄deo in portione vtriuſq;, ex quo primo loco eos inuicē ſubſtituit, quia in fideicommiſſo vn̄ ſicut veniunt plegata primo facta. l. cum virū. C. de fideicom. ita & fideicōmiſſum vr̄ primo factum, cum ſit eadē rō, & quidam notāt text. ad hoc, ſed nihil facit. quia dixit expreſſe, (oēm hr̄ditatē) qa tunc non eſt dubiū, ſed eſt dubiū qn̄ non dixiſſet. & tunc diſtingue ſicut in prælegatis, vt in l. iij. §. quidā liberis. ſ. eo. & qn̄ nō ɔſtat qd̄ eorū pceſſerit. dic vt j. eo. l. Scæuola. p Bar.

3 ¶ † In gl. ibi [vn̄ non tranſmittit.] No. gl. ꝙ hæreditas aſcendentis tūc tranſmittitur] ad deſcendētes per l. j. C de his qui ante aper. tab. quando fuit purè delata, licèt non adita. ſi autem ſub ɔdōne, ſecus quia non habet priuilegium vltra alias hæreditates quantum ad tranſmittendum, hoc etiam tenet ibi gl. ¶ In gl. ibi, [item conditio ibi deficit in perſona ſecūdi.] ſub. extitit in perſonā primi morietis, hic ecōuerſo. hæc vera ſm̄ oēs. licèt Dy. teneat pcedentem, ꝙ ibi in pupillari hic in fideicō. ſed in vtraq; eſt eadē rō, qm̄ ambæ tendūt ad diuerſos effectus, ſi ergo in caſu iſtius §. primus eēt mortuus ſine liberis, non admitteret neptis, ſed frater ſuperſtes, tū quia erat primo ſubſtitutus, tū qa ēt ſi nō dixiſſet. quia tn̄ fuit appoſita dictio ambo, admitteret ſuperſtes ab inteſtato, quod ius legitimæ ſucceſſionis vr̄ teſtōr uoluiſſe reſeruare pp collectiuā ambo. l. pe. C. de impu. & alijs ſubſt. & ſic neptis excluderetur duplici rōne. ſ. ex pprietatate uerborū, qa nō eſſet uerū ambos mortuos ſine liberis. Itē ex præſumpta mēte defuncti qa ſupereſt q̄ excludit ſub. pp ius legitimæ ſuæ. Sed pone dicto caſu ꝙ inter iſtos nō erat ius legitimæ ſucceſſionis, uel qa erant extranei, cū ſubſtitutio fideicōmiſſaria ēt extraneis fieri poteſt, uel ſi erāt, frater primus fecit teſtm̄. & extraneū inſtituit, an iſta neptis excludetur a fideicōmiſ. Bal. ſm̄ Nic. de Mat. in d. l. pen. tenet ꝙ non poſtq̄ ſuperſtes non ſuccedit præmorieti, vn̄ nō dēt nocere ſubſtituto, ſecꝰ qn̄ ſuccedere pt. hoc nō placet, qa licèt ſubſtitutus nō excludat ex hoc capite, qa ſuperſit pſona q̄ ſubſtit. excludat, excluditur ex alio, qa nō extitit condō: ſufficit. n. vnā de rōnib. ſubſiſtere, cū qlibet p ſe ſit ſufficiēs. ſiīr in l. pen. licet loquat in pupillari, ſi defeciſſet cōdō in pſonā primi, qa defeciſſet factus pubes ſi non defeciſſet in perſonā vltimi, admitteret ſubſtitutus ad hæreditatem vltimi, per iſtū §. cū ſit eadē rō, qa pater ſubſtituendo ei cū dicta dictione collectiua, cenſet voluiſſe ꝙ eo caſu quo exiſteret ɔdō in perſonā vtriuſq;, hr̄ditas præmorientis veniret ad ſuperſtitem ab inteſta. & ambo ad ſubſtit. ex pupi. vnde licèt hr̄ditas præmorientis non deueniret ad fratrē, qa deceſſit pubes & fortè extraneū inſtituit, ſaltē ad hr̄ditatem vltimi veniet ſubſtitutus per hūc §. dicit tn̄ ibi. Bal. hoc verū niſi pubes factus decederet liberis relictis, q poſſent ſuccedere vltimo morieti, qa præferrenē ſubſtituto, qa teſtōr illud ius legitimæ ſucceſſionis vr̄ voluiſſe reſeruare, niſi ſubſtitutus ſit cū illis in eodē gradu, & cū illis ab inteſt. ſuccederet, & de hoc eſt caſus hic ſm̄ intellec. Bar licèt Bald. non alleget. Sed pone in terminis illius l qa primus deceſſit impubes, & ꝙ frater illi non poterat ab inteſt. ſuccedere, qa erāt ex diuerſis mr̄ibus. & extabat mater præmorientis, q̄ claudit fratrem. in auth. defuncto. C. ad tertullian. Certè ſi vera eſſet ſupradicta opinio Nic. ſubſtitutus admitteretur. Contrarium puto, vt dixi, qa ſaltem excluditur, qa nō extitit ɔdō, licèt non ſubſit ius legitimę ſucceſſionis qd̄ videat reſeruatū, nec ſubſit pſona q̄ ſubſtitutū excludat ex præſumpta mēte defuncti. Sed opponit, ꝙ in terminis iſtius §. neptis excludat a portione vltimi morietis, qa extāt filii pmorientis, qui poſſunt ab inteſtato ſuccedere, & ad quos præſumit teſtator habuiſſet affectionē, & voluiſſe reſeruare pdictū ius ſuccedēdi, argu. l. cū acutiſſimi. C. de fideicom. ſol. hoc procederet ſi ſubſtitutus eſſet extraneus, nec ſuccederet ab inteſta. Sed quia erat in eodē gradu cū filijs præmorientis. qa neptis ex alio filio, & cū illis admittitur, ceſſat opp. prædicta, quia hēt duo pro ſe, ſcilicet diſpoſitionē l. per quam ſuccedit, ſicut & illi, & voluntate teſtōris, qui illam ſubſtituit, & non illos, iō in illa parte vltimi præfertur, licet in alijs bonis cū illis ſuccedat,

dat, hoc vult Bartol. hic notabiliter. dicens vlterius quòd ſi ex forma ſtatuti illi præferrentur in ſucceſſione inteſtati iſtius vltimi, excluderent tunc ſubſtitutum, quia non habet niſi vnum pro ſe, ſcilicet voluntatem defuncti, & defunctus cenſet voluiſſe præferre ſucceſſionem inteſtati. iſtud procedit ponendo caſum vt primo dixi, ꝙ deceſſit inteſtatus, & filij præmorientis poterant ſuccedere. Si verò non poſſent. quia deceſſit teſtatus & extraneũ inſti tuit, tunc admitteret ſubſtitutum, licèt rigor verborum ſit cõtra eam, quia pro ea eſt voluntas defuncti, de qua hic
4 in fine, quia nihil obſtat. ¶ † Vltimò ſuper hoc articulo, qui eſt difficilis, quando ſubſtitutio ex pluribus facta ſub conditione, an debeat in cuiuslibet perſonã ꝯditio exiſteret, vt ſubſtitutio locũ habeat, an ſufficit in perſonam vnius, vt ſaltem ad partẽ illius admittatur? dic ſi facta eſt cuilibet per ſe in diuerſis orationibus, ſufficit extare in perſonam vnius, vt ad illius partem admittatur, ſiue in vul. ſiue in pupilla. ſiue fideicõmiſſa. p l. pen. de iniuſt. teſta. quam gl. vbicunque ſic intelligũt. vt no. in l. pater filium. ad legem Falcid. Idem ſi vnica tantũ ſubſtitutio eſſet facta omnibus ſimul, cum appoſitione dictionis particularis, puta ſi quis eorum nõ erit hæres, vel morietur in pupillari ætate, vel ſine liberis, ꝗa dictio ſi quis. verificatur in vno. l. ſi neceſſarius. §. ſi annua. de pignorati. actio. Aut ſine appõne illius dictionis, & tunc aut loquimur in vulgari, aut in pupillari, vel fideicõmiſſ. Primo caſu Barto. tenet non habere locum ſubſti. niſi exiſtat conditio in perſonam omnium, ſiue ſit dictio collectiua, ſiue non, per l. quamuis. C. de impube. & alijs ſubſtitutio. quam gl. ibi ſic vr̃ intelligere, & l. falſa. §. fi. de condi. & demonſtratio. & l. hoc articulo. de hæredib. inſtituen. aſſignat rationẽ ꝗa vulgaris cõcipitur ante aditam hæreditatem, & ſic ante q̃ſitum emolumẽtum, quo caſu locum habet ius accreſcendi, qđ ius teſtator videtur reſeruare. Si ergo vnus repudiat, alter adit, ſubſtitutus excluditur etiam a portione repudiantis, licèt regulariter contra, quia ſubſtitutus pfertur coniuncto. l. ſecunda. §. ſi duo. Sed illud quãdo ſpecialiter ille cuius portio deficit fuit ſubſtitutus, non ſic quãdo nõ fuit ſpecialiter ſubſtitutus Bal. in l. penulti. non tenet hoc ſimpliciter, ſed quando copulatiuè. ſcilicet ſi talis, & talis non erunt hæredes talem ſubſtituo. ſic loquitur l. quãuis. vel ſic, nec Titius, nec Seius, ꝗa perinde eſt ac ſi dixiſſet ſi neuter, ſi autẽ ſimplr̃ Titiũ, & Seiũ inſtituo. & ſi non erũt hæredes ſubſtituo talẽ: quia ſufficit vnũ repudiare, vt admittatur ſubſtitutus, & hunc dicit eſſe caſum in l. pen. de iniuſt. teſta. nolendo diuinare ꝙ ibi cuilibet per ſe ſit facta. ſed certè hoc faceret vim in verbis, quia poſito quòd nõ ſit copula, punctus habetur loco copulæ, & ſoluta reſoluitur in cõiunctam, vnde paria ſunt dicere. ſi Titius. & Seius nõ erunt hæredes talem ſubſtituo. & dicere Titium. & Seium inſtituo, & ſi nõ erunt hæredes &c. cum ergo primo caſu habeamus text. in l. quamuis, idem erit in ſecundo, quicquid dicat Bal. Angel. tenet idem quod Bal. niſi inſtituti ſint filij teſtatoris, quia tũc videtur reſeruare ius accreſcendi, etiam ſi ſubſtituit p diſiũctiuã, vt ſi Titius aut Seius nõ erunt hæredes, talẽ ſubſtituo, quia reſoluitur in cõiũctam. ſi Titius, & Seius nõ erũt hæredes &c. caſus eſt in l. ſi is qui cc. §. ſi pater. ſ. de rebus dubijs. certè fateor caſum, & ſecus eſſet in extraneo, ſi poſita eſſet dictio alternatiua, & fortè idem eſſet actſi poſita eſſet dictio ſingulariter, ſi qs, vt ſ. dixi. in filijs ſecus, inquantum verò extra hunc caſum recedit a dicto Bar. non placet, magis aũt facit ꝯ Barto. in l. quidam teſtamento Proculum. ſ. de vulg. & pupil. ſub vbi tunc ſubſtitutus ex cluditur quando appareret teſtatorem voluiſſe totum ad ſubſtitutum deuenire, ꝗa nõ pſumitur voluiſſe ꝙ admittatur, niſi partes oĩum vacẽt, vt ibi patet in fi. ergo vbi hoc nõ apparet, ſaltem ad partem deficientẽ vr̃ admittendus, non tamen audeo indiſtinctè recedere ab opi. Bar. niſi vbi eſſent dictiones, de quibus ſ. & maximè pp opi glo. quæ concurrit cum eo. & ita ẽt tenendum decido. Ad l. quidam. poſſet reſpõderi, quia ibi duplex fuit ſubſtitutio, prima, & ſecunda. Illi ergo caſus ſunt indubitati, q̃ñ p copulã, vel q̃ñ ſubſtituti filii teſtatoris, vel q̃ñ apparet teſtatorẽ voluiſſe totam hæreditatem ad ſubſtitutum deuenire, aliter caſus eſt dubius, propter authoritatem prædictorũ, ſed ego tenerem quod dixi. Circa pupil. & fideicommiſ. diſtingue, aut fuit facta cum appoſitione dictionis collectiuæ, aut ſine. Primo caſu de proprietate verborũ nõ admittitur ſubſtitutus, niſi exiſtat conditio in perſonam omniũ, vt hic. ibi. [prima quidem facie.] aut ex præſumpta mente defuncti. Tuc aũt fuit facta in vſufr. fideicom. in quo locum hẽt ius accreſcendi poſt commodũ quæſituri, & tunc idem, ꝗa cenſetur voluiſſe illud ius reſeruare. l. codicill. in fi. prin. de vſufr. leg. imo tunc ſi ſine dictione collectiua, eſſet idem, vt ibi patet. Sed Ange. dicit, ꝙ illa lex nihil facit, quia ibi apparet quod voluit partem deficientẽ ad ſuperſtitem peruenire, vt patet in ver. hoc amplius, tu tene dictũ Bar. per rationẽ ſuã, quæ ſatis vrget, & facere iſtas reprehenſiones ſine vtilitate, eſt damnabile, vt dicit Io. And. in addi. tit. de locato. §. nunc verò aliqua. in fi. dicens, ꝙ nunquam ſibi placuerunt reprehenſiones iuuenum de opi. antiquorum cũ eorum ſubtilitatibus ſine vtilitate, ſi verò facta eſt in proprietate, tunc & in pup. & fideicommiſ. dicendũ ꝙ aut exiſtat conditio in perſona primi morientis, & ſubſtitutus nõ admittit, niſi exiſtat in perſona vltimi, per illam l. pen. quod limita vt ſ. dixi, q̃ñ inter illos erat ius legitimæ ſucceſſionis ſm̃ Bal. & Nico.
a ſed ego aliter dixi. [a] aut deficit in perſonam primi, & extitit in perſonam vltimi, & tunc ſi ratio huius legis habet locum, qđ voluerit ad ſubſtitutum deuenire portiones præcedentium in caſu in quo exiſteret cõditio in perſona omnium, admittetur ſubſtitutus ad partem vltimi morientis, ſed ſi noluit peruenire niſi ad partem illius vltimi, ſecus, quia ſtaretur proprietati verborum, vt dixi ſuper tex. quando autem fuit facta ſine appoſitione dictionis collectiuæ, dicam ĩ. eod. l. Lucius. §. Gaio.

ADDITIO.

a ¶ Aliter dixi. Ad hæc dicta Pau. vide Alex. de Imo. in conſi. ii. col. 6. verſi. nec obſtat. in 3. vol. Franc. Cur.

1 *Teſtator ſi grauat hęredẽ, quòd cũ morietur hæreditatem reſtituat filijs, teſtatoris, vel vni eorum, an poterit vnũ eligere, & alios excludere.*

2 *Si teſtator rogauit aliquem reſtituere nepotibus, vel cui ex eis voluerit? vel cognatis, vel cui voluerit, an poſſit eligere de cognatis, cum extẽt nepotes primo nominati?*

*Alternatiua poſita inter perſonas, inter quas cadit affectio ordinata, intelligitur ordine ſucceſſiuo, & idem in copulatiua.*

3 *Si cauſa vel articulus committatur pluribus, vel vni eorum, an vnus poſſit expedire alijs non vocatis?*

*Quid ſi committatur ſimpliciter alio non adiecto?*

1 §. Peto de te. † In hoc §. duæ q̃ſtiones principales proponũtur. Prima, ſi teſtator grauat hæredem, ꝙ cum morietur hæreditatem reſtituat filiis teſtatoris, vel vni eorum, an poterit vnum eligere, & alios excludere? Reſpondetur ꝙ nõ, ꝗa dixit cui vellet, & iõ inter filios videtur facta ſubſtitutio hoc modo, ꝙ omnibus reſtituat, ſi omnes ſupererint. ſi autem ſupererit vnus tantum, tunc locum habeat illud, qđ dixi, vel vni eorum, id eſt deficientibus aliis. & hoc de-
2 terminat ibi, [inter filios &c.] † Secunda quæſtio eſt, ſi rogauit reſtituere nepotibus, vel cui ex eis voluerit, vel cognatis, vel cui voluerit, quo caſu propter electionem poteſt vnum eligere, & alios excludere. ſ. de leg. 2. l. vnũ. §. 1. ver. Itaq; ĩ fine. an poſſit eligere de cognatis, cum extẽt nepotes primo nominati? R̃ndẽt ꝙ nõ, ꝗa ſicut primo loco nepotes fuerũt nominati, ita & primo de ipſis eſt fienda electio. & ſic alternatiua poſita inter perſonas inter quas cadit affectio ordinata, intelligitur ordine ſucceſſiuo, & idem in copulatiua, vt no. in l. Gallus. in principio. de liberis & poſthumis. Si ergo qs recipit p ſe, & filiis, & nepotibus emphyteuſim, primo venit ipſe, poſtea filii. deinde nepo-
3 tes. ¶ † Primũ tñ dictum eſt notabile. & p ipſum vr̃ determinari quæſtio, ſi cauſa vel articulus cõmittatur pluribus, vel vni eorum, an vnus poſſit expedire aliis non vocatis, & vr̃ ꝙ non, quaſi illa verba, vel vni eorum intelligantur alijs nõ valẽtibus, vel impeditis. in c. prudentiam. de offic. deleg. in ꝯriũ vr̃ text. in c. cũ plures. e titul. in 6. & l. non diſtinguemus. §. ſi plures. de arbitris vbi ſi cõpromittitur in plures, vel unũ ex eis, pōt unus ẽt alijs non impeditis ferre ſñiam. dicit Bar. ꝙ in cõcernẽtibus cõmodum eorum unus nõ ueniat, niſi aliis excluſis. Sed in his, q̃ cõcernunt eorum onus. locũ hẽt ꝯriũ. Alij ꝙ in his quę ex interuallo expediuntur locum habet quod hic dr̃, etiã ſi cõtineat onus: unde ſi executio teſtamenti cõmittitur pluribus, uel uni eorum, non admittiẽ unus, niſi alijs non ualẽtibus. iuxta c. fin. de teſta. Sed in his quæ ſtatim debẽt expediri, locũ habet ꝯriũ, ut illa clauſula operetur aliquid, ſed certè ſatis operareẽ, licèt tenereẽ requirere ſi eis impeditis pōt unus procedere. Si enim illa clauſula nõ eſſet appoſita, non poſſet. ut in c. uno delegatorum. de off. deleg. licet in executore ultimæ uoluntatis illius fauore aliud ſit in d. c. fi. & in arbitris de iure canonico. c. fi. de arbi. in 6. uñ ſecurus eſt tenere opi. Bar. quid ſi committatur ſimpliciter alio non adiecto? R̃ndeo intelligitur uno uel maiori parte eorũ, uel aliis requiſitis. l. reſcriptum. & ibi no. de pactis

1 *Hęres de reſtituendo grauatus ſi ſuccedat hęreditario debitori: nũ actio hęreditaria extinguatur nec reſuſcitetur per reſtitutionẽ hęreditatis.*

2 *Mora commiſſa in prima actione extinguitur cum ipſa actione.*

LEX LVIIII.

1 Educta. † Si hæres de reſtituendo grauatus ſuccedat hr̃ditario d̃bitori, actio hereditaria extinguiẽ nec reſuſcitaẽ per reſtitutionẽ hæreditatis, ideo in fideicommiſ. non tranſit, ſed loco eius contra hæredem, qui reſtituit, datur actio ex teſtamento, quaſi hereditas non ſit plenè reſtituẽda, niſi illud debitum ſoluetur, & uſuræ propter moram temporis præteriti ueniunt uſque ad diem ſucceſſionis, quo durauit illa actio & mora, ſed poſtea non ueniũt ſine noua mora. h. d. ¶ In tex. ibi, [ex Trebelliano.] id eſt per reſtitutionem, quæ fiat ex Treb. uidebatur cõtrariũ, quoniam ante reſtitutionem, ideo erat extincta. quia hęres tunc erat creditor, & ſucceſſit debitori, ſed per reſtitutionẽ deſinit eſſe creditor. & incipit eſſe fideicommiſſarius. unde uidebatur ꝙ ceſſante cauſa, ceſſaret effectus extinctionis. Sed cõtrarium eſt, quia naturale eſt, ut ſemel extinctũ nõ reſuſciteẽ, l. qui res. §. areã. de ſol. ideo fuit neceſſe prouidere fideicõmiſſario.

rio.¶In tex.ibi[actio]quia actio ex teſtamento, quæ dabat̃ pro
toto fideicõmiſſo reſtituendo, & tũc facta reſtitutione, dabit̃
etiam pro iſto debito, ad quod iſte hæres tenetur, tanq̃ hr̃s il-
lius debitoris, quia ſibi videtur ſoluiſſe, & tanquàm hr̃s teſtõ-
ris, qui ipſum rogauit de reſtituendo.¶In tex.ibi,[computabũ
tur].i.venirent reſtituendæ, ſed ꝯ, vſuræ exactæ per hr̃dem a de
bitoribus hr̃ditariis, non veniunt in reſtitutionẽ.j̃.ea.l.§.q poſt.
ſed iſta aditio hẽt vim exactionis. l. Stichum. §.aditio.j̃.de ſol.
Sol.verum eſt fictè, & non verè.Item ꝯrium loquitur de vſuris
currentibus pendente conditione fideicommiſſi, & ſic iudicio
teſtõris videntur perceptę, ſed hic fideicommiſſum erat purũ,
& cu currerant pro tpe ante hr̃ditatẽ aditã, & uiuo teſtatore.
2 ¶In textu ibi,[ita demum.]& ſic no.† ꝙ mora cũ prima actio
ne ſunt extincta cum ipſa actio.& ſic eſt neceſſaria noua mora,

1 **§.Cum hæreditas.** † Licèt hæres exigat quædã nomina debitorum, nõ per
hoc ſubijcit periculo aliorũ.h.d. Sed pp aliud poſſet teneri de
periculo, ſi eum vidiſſet labi facultatibus, & potuiſſet exigere,
& non exegit.l.ſi ſeruus.§.cum quid.de leg.j.quia teneretur de
lata culpa.l.mulier.§.ſi hæres.ſ.eo.

2 *Acceſſiones ciuiles, vt ſunt vſurę, pertinent ad fideicommiſſarium niſi per hæredem fuerint exactę.*

1 **§.Qui poſt tempus.** †Vſurę per hæredem exactæ nõ veniunt in reſtitu
tionem.Sed ſi non ſunt exactæ, actio pro eis competens in fi-
deicommiſ.tranſit. Item hæres ex fructibus iudicio teſtatoris
perceptis non tenet̃ ſoluere vſuras creditoribus hæreditariis, ſi
2 tamen ſoluit, non repetat fideicom.ſed ſortem.h.d.¶† Et not.
quia limitat & gl.l.poſtulante.§.ſed ſic in huiuſmodi.ſ.eo. Pri-
mo ergo limitat illum §.qui dicit acceſſiones ciuiles[vt ſunt]
pertinere ad fideicommiſ.quia verum eſt, niſi per hæredẽ fue-
rint exactæ, vt hic quia idem iudicium eſt in eis, quod in alijs
fructibus iudicio teſtatoris perceptis. Sed contra de principio
huius l.Sol.vbi dixi.¶Item no.in ver. [ac ſimiliter] ꝙ licèt hr̃s
de fructibus perceptis iudicio teſtatoris teneatur ſupplere fi-
deicom.ſi pendente ꝯditione, vel die res hr̃ditariæ ſunt perem
ptę.ſ.e.l.ſcribit Celſus.nõ tenet̃ tñ vſuras ſoluere creditoribus
hr̃dis, ẽt currentibus ꝓ illo tpe.Cõtrarium videbat̃, qa ſicut ha
bebat cõmodũ de fructibus, ita videbat teneri ad hoc onus an
nuũ, vel mẽſtruũ & ſi non hẽremus hũc tex.probabiliter dici
poſſet, qa hr̃s non lucratur ita ſimpliciter, qa dẽt ſibi in debitũ
& quaſi debitũ cõputare, & in omne illud, ꝙ hr̃ditatem dimi-
nuit.& tñ nõ in hãc cãm, qđ eſt mirandum.¶Item not.ꝙ licèt
a non teneatur ſoluere, ſi ſoluit, non repetat; nec[a] repetit tanq̃
non benè ſoluerit, & qđ plus eſt dr̃ in tex.ꝙ vr̃ ꝓprium nego-
tium geſſiſſe, & tñ nõ tenebat̃ inuitus, vel dic ſi creditor nõ pe-
tijt, non tenebat̃ ſoluere nec vſuras, & petitio vtriuſque tranſit
in fideicõ.Et hoc vult tex.ibi,[in his quoq; &c.]Sed ſi creditor
petijt, tenebatur ſoluere ſortem & vſuras, & poterat compelli,
ſed cũ reſtituit non retinet quod ſoluit ꝓ vſuris, ſed compẽſat
cum fructibus ꝙ aũt pro ſorte ſic.licèt in text. non dicatur l.ſi
quid poſſeſſor.de pet.hær.& ſ.e.l.q cccc.vbi non reſtituit niſi ꝙ
ſupereſt deductis oneribus hr̃ditariis.ſ.legatis & debitis, ſi eo-
rum petitio præceſſerit reſtitutionem.Primum dictum huius
§.intellige de vſuris currentibus pro tpe poſt aditam hr̃ditatẽ,
ſed ſi ante, ẽt ſi fuiſſent exactæ, pertinent ad fideicommiſ.tanq̃
res hæreditariæ, ſicut fructus tunc temporis percepti.l.ita tñ.§.
j.ſ.eo.item licèt non veniant in reſtitutionẽ, computantur in
quartam, ſicut & fructus j̃ eadem l.§.ante diem.

ADDITIO.

a Et ideo tradit hic cautelã pro hærede rogato poſt tp̃s Io.de Imola, vt interim non ſoluat de fructibus hæreditarijs hæres ipſe.

1 *Si quis fuit rogatus reſtituere hæredi, ſiue fuit dictum acceptis c.a cohærede; ſiue retentis c.ſemper illa c. computantur in quartam.*

1 **§.Nummis.** †Quod hæres percepit iudicio teſtatoris vniformiter a tertio vel cohærede,
totum computatur in quartã Treb.Si autem partim iure hæ-
reditario, partim iure p̃legati, primã partẽ imputẽt, ſcđam nõ,
& ſic p̃legata excedũt dodrãtẽ de ipſis detrahit̃ quarta, ſiue ſup
plet̃.h.d.de hoc in l.in quartã.ad l.Fal.põt totus §.intelligi qc-
quid gl.dicat ponendo caſum, qñ duo fuerunt inſtituti, & alter
eorum fuit rogatus reſtituere partem ſuam retenta vel perce
pta certa quantitate, vel corpore hr̃ditario. Hoc tamen ſcđo
caſu vt procedat quod dr̃ in tex.ꝙ non computat quod habet
a cohr̃de, non hẽt locum ſi rogatus eſſet reſtituere cohæredi,
quia quo ad eum computaret.l.Neſennius.ad l.Fal.ſed dẽt in-
2 telligi qñ fuit rogatus reſtituere tertio.¶†In text.ibi,[diuerſa
cauſa eſt]mutat caſum, qa ſ.qñ fuit rogatus reſtituere cohr̃di:
quo caſu ſiue fuit dictum acceptis c.a cohr̃de, de ſua burſa. ſi-
ue retentis c.ex parte ſua quæ ſunt reſtituenda, ſemper illa cẽ.
computantur in quartã, qa vniformiter recipiuntur. Primo
gr̃a ꝯdõnis implendæ.Scđo iure hr̃ditario, qa tota cẽ.poſſunt
redigi ex parte ſua reſtituẽda.hic qñ fuit rogatus reſtituere ter
tio, vt procedat qđ hic dr̃.¶In tex.ibi,[prædiorũ.]idem eſſet in
pecunia, qa ſi vnus eſſet rogatus reſtituere tertio retẽta illa pe-
cunia, partim haberet a ſe.partim a cohr̃de, & eſſet idẽ qđ in
p̃diis, vt dixi ſ.in l.Neſennius.quod ergo dr̃ in ver.[tanq̃.]debet
intelligi qñ non erat in hr̃ditate ſed poterat redigi ex rebus hr̃
ditariis.Iuſſus ergo reſtituere deductis c.cẽlent̃ grauatus dedu-
cere de parte ſua, non cohr̃dis.Sed qñ ꝙ iuſſus eſt retinere, re-
peritur in hr̃ditate, ſiue ſit ſpẽs, ſiue pecunia, non põt tota reti
neri de parte ſua, hoc voluit tex.j̃.ibi [quippe &c.]¶In tex.ibi,
[cũ aũt p̃dia.]qđ hic dr̃ procedit ẽt eo caſu, quo iuſſus eſt reſti-
tuere cohr̃di retentis certis prædiis, ita loquit̃ tex.tũc.n.quo ad
cohr̃dem, & quartam retinendam aduerſus eum imputet ſibi
partem, quã habet a cohærede, nec hic dr̃ ꝯrium. ¶Vltimò vi-
de gl.ſuper verbo.[perenti.]quæ recolligit mentem huius §.

2 *Appellatione redituum, an veniant partus ancillarum.nu.1.*

1 **§.Hæreditatem.** ¶†Partus ancillarũ & fœtus pecorũ ſubmiſſi loco demortuorũ
pertinent ad fideic.tanq̃ res hr̃ditariæ, nec p̃nt retineri, niſi ro-
2 gatus reſtituere, exceptis reditibus.†Et ſic vr̃ tex.ꝙ appellatio-
a ne redituũ[a] non veniant partus ancillarũ, licèt gl.colligat nõ-
tabile per ꝯriũ ꝙ veniãt, licèt non dicant̃ fructus, ſed nõ video
vnde colligat.¶In tex.ibi [q ſubmiſſi gregẽ &c.]ſub. ꝙ alii nõ
ſubmiſſi bñ p̃nt retineri p hr̃dẽ grauati, qa nõ ſolũ ꝯtinent̃ ap-
pellatione redituũ ſed fructus, & ſunt ꝑcepti ꝯdõne pẽdẽte, &
iudicio teſtõris, vñ ẽt ſi eſſet grauatus ſimpl̃r, non venirent re-
ſtituendi, multo minus ſi fuit rogatus reſtituere exceptis redi-
tib.ſed in pertinentibus non fit diſtinctio inter ſubmiſſos, &
nõ ſubmiſſos, immo indiſtinctè veniũt non retinẽdi.ſed illud
eſt mirabile:& videt̃ ꝯ.l.Paulus.§.j.ad l.Fal.vbi veniũt retinẽdi,
ẽt ſi ſimpl̃r fuiſſet iuſſus reſtituere, moltò fortius ſi iuſſus eſt
exceptis reditibus.Item per rõnem licèt partus nõ dicant̃ fru-
ctus, negari non p̃t quin dicant̃ reditus.l.ſexta.de vſufr.quia eſt
vocabulũ magis latum, & malè ſolutũ in gl.& per gl.intelligit
text.qñ partus fuerũt percepti poſt morã hęredis, ꝯriũ qñ ante
Sed mirũ eſt qũo gl. hoc dicat, quia hic fuit rogatus reſtituere
poſt mortem.ergo ante non potuit eſſe in mora.nõ video aliã
ſol.niſi quia l.Paulus.loquit̃ qñ ancillę fuerunt legatæ ſpãliter
in diem, vel ſub ꝯdõne, & interim fuerunt percepti partus, vñ
non veniunt, quia non fuerunt legati, & legatum matris parti
culariter nõ extendit̃.hic fuit fideicõmiſſum gñale exceptis re
ditib.rerũ hæreditariarũ:vñ verbũ reditibus ſumitur ſtrictius,
quia põt reſtringi ad reditus qui dicũtur fructus, & illi augẽt
hæreditatem in fauorem fideicom.ita intelligo iſtum tex.

ADDITIO.

a ¶Redituum.Sed an valeat legatum vſusfructus ancillæ infantis, Lu.Ro.ſing.ſuis tenet ꝙ ſic, per tex.quem ibi allegat.

1 *Fructus ꝑcepti iudicio teſtõris imputantur in quartam, ſecus in illis, q potuiſſent ꝑcipi a diligentiſſimo patreſa.non tñ fuerunt percepti.*
2 *Hęres non tenetur negotiari de pecunia hæreditaria, uel redigenda ex rebus hæreditarijs ad commodum fideicommiſſarij, nec ſibi poteſt imputari quare non fecit.*
3 *Sicut fructus computantur in quartam, ita uſus habitus ex illis rebus ex quibus nulli fructus percipiuntur, ut ſunt mancipia.*

3 **§.Ante diem fidei.** ¶ † Fructus percepti iudicio teſtatoris imputãtur in
quartam, ſecus in illis, qui potuiſſent percipi a diligentiſſimo
patreſa.non tñ fuerunt percepti.h.d.¶In tex.ibi,[fructus,] de
iſtis nõ erat dubium.ſ.e.l.ĩ fideicõmiſſariã.ſed poterat dubita-
ri de vſuris, & mercedibus, quæ non ſunt fructus, ſed acceſſio-
nes mere ciuiles, ſi fuerunt exactæ per grauatum, quæ non ve-
niunt reſtituendæ.ſ.ea.l.§.qui poſt.an ſaltem computentur in
quartam:& dic ꝙ ſic, ſicut fructus iudicio teſtatoris percepti.
¶In tex.ibi,[cũ aũt,]hic pone caſum, ꝙ hæreditate erant man
cipia, q̃ potuiſſet hæres grauatus vendere & vſuras acq̃rere, qđ
non fecit, & illis fuit vſus, & illa perierunt ſinę culpa grauati,
volebat fideicom.pretium.Item ꝙ vſuræ quas ꝑcipere potuiſ-
ſet grauatus cõputaret ſibi in quartã:dicit̃ hic ꝙ ad neutrũ te-
net, licèt p̃tiũ vſus teneat̃ cõputare ĩ quartã.h.d. Sil̃r & p̃tia ſer-
2 uorũ, ſi culpa grauati ꝑiiſſent ¶†No.ſm Ang.ꝙ hr̃s nõ tenet̃
a negotiari[a] de pecunia hr̃ditaria, vel redigẽda ex reb. hr̃dtiariis
3 ad ꝯmodũ fideic.nec ſibi põt ĩputari quare nõ fecit.¶†Itẽ not.
mirabile, ſicut fructus cõputant̃ in quartã, ita vſus habitus ex il
lis reb.ex q̃bus nulli fructus ꝑcipiunt̃, vt ſunt mancipia & hũc
caſum huiuſq; non habuimus, & ſic non haberemus iſtũ text.
videret̃ dubius.& hoc patet in tex.ibi,[vſus &c.] & cũ dicit ca-
ſum, intellige qñ interuenit culpa grauati, alias ꝯdiceret.verſi.
[deniq;,]vbi dicit ꝙ non tenetur de periculo mancipiorum.

ADDITIO.

a ¶Negotiari, An his teneatur negotiari pecuniã alienã, vide Soc.cõſ.iij.

1 **§.Quod ex hæreditate.** ¶†Rogatus reſtituere qđ ſupererit ex hęreditate, non tenetur ad fructus, nec ad luendas res bona fide
ſub.pignoratas.hoc dicit, vſque in finem, dic vt ſ.eod.l.Titius.
¶In tex.ibi,[cum ea verba.]poterat opponi, ꝙ cũ ſupereſſent,
venirẽt reſtituendi, quia rogatus erat reſtituere quod ſupereſ-
ſet tempore mortis.ſed poteſt reſpõderi ꝙ potius facit in ꝯriũ,

quia iſta verba inducunt diminutionem fideicommiſſi, quia per illa datur licentia alienandi, non ergo debent inducere argumentum vt faciat venire fructus pendente conditione perceptos, licèt hodie eventem, qui fructus non eſſent reſtituendi ſi ſimpliciter eſſet grauatus.

## L E X LIX.

2 *Creditor quando ſuccedit debitori, & non habebat pignus, oĩs actio & obligatio tollitur, etiam ſi ſit rogatus de reſtituẽdo, ſed hẽt aduerſus fideicommiſſarium ius retentionis, vt poſſit ante omnia deducere, & ſi non retinuit per errorem, qualiter ſibi conſulatur.*

*Quid ſi habebat pignus.*

3 *Si legatum vni hæredum ſub condõne ſi non erit hæres, non videtur ſibi data licentia per hec verba repudiãdi in preiudicium fideicommiſſarii, & eis non obſtantibus poteſt compelli adire, licet debeat cõſeruari indemnis.*

*Per dationem vulgaris ſubſtituti filio, an videatur data licentia abſtinendi & ſic an tollatur ſuitas.*

4 *Sicut actio perſonalis præſupponit obligationem ciuilem, & naturalẽ, an ita etiam realis.*

*Hypothecaria quod ſolo pacto tollatur, ſicut inducitur.*

1 DEbitor. ¶† Si creditor debitori ſuccedat, & rogatus ſit hæreditatem reſtituere, pignus quod habet nõ extinguitur, nec quantum ad ius retentionis, nec quantum ad poteſtatem agendi hypothecaria, propter naturam pignoris, vel hypothecæ, quę eſt, vt non tollatur niſi creditori ſit ſolutum, vel aliter ſatisfactum, ſed obligatio ciuilis ad debitum, & etiam naturalis tolluntur iure confuſionis, ſed naturalis obligatio dicto caſu nõ tollitur, quia pignus ſine principali ſtare non poſſet, nec cogitur talis creditor reintegrare hæreditatem niſi ſibi ſoluatur debitum, vel de indemnitate promittat. h. d. vſq; ad §. ea q. Primo ponit thema, ex quo ſurgit quæſtio. Secundo arguit contra hęredem, ꝙ pignus ſit extinctum, quia obligatio principalis eſt extincta, vſque ibi, [igitur.] Tertio arguit pro hærede, ꝙ immo pignus non ſit extinctum, & hoc per locum ab effectu, quoniã habet ius retentionis aduerſus fideicõmiſ. ſi poſſidet, & ſi non poſſidet, ius agendi vſq; ibi, [remanet ergo.] Quarto dicit vnũ, propter quod reſpondetur ad oppoſitionem factam in cõtrarium contra hæredem, vſque ibi, [re autem integra.] Quinto & vltimo conſuluit hæredi eo caſo quo adhuc nõ adeat, vt ſit extra omnem dubitationem. ¶ In tex. ibi, [iure dominij vt poſſideret.] ſub. ſi fideicommiſ. contradicebat ꝙ non erat ſibi danda in ſolutum res illa, quia pignus erat extinctum per aditionẽ ſicut obligatio principalis. quæritur quid iuris? ¶ In tex. ibi [ſublata obligatione naturali,] arguendo dicit, nam intra patet cõtrarium in ver. [remanet ergo.] vel dic ꝙ non refertur ad caſũ iſtum hæc argumẽtatio, ſed ad regulam, quæ eſt, quòd per aditionem hęreditatis omnis obligatio & actio tollitur iure

a confuſionis. [a] l. debitori. C. de pac. ergo pignus non poteſt cõſiſtere, vt in regula cũ principalis. ¶ In tex. ibi, videamus de effectu rei.] id eſt de effectu pignoris, an duret, quia ſi durat. & pignus durat, per locum ab effectu, qui bonus eſt, vt no. in l. conſtitutionibus. ad municip. Eſt autem duplex effectu pignoris. ſ. retentionis, & actionis, ſed ambo durant vt ſequitur. ergo & pignus, ꝙ duret primum oſtendit: ſi hæres poſſidet pignus, fideicommiſ. nullam habet actionem, per quam poſſit auocare. nam aut volet intentare pignoratitiam, quæ ſolet competere debitori, & non poteſt, quia illam non poteſt habere niſi tanquam hæreditariam, ſed cum debitori nunquam inceperit competere, qa non oritur niſi poſt ſolutionem, vel ſatisfactionem. l. ſi rem. §. omnis de pign. acti. non poteſt dici ꝙ fuerit reperta in hæreditate, ergo nec quod tranſiuerit in fideicõmiſ. aut volet intentare actionem ex teſtamento, tanquam fideicommiſſum non fuerit plenè reſtitutum, & tunc ſi illa res non fuiſſet obligata, poſſet, quia non retineret niſi vt hęres, cũ nullam aliam cauſam haberet, & vt hæres poſt reſtitutam hæreditatem non poteſt retinere, hoc probatur. ſ. l. proxi. & l. ita tamen. §. qui ex Trebelliano, ſed quia ſibi eſt obligata, & ſibi non eſt ſatisfactum, retinet vt creditor, & ſic licitè, vnde nõ poteſt compelli actione ex teſtamento ad reſtituendum. Item ſi non poſſidet, habet ſeruianam. i. hypothecariã pp eius naturã quæ eſt vt nunquam tollatur niſi ſoluto debito, vel aliter creditoris ſatisfacto, & hic neutrum factum eſt. & ſi dicat̃ quomodo ſtare poteſt acceſſoria ſine principali? Reſpondetur, ſi principalis eſſet funditus extincta, ſtare non poſſet. ſecus ſi nõ funditus. Pone exemplũ ꝙ principalis actio ſit ſublata præſc. quo caſu tollitur ciuilis actio non naturalis, licèt paretur exceptio. vt notat̃ in l. ſi. rem ratam hab. nam tunc poteſt ſtare hyp. cum effectu, vt non detur exceptio, vt patet in l. cum notiſſimi. C. de præſc. xxx. vel xl. an. vbi perſonalis tollitur xxx. annis. ſ. ope exceptionis. & non hypothecaria, & patet in l. intelligere. de lui. pign. in caſu autẽ noſtro, licèt omnis obligatio & actio tollatur, quia non poteſt ſibi ipſi eſſe obligatus. qñ tamen duo cõcurrant, ꝙ hẽt pignus, & rogatus eſt hrditatẽ reſtituere, cũ pignus remanere debeat p ſupradictã rõnẽ, & ſine principali nõ põt: remanebit ergo obligatio nãlis, nõ dico ꝙ remanet actio, hic eſt verus intellectus: non eſt ergo hoc propter aditionem coactam, licèt Bar. ita intelligat, quia coacta aditio hẽt voluntatem, licèt coactam, quæ ſufficeret ad tollendã naturalem ſicut

2 ſufficeret ad inducendam. † Vnde Bart. nõ rectè conſiderauit, ideo diſtingue, qñ creditor ſuccedit debitori, aut non habebat pignus, & omnis actio & obligatio tollitur, ẽt ſi ſit rogatus de reſtituendo, ne ſibi ipſi ſit obligatus, vt no. in l. frater a fratre. in fi. gl. mag. ff. de cdõ indeb. hẽt tñ aduerſus fideicommiſſarium ius retẽtionis, vt poſſit ante oĩa deducere. l. irritũ. C. ad l. Fal. & ſi non retinuit p errorem, nõ hẽt actionẽ primã, ſed aliter ſibi conſulitur, vt no. ſ. e. l. ita tñ. §. qui ex Trebelliano. in glo. fi. Aut habebat pignus, tũc aut non erat rogatus reſtituere, vel etiam illud pignus erat alteri obligatum, & ſic non dubitabat ꝙ extincto iure pignoris res poſſit ab alio auocari, & idẽ per oĩa, vt ſit extincta actio principalis, & pignus. de primo patet per ſupradicta. de ſecundo patet, qa cum res ſit effecta ſua irreuocabiliter. nõ põt in ea durare pignus. l. neque pignus. de regu. iur. Aut erat rogatus reſtituere, & ſic erat facta ſua reuocabiliter, & non extinguitur pignus, & aditio nõ hẽt vim ſolutionis, ne remaneat in dãno. Idem ſi eſſet alteri obligata ẽt p poſterius, qui poſſet auocare ſi pignus extinguit̃, quaſi de ſecundo effectus primus, re à primo liberata. l. ii. de pigno. act. hoc ergo caſu ne ſua diligẽtia ſibi noceat, & ne ſit deterioris cditionis, qa dñium habeat, durat adhuc pignus ad quod vide tex. cum glo. in l. i. cũ gl. fi. C. ſi anti. cre. & ſic ſibi durat ius retinendi, & etiã & agendi, vt hic patet, & pp hoc ne offendatur regula iuris cũ principalis, ſtatuit̃ hic & remaneat obligatio naturalis ſup debito principali, Et ſic dico ꝙ lex iſta locũ haberet ẽt ſi ſpõtè adiuiſſet. Et ex iſtis collige notabilia q̃ plura per te, & ẽt patet intellectus ad gl. hic dicunt quidam ꝙ recitant opi. q̃ nihil valẽt,

3 & tenet primam opi. q̃ declarat, vt ſ. dixi. ¶ † Vltimò not. circa fi. ibi, [in ipſius voluntate &c.] ꝙ ſi legatur vni hrdum ſub cdõne, ſi nõ erit hrs, non vr̃ ſibi data licentia per hæc verba repudiandi in præiudicium fideic. & eis non obſtantibus põt compelli adire, licèt debeat conſeruari indemnis, vnde facit ꝙ per dationem ſubſtituti vul. filio nõ videatur data licentia abſtinẽdi, licèt cõiter doc. dicãt cñrium, & ſic non efficit̃ de neceſſario voluntarius nec tollitur ſuitas. facit l. Iulianus. ſi quis omiſ. cauſa teſtamẽti. ibi nõ vt arbitriũ. ¶ † No. ex illa gl. q̃ incipit [dicũt] quæ in ſecunda opi. ſentit, ꝙ ſicut actio perſonalis, quæ pręſupponit obligationem ciuilem, & naturalem, ita realis, quod reprobatur, qa realis nullam pręſupponit obligationẽ, ſed orit̃ ex iure reali, vel dñio. Hinc eſt ꝙ hypothecaria ſolo pacto tollitur, ſicut inducitur. l. ſi tibi. §. de pignore. de pact. iuncta l. j. de pign. act. quod nõ eſſet ſi præſupponeret dictas obligationes quia ciuilis nec tollitur nec inducitur ſolo pacto. iuxta no. in l. ſi vnus. §. pactus. ſupra de pactis.

### A D D I T I O.

a Pro quo facit l. Stichum. §. aditio. ff. de ſolu. & adde quod tum ẽt perdi hæres etſi ſit grauatus fideicõmiſſo, vt hic. quanquã Bal. cõtra in l. debitori. hic alleg. in ii. col. ver. vlt. circa iſtã part. Et vide eund. Pau. in l. ĩ ponẽda. C. ad l. Fal. & Raph. Cu. in cõſ. 37. poſt med. & Ang. ĩ cõſ. 209.

2 *Deſcendẽs p lineã femininam non põt ſtipulari aſcẽdenti, nec econtra, niſi ſuper re ſua, quæ durat ſua, & quid fauore libertatis, vel dotis.*

1 §. Ea quæ. † Ea quæ non capiunt̃ ex vltima voluntate, ſed aliũde, nõ cadũt in fideicõmiſſum vniuerſale, ad hoc allegat̃ ſm Dy. facit ſ. eo. l. ſi res. in prin. ¶ In tex. ibi, [pacta erat,] ſubau. ẽt per ſtipulationẽ, quia mater ſtipulari non potuit, ẽt ſi fuiſſet præſens, fortius ſi erat abſens, vt patet ĩ fi. cũ dicit, ꝙ p errorẽ fuit iudicatũ cñriũ, & dos adiudicata ma-

2 tri tanq̃ ex vtili pacto. † vnde allegat̃ ꝙ deſcendens per lineam femininam non poteſt ſtipulari aſcendenti, nec econtra, niſi ſuper re ſua, quę durat ſua. l. Publia. de pollic. qa quilibet extraneus poſſet, ſed hic res. i. dos non durat ſua. Itẽ niſi fauore libertatis. l. quoties. C. de dona. quę ſub modo. Item fauore dotis, qñ quis daret dotẽ pro muliere, & ſtipulatur illi reddi. quia ẽt ſi non ſtipularet̃, daret̃ ſibi actio, vñ ſtipulatio iuuatur iuris auxilio l. legitima de pactis hic eſt caſus in l. Caius. de qua gl. opponit. hic dabat pro ſe. & ſtipulabat̃ alteri, vnde tunc nõ vertitur fauor dotis nec illa ſine ſtipulatione actio. hẽret, vnde nec habet ex ſtipulatione. ¶ Vltimò vide quod habet̃ in l. apud Celſum. §. quòd ſi is. de doli excep. pro principali dicto huius §.

## L E X LX.

1 PAtronus. † Quãdo fideicommiſſum eſt omnino indebitum, per reſtitutionẽ non tranſeũt actiones ex Trebelliano. h. d. ¶ In tex. ibi, [nõ fuit debitum.] nec ciuiliter, nec naturaliter, ſm verum intellectũ, licèt glo. videat̃ dicere ꝙ ſaltẽ naturaliter erat debitũ pp voluntatem defuncti, ſed illud pcederet qñ adeſſet poteſtas delinquendi, licet deeſſet ſolẽnitas, iuxta l. cũ qs. de iur. & fac. igno. ſed hic deficiebat poteſtas. l. cũ patronus. de leg. ij. vnde ſi adeſſet ſolennitas, hoc præceptum non obligaret patronum, nec naturaliter, vnde ſiue ſoluat errore iuris, ſiue facti repetit. l. ſed & ſi me putẽ. de cõdi. & dem. & plenè no. e ti in l. j.

L E X

LEX LXI.

1 PAulus. †Etiam ſi quota pars nõ ſit in fideicõ-
miſſo,ſi tñ eſt in ſolutione, & ſoluat,
tranſeunt actiones ex Trebelliano. h.d.notabiliter
ſecundum intellectum Bartol. per hoc limitatur l.
cogi.§.& generaliter. ſ.eo. cum ſi. vbi non habet locum Treb.
qñ relinquitur certa res,vel pecunia, non quota pars hrditatis.
nam eſt verum, niſi pretium relinquatur tanquã pretiũ quo-
tæ, & detur facultas hæredi dãdi illã quotã. certè etiam ſi non
detur expreſſe. cenſet data,quia quãdo quãtitas debetur reſpe-
ctu certæ rei,ſoluta quãtitate liberatur ab illa re.l.ſi verò.§.fin.
ſolu.mat.¶In tex.ibi,[tantum quantum pro vncia] i.quãtum
valet vna vncia. i.xij. pars hæreditatis meæ,& ſic non expreſſit
quantitatem,ſed retulit ſe ad vnciam, vel quotam, ideo dice-
batur relicta quantitas reſpectu certę quotæ,& illa erat in obli
gatione,non quota.vt ſ.de leg.j.l.quidam teſtamento.§.ſi tibi.
tñ quota erat in ſolutione.¶In textu ibi,[magis quantitatem.]
dic,& ſic non haberet locum Trebellianum,tñ contrarium in
fi.determinat,ac ſi vncia fuiſſet relicta,quod intelligo ſi graua-
tus eligat vnciam,& eam reſtituat, vt tranſeant actiones, ſed ſi
recuſat adire,non putarem ꝙ pp hoc fideicõ. compellatur adi-
re,quia non cogitur eligere vnciam, vel poteſt dici ꝙ compel-
latur etiam vnciam eligere,quia hoc ſibi nihil nocet.

1 *Dos data per patrem filiæ non cadit in fideicommiſſum vniuerſale ab ea relictum*
2 *Per ſpeciale fideicommiſſum poteſt filia grauari in dote, quatenus excedit legitimam.*
3 *Licèt filia non dotata a patre poſſit ſe dotare de bonis reſtitutioni ſubiectis,non ſic poterit dotare filiam ſuam: cum ſibi nõn incumbat onus dotandi,ſed patri,& quid ſi eſſet caſus,in quo caſu incumberet, & quid in filio grauato ſi haberet filiam.*
4 *Quid ſi habebat filiam maritatam ſine dote,an poterit ſibi dotem conſtituere de illis.*
*Si poſuit in monaſterio,an poſſit ſibi dare quod conſuetum eſt.*
5 *Si filia,quæ ſe dotauit de illis bonis mortua eſt in matrimonio ſine liberis, relicto extraneo hærede,an illa dos reuertatur ad ipſum,quia diminuerat fideicommiſſum.*

LEX LXII.

1 A Filia. †Dos data per patrem filiæ nõ cadit in fi-
deicõmiſſum vniuerſale ab ea relictum.
2 hoc dicit. ¶† Opp.de l.fin.in §.filiæ.de leg. 2.Sol.per
ſpeciale fideicommiſſum poteſt filia grauari in do
te quatenus excedit legitimam, vt hic eſt caſus ſecundum cõ-
munem intellectum,licet in legitima non poſſit grauari, & li-
a cèt dos videatur ſuccedere[a] loco legitimæ, & alimentorum,
quæ nõ poſſunt auferri,& licet pater poſſit compelli ad dotan
dum.l.qui liberos. de ritu nupt.poſt eius tamen mortẽ poteſt
grauari in dote, quatenus excedit legitimam. Sed in generali
fideicommiſſo relicto a filia non cadit dos data vel promiſſa,
etiam ſi legitima excedat,vt hic eſt caſus, ſed an poterit de reſi
duo detrahere legitimam & Trebellianicam? Reſpondeo ſi
dos ſufficeret ad legitimã nõ poſſet, quia cõputatur in adem.
l.quoniam nouella. C.de inoffic.teſtam, ſed quatenus deficit.
poſſet detrahere,ſed Trebellia.videtur integrè detrahere poſ-
ſe ſi fuit rogata poſt tempus, quia in ea non videtur dos data
computari,cum non percipiatur iudicio teſtatoris. ſupra ad l.
Falci.l.pater filiam,& argumento.ſ.eodem.l. debitor.§. ſi plu-
ra enim computatur in legitimam quam in Trebellianicam,
vt dixi in l.in quartã.ſ.ad l. Falci. Sed cõtra de auth. cõtra roga-
tos.C.eo.& de eo quod dixi in l.mulier. §. cum proponeretur.
ſ.eo.Solu.ibi, quando dos non erat data vel promiſſa per pa-
trem pro filia, ſed ipſa volebat ſe dotare de bonis reſtitutioni
ſubiectis quod poteſt,vt dictis iuribus, tamen hoc eſt verum
quãdo legitima ad dotẽ non ſufficeret, vel Trebellianica,aliàs
ſecus,& ſic dicto caſu computatur in Trebellia.vt ibi, ſed in ca
3 ſu huius l. dos nõ computatur in Trebellianicam. ¶†Vltimò
b circa caſum illarum[b] legum gloſſ. hic dicit verbum notabilé,
ꝙ licèt filia nõ dotata a patre poſſit ſe dotare de bonis reſtitu-
tioni ſubiectis,non ſic poterit dotare filiam ſuam, cũ ſibi non
incumbat onus ſed patri.Innuit ergo ſi eſſet caſus, in quo ſibi
incumberet, quia pater erat pauper, vel alia cauſa,vt not.in l.
4 mulier,de iure dot. poſſet ſicut ſeipſam.† Eodem modo filius
de reſtituendo grauatus poteſt de bonis ſubiectis reſtitutioni
dotare filiam ſuam,quia hoc onus ſibi incumbit, & hoc ſi nõ
habebat alia bona, & communiter tenetur. Quid ſi habebat
c filiam[c] maritatam ſine dote, an poterit ſibi dotem conſtitue-
re de illis?vel quid ſi poſuit in monaſterio, an poſſit ei dare qđ
conſuetum eſt Bar.tangit in illa authẽ.vel quid ſi captus eſt,an
5 poſſit ſe redimere?dic vt ibi no.Sed ego quęro quid ſi filia quę
ſe dotauit de illis bonis mortua eſt in matrimonio ſine liberis
relicto extraneo hærede, an illa dos reuertatur ad ipſum, quia
diminuerat fideicommiſſum: videtur quòd ſic,quia ceſſat cau
ſa ſcilicet fauor matrimonij, ne remaneret indotata. In con-
trarium eſt caſus in §.cũ proponeretur vbi remanet apud ma-
ritum hæredem eius.

ADDITIONES.

a Vt l.quoniam nouella.C.de inoffi.teſt.& in hoc vide per Phi.Corn. cõſi. 100.inci.nõ caret. in 3.parte per totum,& dominum Bart.Soc.in conſi. 207.inci.In cauſa domine Annæ.ver,quinimmo etiam probat.in 3.parte & adde an id verum ſit etiam ſtante ſtatu. quod filia dotata non ſuccedat.per eund.Paul.conſi.108 incip.ſuper eo de quo quæritur, & in cõſi. ſeq.inci.ſi dicta Cornelia.& conſi.133.incip. licet iſta domina, quibus adde Bal.& Cy.in l.ſancimus.C.de nup.& adde an ſtante dicto ſtatuto ſupra legitimam conſtitui poſſit per Alex.in conſi.7.in 2 parte.
b ¶Illarum in materia huius l.vide Bal.conſi.72.2.lib.& conſi.140.& cõſ. 102 & conſi.22.eod.lib.
c ¶Filiam.Adde Are.conſi.36. vbi ſoluit quòd hoc priuilegium competit ſolis filiis & deſcendentibus.

1 *Ceſſante cauſa dilationis,ceſſat dilatio.*
2 *Si cauſa propter quam data eſt nulla,quod ſimiliter dilatio erit nulla.*

1 §.Alumno. †Ceſſante cauſa dilationis.ceſſat dilatio.
h.d ſm Dyn.facit l. ſiquis hæres ita ſcri-
2 ptus,de acq.hær. †Adde ſi cauſa pp quã dilatio eſt data ſit nul-
la ſimiliter & dilatio.l.cum pater.§.curatoris.de leg.ſecundo.&
& ibi no.per gloſ. & Bar.item adde l.fi.in fi.C.qui admit.ad bo.
poſſ.& ĵ.de verbo.obl.l.continuus.§.cum ita.in fin. ¶In tex.ibi
[certam pecuniam &c.] & ſic non loquitur de fideicommiſſo
vniuerſali, vnde non congruit titulo.¶In text.ibi,[Sempronio
mãdauit] Iſte eſt merus executor,quia non fuit ſibi factum le
gatum,ſed alumno; ſecus ſi fuiſſet ſibi factum,& rogatus reſti-
tuere alumno,quia diceretur legatarius, non executor.l. ſi qs
Titio.de leg.2.inter quos eſt differentia magna,qa primo caſu
legatum ſi fieret caducum, nõ remaneret penes executorem.
l.Lucius.§ j. de leg.2. Secũdo caſu remaneret d.l.ſi quis Titio.
Item dixi ꝙ eſt merus,& ſine commodo, quia non gaudet in-
teruſurio medii temporis,cum fuerit iuſſus eas præſtare alum
no,& ideo non cauet,ſecus qñ non eſſet merus.l.ſi pluribus.de
leg.j.iuncta l.diuus.ſ.ſi cui plus quam per l.fal.¶In tex.ibi.[alũ
no.]Quid ſi nõ alumnus,ſed executor mortuꝰ eſt interim? Re-
ſpondeo,ſtatim finitũ eſt officiũ executionis,& poſſet alumnꝰ
ſtatim petere pecuniã,etiã ſi eſſet cõmodum habiturus.l.liber
to.§.fi.de an.leg.ſecus ſi eſſet legatarius, quia hæredes eius nõ
pñt cõueniri ab alumno antequã potuiſſet defunctus l.Publiꝰ.
§.Titia.de cõdi.& dem.& l.ex his.qñ dies leg.ced.facit ſ.de vſu-
fruct.leg.l.vxori vſufr.& l.gñali.§.duas. ¶In fi.ibi, [poſſe] ſ.ſta-
tim petere.ꝯrium videbat,qa non videbãtur eſſe melioris ꝯdi-
tionis ſubſtituti,ꝗ eſſet alumnus ſi viueret,dicto §.Titia. ſed ip
ſe ſi viueret non poſſet ante vigeſimũ annũ. Sed dic ꝙ hoc cõ-
tingeret eius fauore, ne diſſiparet, ſed iſte fauor hodie ceſſat.
Sed quid ſi non habuit iſtos ſubſtitutos? Rñdeo hrdes eius.ad
ad quos trãſmittit iſtud legatũ,qa tps illius ætatis non fecit hic
ꝯdõnem eo qa primo fuit factũ legatum purũ in eius pſona.&
iuſſus fuit poſtea ille accipere.& poſt tps dare,vt no.gl.l. Seius.
ſ.eo.p d.l.ex his,ſtatim poterũt petere,ſicut pñt ſubſtituti,quia
eſt eadẽ rõ.licèt glo.in l.Seius.ꝯriũ determinat,quã reprobaui
p hũc §.vbi eſt caſus ꝯ eã, ſecus ſi dilatio eſſet appoſita fauore
grauati.d.§.Titia.Vltimo iſta l.facit ad q.de qua tetigi in l.mu-
a lier.ſ.eo.& quã tangit Io. And.in addi.in rub.de ſecun.nup.fa-
cit etiam ꝯ,de ſtatulib.l.cum.hæres.§.ſed alius eſt ibi caſus.

ADDITIONES.

a ¶L.mulier.Adde Bal.conſi.incip.proponitur,quod Manf.4.lib.

2 *Poſſeſſio nec fideicõmiſſario acquiritur ſine apprehenſione,nec etiam hæredi,& morte extinguitur,& quod per aditionem non acquiratur ea, quæ in hereditate reperiuntur.*
*An in fideicommiſſo ſemper requiratur reſtitutio verbalis.*
3 *Dominum eorum,quæ ſunt alienata per hæredem,quod tranſeat in fideicommiſſarium ſine reſtitutione,ſed in non alienatis non tranſit ſine reſtitutione verbali.*

LEX LXIII.

1 FActa. †No.ꝙ reſtitutio verbalis tantum operat
in perſonam fideicommiſſarij quantum
ad tranſlationem iurium vtiliũ, quãtũ aditio in per-
ſona hæredis,quantũ ad acquiſitionem directorũ ſi-
ne apprehẽſione poſſeſſionis.licet regula ſit in ꝯrium. l.tradi-
tionibꝰ.C.de pactis.ſed hic fit cũ authoritate l.& ſenatuſcõſul-
2 ti,†poſſeſſio vero nec hæredi,nec fideicõmiſſario acquirit ſine
apprehẽſione, quia eſt facti,& morte extinguitur, & per adi-
tionem non acquiritur,ſed illa acquirũtur, quæ in hæreditate
reperiuntur.l.j.§.Scæuola.ĵ.ſi quis teſta.liber eſſe iuſſ.fue. Simi
liter nec tranſit in fideicõ qa poſſeſſio hæredis non erat hęredi
taria,ſed propria,vnde non tranſit, ſicut nec alia iura per eum
quæſita,ſ.eod.l.cum hæreditas. & ĵ.eodẽ.l.ſi hæres pecuniam.
Sed an ſemper requiratur reſtitutio uerbalis,certũ eſt ꝙ in aliq
bus caſibus,qui habentur in l.ſancimus. C.eo. non requiritur.
Bart.addit alium caſum in quadam diſputatione,quę incipit,
filiũ.ſ.qñ eſt fienda eccleſiæ,quia cum trãſeant dñium ſine tra-
ditione l.fi.C.de ſacr.ſanc.ec.eod.modo ſine reſtitutione,quod
3 Bal.reprobat in d.l.fi.dic ut ibi.¶†In ultima gl.ibi, [dic ut ſ.e.
l.Mercellus.&c.]quia dñiũ eorum, quæ ſunt alienata per hæ-
redem, tranſit in fideicommiſſum ſine reſtitutione odio hęre-
dis,qui ſibi abſtulit poteſtatem reſtituendi, ſed in non aliena-

ſis ſiue poſſideantur per hæredem, ſiue non, non trãſeunt ſine reſtitutione verbali, vt hic a contrario ſenſu. ſ. eo. l. reſtituta.

1 §. Si is, qui hæreditatem. †Iura trãſeũt in fideicõmiſſariũ, ẽt ſi hæres fuerit conuentus actione ex ſtipulatu ſuper fideicõ miſſo interpoſita. h.d. non ergo inſpicitur titulus actionis, ſed origo obligationis, quæ proceſſit ex teſtamento, vt hic, & l. tut.
2 de fideiuſſ. & l. id quod. de donationib. ¶ † In textu ibi, [ſtipulatus ſit. ſ. per titulum vt leg. no. ca. quia fideicommiſſum erat in diẽ, vel ſub conditione, & ex iſta ſtipulatione fuit hæres conuentus, & reſtituit, videbatur ꝙ iura non tranſirent, quia tranſitus fit authoritate ſenatuſconſul. quod loquitur qñ hæres cõuentus actione ex teſtamento, vel officio iudicis, compulſus eſt adire & reſtituere, ſed certè actio ex illa ſtipulatione ſuccedit loco actionis ex teſtamento, vel officio iudicis.

